Hoc itaque ponatur de Græcæ terminatione. Videamus jam de Latinis. An illi *Malalas* seu *Maletas* scribent cum Græcis? An potius sequentur Syrorum originariam? Certo Græcam ego non moror, cum appareat *Originaria*, et ista usu vulgari non jamjam sit stabilita. Mihi placet Syrorum genuinum vocabulum *Malala*: nam eandem terminationem in virorum nominibus quam maxime amant Latini, ut in *Seneca*, *Nasica*, *Messala*, aliisque sexcentis. Cum certo nobis innotescat genuinum vocabulum *Malala*, cum exacte id conveniat linguarum nostrarum analogiæ, cum insuper hæc terminatio jam usu communi obtinuerit; quid nobis, amabo, quid, precor, si *Græci* τῶν ἁσuum Σ addebant? Quis aquam ex rivulo hauriet quando adest ipsa fontana, eaque et usui et palato convenientior? Quis sciens dicet *Abdallas* aut *Abdelas* (quæ Græcis est usitatio terminatio) et non cum Arabibus *Abdalla*? At objeitis nobis: Cum arrideat usque adeo nomen Syriacum, cur a Græcis, non Syris, derivatur auctori prænomen? cur dicitur prænomine *Joannes*, et non, ut se habet Syriace, *Juhhanan*? Ne sibi tropæa hic aliquis temere statuatur, en tibi, responsum: nempe, quia *Joannes* prænomen Latinum jam factum est. At quo me ferunt hæc nugæ? *Malala* aut *Malalas* pro arbitrio dicant eruditi. Suam alii sententiam sequantur. Ego sane non ero sollicitus de ejusmodi ineptiis. Et qui istoc *Seldenianum*, Περὶ παντὸς τὴν ἐλευθερίαν, saltem in *Philologicis*, mihi ipsimet vendico, æquum est ut aliis eandem libertatem concedam. Hoc tantum submoneo, eo usque, in nominibus virorum, a terminatione delectatos fuisse Latinos, ut in illis ipsis, quæ a Græcis [xiv] proxime acceperint τὸ ας Græcorum in a frequentissime immulent. Hoc apparet fere semper fecisse Latinorum antiquiores. Neque desunt exempla post illa etiam tempora, quibus, Græcia tota in Romam se effundente, contrarius mos invalescere cœperat; neque ea profecto in nominibus solum servorum aut libertinorum, viventium in Latina civitate, quod omnino precario statuunt viri docti. Hinc apud Solinum, Justinum, Orosium, Hieronymum in *Chronico Eusebiano*, *Perdicæ* rex Macedonum. (An ille Romanus libertinus? an vixit in Latina civitate?) Hinc rursus apud Orosium, *Aruba* rex Molossorum, et *Alecta* frater *Perdicæ*. Hinc apud Amm. Marcellinum, *Hormisda*, nomen regni aliquod Persarum, quod Ὁρμισδάς tamen scribitur Græcis, quibus ferunt acceptum Latini; ut apud Theophylactum Simocattam, Syncellum, Theophanem, Zonaram, Cedrenum, Nicephorum in Breviario, alios. Hinc papæ nomen *Hormisda* in Pontificali Anastasii, et in ipsis ejus Epistolis. Liceret, cum compluribus aliis, τὸ *Mida*, ex D. Hieronymo, aliisque eo vetustioribus, ad hæc adjicere: sed de lava Grammaticorum caprina, plus satis.

A nominis terminatione ad ipsi nomen, e cœno in flores, mi lector, jam transeamus. Hinc suum cognomen sortitus est noster *Joannes*, quod in barbaro suo sæculo rhetoricam qualis qualis profitebatur; nempe eam docendo, prædagogus suo sæculo dignus; vel causas in foro agendo, scholasticus seu advocatus. Nam *Malala* (seu *Malela*, ut scribitur ex pronuntiatione aliquanto faciliori, et receptiori, sed minus recta) in lingua Syriaca est *rhetor* seu *orator*, *sophista* sive *scholasticus*. Ex qua profecto professione, animadvertere licet, permultis olim litteratis viris consuevisse hæere cognomina. Visne exempla? Ecco nobis complura in promptu sunt. Claruere cognomine *rhetorum*, Demochares, Priscus, Zacharias, Procopius, Diodorus, et Joannes alius antiquior Antiochenus. *Sophistarum* florere cognomine, Callinicus, Abas, Eusebius, Metrophanes, Malchus, Eutropius, Eustochius, Nicostratus, Polemon, Bemarchius, alii. Sic *Scholasticorum* cognomento sunt insigniti, Agathias, Evagrus, Socrates, et Sozomenus. Hi omnes, ut *Malala* noster (nam alios sciens prudensque taceo), scriptores Historiarum. Eo usque [xv] convenit rhetoricæ professio cum studio Historias scribendi! Verum siste. Lector, paulisper. Nolim ab eas de hisce ex omni parte securus. Quidni alia ex causa cognomen *Malala* seu *Rhetoris* adeptus sit noster? Non te celabo fuisse etiam *Rhetorem* in Orientali sic dictum officialem. Hinc Θεόδωρος Διάκονος Ῥητορ apud S. Maximum Confes. qui et Rhetorem eum simpliciter solet appellare. Hinc aucti quoque Rhetorum titulo Michael Thessalonicensis apud Ephræm uni in *Chronico* inedito; Manuel Holobolus, cujus exstant in membranis Poemata in laudem Michaelis Palæologi imp., Joannes Diaconus, Scriptor vitæ Josephi Hymnographi; et (ut alios prætereamus) Georgius Contis (is nuperus erat) in codd. manu exaratis: Γεώργιος; Κόντι; ὁ Ῥητορ τῆς μητροπόλεως Αἰνῶν. καὶ ἐκδοκὸς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. In codd. aliis 2. Ὁπερ βιβλίον ἐστὶ Γεωργίου Ῥητορος Αἰνῶν. Hinc quoque in Ecclesia dignitas, τῶν Ῥητόρων Μαστωρ, seu Διδάσκαλος; et Μέγα; Ῥητορ. Μανουὴλ ὁ μέγα; Ῥητορ, qui scripsit contra Latinos, celebratur in volumine ms. Sic Eustathius ille celeberrimus, archiep. postmodum Thessalonicensis, in titulo Orationis ms. ad imp. appellatur Διδάσκαλος τῶν Ῥητόρων. Idem in inscriptione epistolæ, quæ ejus Commentariis in Dionysii Periegesin præfigitur, Μαστωρ τῶν Ῥητόρων titulo ornatur. *Rhetor* hoc sensu sumptus, appellatur quandoque *Sophista*. In *Scholiis* recentioribus ad Pindarum: Ἡρὰ τοῦ ἡμετέρου σοφιστοῦ ἦτοι μυσταγωγῶ, κυροῦ Δημητρίου τοῦ Τροχλινοῦ. Utrum hoc sensu, *Rhetoris* seu *Malala* appellatio decoratus sit nos ter Chronographus, penes doctos esto judicium.

Jam ad alia, Lector, procedas. At priusquam procedas, votorum quorundam mihi testis esto; et olim, si unquam violavero, monitor: votorum quorundam eruditis viris, prohi dolor! hucusque ignotorum; sed quæ ego perpetuo a primis litteris, ut facio, feci ex corde.

[xvi]Faxit Numen, ut vel æterno ego silentio inter non scribentes delitescam, vel semper ut virum *ingenuum, liberalis ac generosæ educationis, veræ philosophiæ studiosum* decet, scribam: veritatis unicæ indagator, absque omni styli acerbitate, mitis, urbanus, candidus, ad id quod indecens est adeo non pronus, ut nec movendus: nugarum donique contemptor.

HUMFREDI HODII

DE AUCTORE

PROLEGOMENA.

[xvii]SYLLABUS CONTENTORUM.

Joannes Antiochenus Malala Chronog. eruditus tantum non ignotus. Exstitisse alium Jo. Antiochenum Chronographum, cujus edidit Excerpta ex collectione Constantini Porphyrogeneti Valesius, qui male cum Malala confundi solet, I, n. — Jo. Antiochenus Chronog. a quibus auctoribus citatus, III. — Eum quem adducunt scriptores Græci, a Malala diversum, et cum altero prædicto eundem videri, IV. — Exstare in quibusdam bibliothecis Jo. Antiocheni Collectanea cum a Collectaneis Jo. Antiocheni Valesianis, tum etiam a Malalæ Chronographicis diversa. In bibliotheca Paris. exstare Excerpta ex Chronico Jo. Antiocheni, qui idem fuisse videtur cum Joanne Valesiano, sed Excerpta ista a Valesiano distincta sunt. De Jo. Antiocheno Περὶ ἀρχαιολογίας scriptore: etiamnum illum superesse, et eundem videri cum Joanne Valesiano, a Malala saltem esse diversum. Fama de Jo. Malala in Gallia delitescente. Exortum inde fuisse quod cum altero illo Antiocheno Chronographo eruditi illum confuderint, V. — Jo. Antiochenum Περὶ ἀρχαιολογίας habere multa cum Jo. Malala communia, VI. — De aliis Joannibus Antiochenis Chronographis. Ge. Vossius, et Phil. Labbeus notati, VII. — Jo. Malalam non fuisse patriarcham Antiochenum. Notantur interpretes Jo. Damasceni; Gothofredus, Baronius, alii. De variis Joannibus Antiochenis patriarchis. In albo patriarcharum Antiochenorum reperiri Joannem nullum, qui eadem ætate, qua vixit Malala, floruerit, VII, VIII, IX. — Franc. Combefisi hallucinatio, Malalam nostrum confundentis cum Jo. [xviii] Antiocheno presbytero, cujus meminit Gennadius, ac cum Jo. Diacrinomeno, X, XI. — Videri eum inter orthodoxos potius quam hæreticos esse adnumerandum, XII. — Recensentur alii Joannes Antiocheni. De Jo. Mala patr. archa Alexandrino, XIII. — De Jo. Malalæ ætate. Non fuisse coævum Justiniano ejus nominis primo, quod voluit Chilmeadus et alii: sed ad sæculum nonum esse potius conjiciendum, vel du saltem post tempora Justiniani floruisse, XIV ad XXXIX. — Scripsisse post Justinianum exinde apparet, quod quot annos ille regnavit commemorat, XV. — Quod nec in vivis sub Justiniano exstitit demonstratur ex citatione actorum publicorum civitatis suæ propriæ de re ibidem sub Justiniano gesta. XVI. — Ex erratis ejus multis et gravissimis de rebus Justinianicis, XVII. — Aliisque indicis laudentis, XVIII, XIX, XX. — Malalam cum Justiniani legato non fuisse collocutum, quod existimat Chilmeadus, sed librum tantum ejus legisse; et eum non alium fuisse a Nonnoso, XXI. — Quod nec vixerit ante ætatem septimum exeuntem probatur ex citatione Clementis Chronographi, quem ostenditur scripsisse post annum 685, XXII. — Quod nec floruerit ante initium sæculi noni conficitur ulterius ex citatione Theophili Chronographi, quem probatur obiisse anno Christi 785, XXIII. — Hunc male a nonnullis confundi cum Theophilo Antiocheno, ad Antolyrum scriptore. Producitur Fragmentum ms. ex Hesychio de Christi nativitate, in quo citantur Clemens, Theophilus, et Timotheus chronographi. Hesychium illum ex ipso Malala scripsisse videri, XXIV. — Eusebii Chronicon quod a Malala solet citari, non esse genuinum, XXV. — Quod vixerit Malala non ante sæculum nonum, confirmatur tum aliunde, tum ex locutionis barbarie, XXV, XXVI. — Proponuntur argumenta quæ illius aut quitatem videntur astruere. Inter alia: citari eum in Oratione tertia pro imaginibus Jo. Damasceni ascripta: et id multis Narrationibus cum Chronico Paschali sive Alexandrino, ante annum, ut creditur, 650 composito. a verbo consonare, quæ a Chronici auctore e Malala Chilmeado et aliis videntur desumptæ, XXIX. — Istarum narrationum Index, XXX. — Argumentis hisce respondetur, XXXI, etc. — Non satis constare Fragmentum illud Malalæ: quod habetur apud Orat. pro imaginibus predictam, ab ipso Oratorum auctore fuisse descriptam: et esse præterea cur suspicemur non fuisse Jo. Damasceni istam Orationem, XXXII. — Ad argumentum [xix] de Chronico Paschali sive Alex. respondetur, 1^o Chronicon illud habere quamplurima interpolata, XXXIII, XXXIV. — Nec, 2^o, satis constare ex Malala fuisse desumpta ea quæ apud Paschale consonantia reperiuntur, Malalam ex aliis historicis ad verbum exscribere solum demonstratur ex ejus Autologis, XXXV. — Et citatione scriptorum Latinorum, quorum quidem ne Linguam intellexerit. Illius errores spissi de rebus Romanorum, XXXVI. — In plerisque præterea istarum Narrationum, quæ ex Malalâ depromptæ creduntur, apud Paschale haberi nonnulla que cum Malalianis minime concinunt, et quædam que plane repugnant, XXXVII. — Malalam, ubi loquitur de rebus antiquioribus tanquam sua memoria existentibus, verba tantum suorum auctorum proferre. Id scriptoribus minorum gentium et ætatis sequioris solentia

esse, xxxviii.— De anonymi Excerptis chronographicis, quæ in hac editione Malalæ præmittuntur. Ea esse Georgii Hamartoli. Excerpta alia ex Chronico Hamartoli ubi edita reperiantur, xli.— De editione, et Edmundo Chilmeado interprete, xlii, xliii.

PROLEGOMENA.

I. Joannes Antiochenus chronographus, quem jam tibi damus, erudite lector, ab imp. Constantino Porphyrog. cognominatus *Malala*, ab alto (1) *Malala*, a tertio (2) *Meleles*, quis fuerit, aut qualis, aut quando demum vixerit, litteratis viris [xx] hucusque parum innotuit. Viris illis præclaris et eruditiss. qui in hoc studiorum genere singulari quodam honore emicuerunt, Ger. Jo. Vossio (3), Phil. Labbeo (4), et Leoni Allatio, fuit notus nomine tenus: neque amplius sane de eo compertum habuere, nisi quod illius hoc chronographicum opus evolissent, doctissimi illi nostrates, qui in eum ex professo diligentiam suam et studia impendebant, Edmundus Chilmeadus et Joannes Gregorius.

II. Solent nostræ gentis scriptores, cum Joannem Malalain ex bibliothecæ Bodlicianæ ms. codice adducunt, sub simplici titulo Joannis Antiocheni, quasi nullus alius exstaret Joannes Antiochenus, chronographus, eum memorare: sic viri prædicti eruditi, Chilmeadus et Gregorius, sic Stanleius (5), Langbainius (6), Seldenus (7), Pearsonus (8), Felms (9); eximia nomina. Cæterum constat (quod salvo tantorum virorum honore sit dictum) plures olim exstitisse Joannes Antiochenos, Chronographos, et ad hunc usque diem, ex parte saltem superesse alium, qui Joannes Antiochenus simpliciter apud veteres scriptores audire consuevit, cum Joannes noster Malala aut nunquam aut raro sine sui cognominis adjectione commemoretur. Notasse hoc poterant viri illi magni ex imp. Constantini Porphyrogenneti præcitate Collectaneis de virtutibus et vitiis, quæ Henricus Valesius, annis abhinc plusquam 50, in lucem edidit (10): in quorum Proœmio, ubi recensentur scriptores illi ex quibus desumpta sunt ista Excerpta, Joannes Malala chronographus a Joanne Antiocheno chronographo, sic vulgo dici solito, expresse distinguitur: Εἰς δὲ ἐκ τῶν ὑποταγμένων χρονικῶν, [xxi] α') Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας, β') Γεωργίου Μοναχοῦ, γ') Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς. δ') Ἰωάννου Ἀντιοχείως χρο-

νικῆς, etc. Sunt autem hæc Excerpta ex *Annalibus infra subjectis*. 1) *Ex Josephi Antiquitatum libris*. 2) *Ex Georgio Monacho*. 3) *Ex Chronico Joannis cognomento Malala*. 4) *Ex Joannis Antiocheni Chronico*, etc. Hoc miror fugisse doctissimum et diligentissimum Ger. Vossium, qui, quamvis observet, in librorum suorum *De historicis Græcis* editione posteriore, Joannem Malalam ex illorum scriptorum fuisse numero, de altero tamen Joanne Antiocheno chronographo, tanquam in eodem volumine celebrato, mentionem nullam facit. Posterioris hujus Excerpta satis ampla et proluxa in volumine dicto sunt edita sub hoc titulo: Ἐκ τῆς Ἰωάννου Ἀντιοχείως Ἱστορίας χρονικῆς ἀπὸ Ἀδάμ. *Ex Joannis Antiocheni Historia chronica ab Adamo*; ad finem his verbis appositis: Τέλος τῆς Ἱστορίας Ἰωάννου μοναχοῦ. *Finis Historiæ Joannis Monachi*. Sed desiderantur ista quæ ex Joanne nostro Malala excerpta sunt, a Valesio consulto rejecta, eo quod (ut ipse dicit) præter tres quatuorve fabulas de *Minoe*, *Antiope*, ac *Bellerophonate*, easque illepido sermone textas, nihil bonæ frugis continerent. Quamvis in loco Constantini Porphyrogenneti citato Joannem nostrum Malalam ex urbe Antiocheni fuisse ne quidem innuatur, sed a Joanne Antiocheno distinguatur: illum tamen ex ea fuisse civitate apertissime liquet ex oratione 3 pro *Imaginibus*, Joanni Damasceno vulgo ascripta, ubi quidem disertim Antiochenus nuncupatur; neque solum ex ista oratione, verum etiam ex ipsa chronographia, quæ eum tota juxta æram Antiochenam instituitur, ac res spectantes ad istam civitatem specialim præ omnibus aliis enarrat atque persequitur, auctorem Antiochenum manifesto videtur referre.

III. Ex Joanne Antiocheno de rebus ad antiquitatem spectantibus apud alios scriptores Græcos ævi recentioris non raro producantur testimonia. In Georgio Codino *De originibus Constantinop.* (p. 57), de Portus Bosporii appellatione eum reperi citatum. [xxii] Ab Isaaco Tzetze in locis duobus Scho-

NOTÆ.

(1) In orat. 3 *De Imaginibus* Jo. Damasceno ascripta.

(2) Jo. Tzetze chil. 3, *Hist.* 29. Chilmeadus, cujus apographum secuti sunt editores, cum non legitisset Constantinum Porph. qui *Malala* scribit, descriptionem Damascenianam retinet. Nos Constantinianam præferimus, quoniam in syllaba 2, cum ea convenit Tzetziana. Is. Vossius in libro *Variarum Observ.* ac alii, minus recte, et absque auctore, *Malæla* scribunt.

(3) *De Hist. Græcis* lib. iii.

(4) Delimitatione Apparatus Historiæ Byzantinæ.

(5) In *Historia philosophiæ*, Thaletis Vita.

(6) In *Schedis* mss.

(7) *De Synædriis*, l. i. c. 8, p. 122.

(8) Prolegomenis ad Hieroclem philosophum.

(9) Præfatione ad Theophili Antiocheni librorum ad Autolycum editicnem Oxoniensem.

(10) An. 1654.

liorum in Lycophronem advocatur; in primo (p. 24), A de ratione cur Cecropi, regi Athenarum, nomen Διφυής fuerit impositum; quod cum ante ejus tempora, conjugio nullo apud Atticos inito, patres suos non noscerent liberi, ille, lege de nuptiis sancita, effecerit ut non solum matres sed et patres suos cognoscerent: Ταῦτα γοῦν αὐτὸν λέγουσι Διφυῆ, ἢ ὡς εὐρον ἐν Ἰωάννῃ Ἀντιοχεῖ, ὅτι πρότερον, etc. In altero (p. 64), de Palladio Trojano ab Asia quodam mathematico telesmatice confecto, et regi Troi ab eodem donato, ut, quandiu in urbe Troja servaretur, inexpugnabilis ea tutaque permaneret. Illius verba in medium hic adducere non incommodum erit: Ἰωάννης δὲ ὁ Ἀντιοχεὺς οὐκ ἐξ οὐρανοῦ λέγει περὶ τὸ Παλλάδιον, Ἄσιον (11) δὲ τινα φιλόσοφον μαθηματικὸν τοῦτο ποιῆσαι ὠροσκοπικῶς καλλίστη, εἰς τὸ ἀπόρθητον εἶναι τὴν πόλιν ἐκείνην, ἔνθα ἂν τοῦτο μένει πεφυλαγμένον καὶ ἄσυλον· χαρῖσασθαι δὲ τὸ τοιοῦτον Παλλάδιον τῷ Τρωί. Cæterum Joannes Antiochenus scribit, non ex celo Palladium decidisse, sed Asium quemdam philosophum ac mathematicum id egregio horoscopo prædixisse, non expugnatum iri civitatem in qua Palladium custodiretur; et tale Palladium Troi dono dedisse. His adde Joannem Tzetzem, Isaaci citati fratrem, qui in *Historiarum Chiliadibus*, chil. 2, hist. 35, inter illos scriptores qui de Cleopatra Ægypti regina in Operibus suis fuerint commentati, Jo. Antiochenum recenset. Et rursus in chil. 6, hist. 69, de Pentheo ab Agave occiso, et istius fabulæ explicatione, eundem citat. C
Historiæ hujus Tzetzianæ titulus sic se habet: Περὶ τοῦ ὁ Ἀντιοχεὺς Ἀγαυῆν, τὴν υἱὸν προδιδοῦσαν εἰς θάνατον. Quod Interpres sic vertit: *De eo, quod Antiochenus Agavem filium prodenem in mortem.* Post versus aliquot de Bacchis et nepotibus Cadmi, hæc subnectuntur.

[xxiii] Ὁ Εὐριπίδης μυθικῶς οὕτω ταῖς Βάκχαις ἱρράζει.
Ὁ δ' Ἰωάννης χρονικὸς ἀλληγορῶν ποῦ λέγει, etc.

Euripides fabulose sic de Bacchis scribit. Joannes autem Chronicus fabulam exponens, ait, Pentheus atque Labdacus, magis autem Pentheus, Interfectis reliquis nepotibus (12) Cadmi, Actæone quidem ipso a propriis canibus, Leiarcho et Melicerta a patre matreque, Habuit spem obtinendi sceptra atque sedes. Ut autem audivit Bacchum Cadmi nepotem natum, Regnum affectare, comprehensum in vincula conjecit; Solvens autem precibus matris suæ, occiditur ejus [dolus]. Quapropter fabulam finxerunt, a matre occisum fuisse.

Sic in alio opere ms. quod habetur inter codices Baroccianos Bibliothecæ Bodleianæ, in Allegoricis scil. Fabularum Homericarum Expositionibus, ab eodem citatur de Paridis Trojani inter deos judicio, nempe fabulam istam inde ortam fuisse, quod de Prudentia, Fortitudine, et Cupiditate, earumque inter se comparatione, librum quemdam conscripserit Paris, oratoriarum artis peritus.

Καὶ ῥήτωρ (13) δὲ γενόμενος γράζει πολλὴ μὲν [ἀ. λ. λ.]
Εἰς ἐν δὲ τοῦτο σύγγραμμα τὰς τρεῖς θεὰς συγ-
[κρίνει,
τὴν Ἀθηνᾶν, τὴν φρόνησιν· τὴν Ἥραν, τὴν ἀν-
[δραλίαν,
καὶ τὴν ἐπιθυμίαν δὲ φημι τὴν Ἀφροδίτην.
Ἡ καὶ τὸ μῆλον ἐέδωκε, τὴν νίκην τὰ πρωτεύει,
Ὁς Ἰωάννης χρονικὸς Ἀντιοχεὺς ποῦ γράζει,
Αὐτὸ μόνον ἀλληγορῶν, τ' ἀλλὰ παραλιμπάνων.
Γάμος Πηλέως, Θέτιδος, Ἐρμῆν τε (14) καὶ τὸν [Δία,
τὴν Ἰδην οὐπερ ἔκρινε θεὸς τὰς θρυλιουμένας.
Ὁ Τζέτζης δ' ἅπαντα λεπτῶς ἀλληγορεῖ. Καὶ [πρόσχεις.

[xxiv] Quorum hic est sensus: *Et arte eloquentiæ pollens, cum alia multa scribit, tum comparationem dearum trium, Minervæ prudentiæ, Junonis fortitudinis, et Veneris cupiditatis; quarum ultimam cæteris prætulit: ut scribit Joannes Antiochenus chronographus. Qui illud duntaxat allegorice exponit, alia missa faciens, nempe nuptias Pelei et Thetidis, Mercurium, et Jovem et Idam ubi de deabus illis judicium fecerit. Verum Tzetzēs ea omnia subtiliter allegorizat. Et attende.*

IV. In locis hisce describendis, idcirco prolixi fuimus ut exinde commodius (quod ex usu nostro fuerit) exquiri possit, utrum iste Jo. Antiochenus, cujus scriptores citati testimonio utuntur, sit idem cum nostro Jo. Malala, an potius cum altero illo, supra memorato, cujus exstant apud imp. Constantinum Porphyrogenetum Excerpta. Ger. Vossius, qui, ut supra monuimus, de Excerptis Jo. Antiocheni apud imp. Constantini Porph. Collectanea exstantibus, nihil omnino commemorat, Jo. Antiochenum, quem citat de Ægypti regina Cleopatra (15) Jo. Tzetzēs, eundem fuisse conjectatur cum Jo. Malala. In qua sententia eum sequitur Allatius, et D Joannes noster Gregorius (16) in Animadversionibus ms. in auctorem nostrum. Ego potius in sententiam contrariam propendo, et non solum eum, quem citat in loco illo, cæterisque supra adductis, Jo. Tzetzēs, sed et eum, quem citant ejus frater

NOTÆ.

(11) Eadem fere repetuntur, p. 66, ubi redundant, et absunt a cod. ms. bibl. Bodl. quæ habentur de Asia et Apollodoro lin. 5, a vocibus ὡς Ἄσιος μαθ. ad lin. 44. Bernardi Bertrandi Latina versio quæ redundat in Græcis agnoscit; sed ea quæ sequuntur post voces ἐξ οὐρανοῦ τοῦτο περὶ, lin. 20, ad vocem καταπέπτωκεν, lin. 25, quæ revera a Tzetzē scripta sunt, in ea desiderantur.

(12) Ἐγγύων, quod interpres ibi male vertit filios, ut et infra ἔγγονον filium.

(13) Sic in codice ms. Baroc. num. 21, et in

alio qui habetur num. 194. In tertio quodam qui habetur num. 151, post mentionem, non Paridis, sed Eumeli Alcestidis F., occurrunt hi versus, sed male ut ex re ipsa apparet.

(14) Mss. 24 et 194, Ἐρμῆτα ms. 151 Ἐρμῶντα.

(15) Nam de cæteris quæ supra a nobis citata sunt nihil observarat.

(16) Qui nec ipse in loca quæ supra produximus cætera legendo inciderrat.

Isaenus, et Geor. Codinus, eundem fuisse cum altero illo, cujus exstant Excerpta (17), haud ægre mihi persuadeo. De Codino sane hoc satis constat. Nam locum istum, [XXV] quem ex suo Jo. Antiocheno adducit, apud nostrum Jo. Malalam frustra quæsieris. Reperiuntur quidem apud Malalam omnia (18) ea loca quæ ab utroque Tzetze ex Jo. Antiocheno citantur; et de fabula insuper ista, quæ est de interitu Penthei animadvertere licet, non solum proferri apud Malalam eandem illius allegoricam expositionem, verum etiam ab eo de fabula ista advocari Euripidem in Bacchis, ut etiam de eadem in loco prædicto citatur a Tzetze Chiliasta. Hinc cuius in promptu esse possit argumentum sibi satis speciosum efformare, non alium quam nostrum Joannem, a duobus illis scriptoribus per Joannem Antiochenum designari: argumentum (inquam) satis speciosum, et si alicui ista opinio probabilior videatur, cum eo non ego contendam: me tamen non ita hæc movent quin potius in diversa persistam sententia. Quis enim in Græciæ sequioris et posterioris monumentis tam parum versatus est, ut non sciat illorum scriptores fere eadem ubique litteris demandare, seque mutuo et alios scriptores liberaliter admodum exscribere atque expilare consuescere? Et quis non videt vel ex ipsis, quæ exstant, Jo. Antiocheni monachi Excerptis, eum multis in locis eadem cum Joanne nostro Malala in litteras retulisse? Quem latet illius Chronographiam de eisdem plane cum Malaliana fabulosis rebus tractasse? Hisce insuper addo, mihi esse exploratissimum, nihil aliud esse Joannis nostri Malalæ Chronographiam quam ex aliis auctoribus decerptam rerum farraginem: solere eum verbatim ex aliis transcribere, et auctores etiam ab illis citatos, quasi ipse legisset, citare. Quid itaque mirum si prædictæ Narrationes in illo reperiantur, licet ex alio aliquo scriptore citatæ sunt? Quominus autem existimem illum a scriptoribus prædictis intelligi, id certe obstat, quod videtur colligendum ex imp. Constantini Porph. Collectaneis toties laudatis, non solitum eum fuisse sub simplici appellatione Joannis Antiocheni commemorari; sed ab altero illo per suum cognomen sejungi fuisse consuetum. Accedit quod et ipse Jo. Tzetzes in alio loco (chil. 5, hist. 29), ubi eum commemorat, non illum appellet Joannem Antiochenum, sed Joannem [xxvi] Melelem, eodem prorsus modo quo ab imp. Constantino præcitato nominatur simpliciter Joannes Malala. His adde, quod cum eum Tzetzes commemorat, mentionem de illo facere videatur tanquam de auctore a se non ante memo-

rato; cum antea tamen in eodem opere Joannem Antiochenum citasset: Ταῦτα μὲν Ἰωάννης τις (hoc noto) Μελέλης χρονογράφος. Hæc tradit Joan es quidam Meleles chronographus.

V. Hæc cum ita se habeant, lectori liberum esto Judicium, utrum idem sit iste Jo. Antiochenus, qui a Tzetze utroque citatur, cum Joanne nostro Malala, an cum altero illo cujus exstant Chronographica Excerpta. Si placet postremum, tum dici oportet, Excerptorum istorum scriptorem post Georgium Chronographum visisse, adeoque sub imperio Heraclii, quod viri eruditi hactenus staterunt, non floruisse. Nam expresse asserit Tzetzes Chiliasta Jo. Antiochenum a se memoratum post Georgium Chronographum (Syncellum intellige, vel Hamartolum) claruisse. Si prius arrideat; tum idem erit dicendum de Malala nostro: de cujus ætate nos infra. Pro comperito est interim, non solum exstare apud imp. Constantini Porphyrogeneti Collectanea ex J. Antiocheni Monachi Chronographia Fragmenta; verum etiam hodieque in bibliothecarum scriniis asservari, cum alia et omnino diversa ex eo Excerpta, tum et ipsam alibi Chronographiam integram; vel aliud saltem archæologicum opus Joanni Antiocheno tributum. A doctissimo Alemanno, in Notis historicis ad *Historiam arcanam* Procopii, proferuntur fragmenta duo de imp. Justiniano ex Jo. Antiocheni (quæ appellat) Collectaneis: quæ quidem diversa fuisse a Jo. Antiocheni Collectaneis Constantinianis cum in illis de Justiniano nihil quidquam legatur, necesse est. In volumine Græco ms. bibliothecæ Regiæ Parisinæ num. 2216, inter varios tractatus diversi argumenti occurrunt Excerpta ex Jo. Antiocheni Chronico: id quod colligitur ex Iudice tractatum illius voluminis, qui habetur Græce inter Stephani Le Moyne *Varia sacra*, sub titulo *Indicis Antonii Eparchi (Corcyraei) legati*, ex cujus dono circa medium sæculi præteriti in illustrissimo illo librorum mss. Gazophylacio volumen illud repositum est. In illo indice num. 79, sic legitur: Ἰωάννου Ἀντιοχέως ἀπὸ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος ἀπ' ἀρχῆς κτισέως κόσμου. Jo. Antiocheni quædam ex [xxvii] illius *Chronico quod incipit a principio creationis mundi*. Memorantur Excerpta eadem apud Analecta ex ejusdem bibliothecæ Catalogis Labbæana; et ab eruditissimo Dufresnio, in Notis ad *Chronicon* (quod inscribit) *Paschale*, aliquoties laudantur. Ex cujus quidem citationibus, quæ auctoris exhibent verba, deprehenditur, cum diversa esse Excerpta ista ab Excerptis supradictis Constantinianis, tum etiam chronographiam istam a

NOTÆ.

(17) In excerptis illis habetur perioche bene magna de Paride Trojano, in qua tamen nihil occurrit de illius Libelli in Venæris Encomium scriptioe, de qua allegat Jo. Antiochenum Jo. Tzetzes: sed dici ad hoc potest, solere in illis excerptis Constantinum Porph. non omnia quæ ipsius auctores in singulis narrationibus scripsere ad verbum

exhibere, sed eorum enarrationes contrahere et ex illis pro libitu nonnulla elidere. Vide tamen quæ diximus in Diatriba nostra *De scriptor. Græcis rariis*, cap. 4, ubi de Antiocheno chronog. monacho.

(18) De Ceopre 86, Palladio 157, Cleopatra 230, etc. Pentheo 31, Paridis libris 115.

nostra Malaliana fuisse diversam. A clariss. Salmasio, in Notis ad scriptores Historiæ Augustæ, et in Plinianis Exercitationibus in Solinum, et similiter a Leone Allatio in Notis ad Eustathii Antiocheni Hexaemeron, producuntur complura loca ex Jo. Antiocheno (sive Antiochensi) Περὶ ἀρχαιολογίας; hoc quoque diversum fuisse a Joannis nostri Malalæ Chronographia, quamvis et illa Περὶ ἀρχαιολογίας non improprie possit inscribi, quæ ex eo in medium afferuntur, manifestum redditur. Ut omnino fallantur eruditi illi viri, qui integrum opus Joannis nostri Malalæ in Gallia etiamnum servari (id enim ab aliquibus accepi) docuerunt. Id illis haud dubio fraudi erat, vel quod opus Περὶ ἀρχαιολογίας cum Chronico Malaliano idem esse putaverint, vel quod illa Excerpta, quæ exstant in codice regis Galliarum, opus integrum fuisse, et nostri auctoris, crediderint. Pro certo mehercule hoc constat, ne ipsi Gallorum doctissimo, percelebri illi Dufresnio, τῷ χαλκεντέρῳ, in manus unquam venisse Joannis nostri Chronicon; qui tamen fortasse in codd. Græcis mss. supra omnes hujus ævi mortales versatus est. Joannem Malalam quotiescunque is commemorat (ut citat quidem aliquoties in Notis ad *Chronicon Paschale*, et *Annales Joannis Zonaræ*, et in *Mediæ et infimæ Græcitatæ Glossario*), testimonia ejus aliunde non depronit, quam ex aliis scriptoribus, qui exemplar nostrum Oxoniense evolverant, et inde nonnulla excerpserant: quod ipse in aliquibus locis aperte profitetur. Utrum opus prædictum Joannis Antiocheni Περὶ ἀρχαιολογίας sit idem cum Chronico toties memorato, cujus apud Constantini Collectanea jam exstant Excerpta, ii melius poterunt judicare, quibus datur facultas cum hisce illud conferendi. Est interim admodum verisimile: sic enim Josephus Historiam suam Judaicam, et Dionysius Halicarnassensis opus suum Historiæ Romanæ, ἀρχαιολογίαν inscripserunt; quorum posteriorem sub titulo, Dionysii Περὶ ἀρχαιολογίας, [xxviii] eodem modo ab eodem Salmasio, in Notis ad scriptores Augustos, citatum legisse memini. Neque agit id opus Περὶ ἀρχαιολογίας de rebus solum vetustioribus et ævi fabulosi, sed et rerum recentiorum historiam, et ipsorum imperatorum Romanorum gesta complectitur. Hoc evincunt Excerpta ista, quæ apud Salmasium, in Notis novissime citatis, ex eo proferuntur; nimirum de morte imp. Adriani (t. I, p. 180), et insigni mausoleo in honorem illius erecto; de M. Antonino (p. 354), quod, ærario in bellis exhausto, ornamentorum imperialium auctionem in foro fecerit; de Numeriani imp. (t. II, p. 791) excæcatione et interitu; deque Carini (p. 795) insigni crudelitate, quod eos, qui puerum olim pueri lussissent ac derisissent, imperator jam factus non dimiserit inultos.

VI. Si aliud et diversum fuisse conperiat, tum locus erit suspicioni, non Chronicon illud

A Jo. Antiocheni cujus exstant Excerpta apud Porphyrogenetum, sed ipsum id opus a G. Codino et Tzetze utroque fuisse designatum ubi citant Jo. Antiochenum. Sin idem fuisse (quod omnino crediderim) evolventibus appareat, ex illis locis quæ ex eo adducunt Salmasius et Allatius, id ulterius et clarius astruetur, quod supra posuimus, Jo. Antiochenum Monachum et Joannem nostrum Malalam in eisdem narratiunculis solere concinere; et ideo nihil repugnare quominus cum Monacho idem esset Joannes ille Antiochenus qui a Tzetze fratribus laudatur, quamvis reperiantur apud ipsum Malalam res illæ pro quibus citatur. A Leone Allatio (in Eust. Hexaem. p. 300 et 303) ex Jo. Antiocheno Περὶ ἀρχαιολογίας, inter alia, citantur loca, de Hesiodo quodam, quod Græcos edocuerit litteras; et de expositione fabulæ super Eudymione, quod per mysticas quasdam orationes a luna nomen Dei addiscere voluerit, quodque illud per somnium edoctus non amplius est expectatus. Quæ ambæ narrationes apud Malalam (p. 70 et 75) quoque leguntur. A Salmasio [xxix] in Plinianis Exercitationibus (p. 902, 903, 908) ex eodem opere, inter alia loca, proferuntur fragmenta, de hippodromo urbis Romæ a Romulo exstructo; de ejusdem diversis partibus, et populi distinctionibus; de factionum in circo per greges et pannos discolors divisione ab Œnomao rege instituta; deque circi, juxta numerum planetarum, 7 spatiis, et, ad imitationem 12 Zodiaci signorum, 12 ostiis. Quæ omnia quoque apud Malalam (p. 218 ad 223) nostrum fabulosum occurrunt; sicut et ista quæ ex eodem citantur in Notis ad *Scriptores Historiæ Augustæ*, de Tabula lusoria a Palamede inventa, et de Palladio Trojano ab Asia philosopho excogitato; quæ una est quidem ex istis narratiunculis, pro quibus citatur ab Is. Tzetze Jo. Antiochenus. Illius verba sic se habent: Τὸ ἐν Τροίᾳ Παλλάδιον ζωδίον ἦν μικρὸν ὑπὸ Ἀσίου τινὸς φιλοσόφου κατασκευασθὲν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως. Et si quis cupiat ejus verba de Tabula Palamedis lusoria cum Malalianis (p. 129) componere, ea hæc sunt: Ὁ Παλαμῆδης διὰ τῆς τάβλας τὸν γῆινον κόσμον ἠνίκατο· τὸν ζωδιακὸν κύκλον διὰ τῶν δώδεκα κάσων· διὰ τοῦ ζήφοβόλου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἐπὶ τὰ κοκκίων, τὰ ἐπὶ τὰ ἀστρα τῶν πλανήτων· διὰ δὲ τοῦ πύργου τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ οὗ δίδεται πᾶσι καλὰ τε καὶ φαῦλα. Sic citantur a Dufresnio (Notis ad *Chron. Pasch.* p. 498, 499, etc.) *Excerpta mss.* ex *Chronico Jo. Antiocheni*, inter alia, de variis rebus quæ in Nostro (p. 23, 26, 27, 29, 30, 43) etiam comparent: de Homericæ fabulæ super Marte et Venere a Sole deprehensis expositione, ex Pakephato, qui idem a Nostro etiam adducitur; de Mercurii Trism. dictis de divina natura, ex ipsius operibus; de rege Ægyptiorum nominato *Karache*, seu *Maracho*, Sostri (sive Sesostri) succedente, et ab illo fuisse oriandos succedentes Ægyptiorum reges; de Meduca et Perseo, doctissime

hunc Persas τὰς ἐπὶ Γόργονας τελετάς· de anno A
 Ægyptorium antiquo sub Vulcani et Solis tempo-
 ribus; de Sose et Thuli (sive Thuachi) aliisque
 Ægyptiorum regibus; de oraculo denique de SS.
 [xxx] Trinitate regi Thuli in Africa dato. Citan-
 tur etiam ab eodem (p. 497) eadem, de Pico Jove,
 de regina Semiramí, deque Nino et Thurra ei suc-
 cedente; quæ narrationes, quamvis nunc in Nostro,
 quippe desunt in principio pleraque, non invenian-
 tur, tamen non dubitandum videtur, quin in illis,
 quæ jam desiderantur, repertæ fuerint, ut quidem
 occurrunt in illis, quæ ex *Chronico Paschali* sive
Alexandrino in eo (p. 19, 20, 21) supplentur. Locum
 unum ex supra memoratis, de veteri Ægyptiorum
 anno, ut cum *Malaliano* (p. 25) a lectore curioso
 (si placeat) conferantur, me non pigebit ascribere.
 Ἐβασίλευσαν Αἰγυπτίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἥλιος ἡμέρας
 800' ὡς εἶναι ἔτη 1β' καὶ ἡμέρας 4ζ'. Οὕτε γὰρ
 εἶδον τότε Αἰγύπτιοι ἢ ἄλλοι τινὲς ἐνιαυτὸν
 ψῆφισαι· ἀλλ' οἱ μὲν τὰς περιόδους τῆς σελήνης
 ἐνιαυτοῦς ἐψῆφισον, οἱ δὲ τὰς περιόδους τῆς ἡμέρας·
 οἱ γὰρ τῶν 1β' μηνῶν ἀριθμοὶ μετὰ ταῦτα ἐπενοθήθη-
 σαν, ἐξ ὅτου ἐπενοθήθη τὸ ὑποτελεῖς εἶναι τοῦς
 ἀνθρώπους τοῖς βασιλεῦσι.

VII. Atque hæc de diversis Joannibus Antioche-
 nis chronographis, ne temere, ut solet, cum al-
 tero illo Joanne Antiocheno chronographo, sive
 archæologo, confundatur Malala noster, hic dicta
 sunt. Exstiterunt alii Joannes Antiocheni, chro-
 nographi; ut Joannes rhetor, qui Historiam suam
 sub imp. Justino seniore terminavit; et, si fides
 Arabibus, Joannes ipse Chrysostomus, ex presby-
 tero Antiocheno patriarcha Constantinopolitanus,
 cujus nomine jam apud eos, et eorum lingua, cir-
 cumfertur Chronicon. De quibus nos agimus in
 alio opere. Celebratur a Ger. Vossio (*De Hist.
 Græcis*), et Phil. Labbæo (*Delin. Apparatus Hist.
 Byz.*), alius Joannes Antiochenus chronographus
 sive historicus, quem dicunt floruisse post tempora
 Justiniani senioris, et Evagrio Historiæ ecclesia-
 sticæ scriptori contæneum fuisse, et ab eo comme-
 morari. At longe falluntur eruditi illi viri; non
 enim ex urbe Antiochiæ, sed ex Epiphaniensi,
 fuit iste Joannes historicus, ut demonstrat in Notis
 ad Evagrium clariss. Hen. Valesius, et plenius nos in
 [xxx] opere (19) alio modo memorato. Jam ut,
 hæc omisissis, ad cætera, quæ spectant ad no-
 strum auctorem, procedamus, et de ejus conditione
 inænam disquisitionem: sunt qui illum existi-
 mant ipsius episcopatus Antiocheni infulis, dum
 vixit, fuisse ornatum. In hac opinione fuere in-
 terpretes Jo. Damasceni (quem appellant) *Libri
 tertii pro imaginibus*, quique illos sunt secuti alii
 non exigui nominis. Fragmenti, quod in libro
 citato ex Chronographo nostro producitur, inscri-

ptio sic se habet: Ἐκ τῆς χρονογραφίας Ἰωάννου
 Ἀντιοχείας τοῦ καὶ Μαλάλα περὶ τῆς Αἰμορροούσης,
 etc. Quam in hunc modum vertit Fran. Zinus:
*Ex temporum descriptione Joannis Antiochiæ pon-
 tificis, qui et Malala dictus est, de muliere quæ
 sanguinis fluxum perpessa fuerat.* Hujus tituli in-
 terpretationem Jac. Billius, dum Zini versionem
 in aliis castigat, absque reprehensione præterit:
 sic Jac. Gothofredus, ad Philostorgii *Historiam
 eccles.* (l. vii, c. 3) de Christi statua Pancadica
 verba faciens: *Quæd.* inquit, *Joannes Damascenus
 de imaginibus orat. 3. refert ex Chronico Joannis
 Antiochiæ episcopi, cognomento Malala.* Eandem
 sententiam et interpretationem amplexi sunt il-
 lustrissimus Baronius in *Annalibus* (ad ann. 31,
 num. 73) et Joannes noster Gregorius in *Anniad-
 versionibus* mss. super Malala, ac alii.

VIII. Utrum ipse orationis prædictæ de imagi-
 bus auctor, per Ἰωάννου Ἀντιοχείας Joannem
 nostrum Antiochiæ fuisse antistitem voluerit, quod
 auctores citati arbitrati sunt, pro certo haud fa-
 cile statuerim: hoc interim est admonendum,
 istiusmodi loquendi formula non semper necesse
 esse ut episcopi intelligantur, tametsi per illam
 in Catalogis conciliorum designari episcopi so-
 leant; sed posse etiam cives alios quoscumque per
 eam denotari. Hoc videtur exploratum habuisse
 Godefridus Tilmannus, qui in sua orationis præ-
 dictæ versione, Joannis Antiocheni, simpliciter
 habet. At quæcumque fuerit sententia ipsius au-
 ctoris; nos tamen nullo pacto descendere possu-
 mus in eorum opinionem qui ex sede Antioche-
 norum patriarchali Chronographum [xxxii] no-
 strum accessunt; verum suppetit nobis argumen-
 tum, idque quidem (ni fallor) firmissimum ac ir-
 refragabile, ad illam dignitatem eum nunquam
 fuisse evectum. Non hic adnotabo citari illum a
 Tzetze Chiliasta tanquam hominem obscurum et
 ignotum: Ταῦτα μὲν Ἰωάννης τις Μελέτης χρονο-
 γράφος: ubi illud vocabulum, τις, obscuritatis
 nota et indicium videtur; hoc, inquam, non ad-
 notabo, quippe vix negari possit quin de viris
 etiam nominatissimis et maximis vox ista inter-
 dum apud veteres usurpata reperitur. Sic (ut
 alios missos faciam) de Theodoro, episcopo Cyri
 doctissimo celebratissimoque, Theodorus albas et
 philosophus in argumento synodi Ephesinæ:
 Εὐρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητος τις, ἐλλογιμώ-
 τατος Κύβρου ἐπίσκοπος πόλεως ἀνατολικῆς. Sic ad
 verbum Leontius Scholasticus in libro *De secis*
 (act. 4, p. 509), ex abbate Theodoro (ut opinor)
 exscribens: Εὐρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρη-
 τὸς τις, ἐλλόγιμος Κύρου ἐπίσκοπος ἀνατολῆς. Abun-
 de erit, si ex ipso patriarcharum Antiochenorum
 Catalogo demonstremus fuisse nullum illius ci-

NOTÆ.

(19) *Diatriba de scriptoribus Græcis variis, cum profanis tum ecclesiasticis, maxime ex codd.
 mss. nondum edita, cap. 1.*

vitatis episcopum nominatum Joannem, qui in illa ætate, qua scripserit Malala, floruerit. Age itaque, videamus quot fuerunt Joannes Antiocheni patriarchæ, et fuisse nullum eodem temporis intervallo, quo vixerit Malala, ostendamus. In Nicephori patriarchæ CP. patriarcharum Antiochenorum Catalogo (qui unum numero supra sexaginta complectitur, et perducitur usque ad patriarcham Anastasium Juniorem, qui martyrium subiit circa annum incarnationis Dominicæ 608, seu, ut alii volunt, 611), recensentur Joannes, duo. Eorum primus, apud omnes scriptores ecclesiasticos propter schisma in synodo Ephosina commemoratus, et Epistolis aliquot suis notissimus, fuit ordine patriarcharum 39^{us} et anno D. 438 e vivis excessit, postquam patriarchatum per 18 annos gubernasset. Secundus fuit ordine 47^{us} successor Petri Fullonis, sub Zenone imp. A. D. 476, post menses 3 ejectus. Post duos hos Joannes, quos nemo non videt Joannem nostrum Malalam ætate antecessisse, cum floruerint ante imperium Justiniani ejus nominis primi cujus gesta a Malala celebrantur, non alius Joannes in antistitum Antiochenorum [xxxiii] serie occurrit ante sæculum a nato Christo undecimum. In illo sæculo, nimirum quo tempore recuperata fuit urbs Antiochenorum, expulsis Saracenis, a Christianis nostris Occidentalibus, id est A. D. 1098, cathedram illam tenuisse Joannem quemdam, sanctissimum confessorem, apud Gul. Tyrium, in *Historia belli sacri* (lib. vi, c. 23), memoriæ proditur. Is, ut dicit idem Tyrius, evoluta vix biennio post urbem recuperatam sede sua semet abdicavit et Constantinopolim abiit. Vergente ad exitum insequente sæculo, nempe a Domini nostri Nativitate duodecimo, thronum patriarchalem Antiochiæ tenebat Joannes alius; idem ille, qui olim in Oxia, Propontidis insula, monachicam exercuerat vitam, cujusque exstat, inter clariss. Cotelerii Ecclesiæ Græcæ Monumenta, *Oratio in monasteriorum donatione lucis factas*. In Conciliorum voluminibus habetur opusculum Joannis cujusdam patriarchæ Antiocheni *De superioritate inter concilium et papam*; at recens is fuit, et non ante sæculum xv, neque Græcis est annumerandus, sed Latinis, neque quidem revera, sed titulo tantum fuit patriarcha. Utrum inter hos duos Joannes posteriores, currentibus sæculis xiii et xiv, in throno Antiocheno sederet ullus necne, non habeo dicere; neque nostra quidquam refert; Joannem enim Malalam ante sæculum decimum floruisse, in liquido est. Itaque ut ante eum floruerint illi duo quos primo memoravimus, sic omnes hi novissime recensiti eo longe fuerunt recentiores. In scripto quodam manu exarato bibliothecæ Oxon. *Περὶ μεταθέσεως ἀρχιεπέων* De translatione episcoporum, quod anno

circa 1400 compositum est, sic mentio Jo. Antiocheni patriarchæ cognomento Codonati, qui inde translatus sit ad sedem metropolitanam Tyri. Non alius hic fuit quam secundus illorum quos memorat Nicephorus patriarcha CP. quem diximus ejectum a Zenone imp. Eum enim Codonatum fuisse cognominatum, testimonium perhibet Victor Tununensis. Ab Anastasio Cæsariensi, in tractatu *De jejuniis Deiparæ*, Joannes quidam patriarcha Antiochenus, tanquam tunc cum ipse scribebat Ecclesiam illam regens, celebratur: quo sæculo is claruerit, non habemus usque adeo exploratum, ut pro certo et indubitato decernere [xxxiv] possimus: hoc tamen certissimum et exploratissimum, eum ante undecimum sæculum, vel medium saltem præcedentis, in illius Ecclesiæ cathedra non præsedisse: nam auctor est idem Anastasius excepisse eum in sede ista Theodosium, Petri successorem; et ante (ad minimum) medium decimi sæculi fuisse nullum in illa Ecclesia Theodosium qui Petro successerit, constat. Neque multum quidem videtur dubitandum, quin idem is fuerit, vel cum illo Joanne patriarcha supradicto, cujus apud Gul. Tyrium habetur mentio, vel saltem (quod minus (20) arridet) cum monacho Oxiensi.

IX. Si cui oboriatur suspicio, inter Anastasium Juniorem patriarcham, in quo terminatur Catalogus Nicephorianus, et sæculum decimum, ante quod apparet floruisse Malalam, in cathedra Antiochensi sedisse Joannem aliquem, qui idem cum Malala potuerit esse: is adeat velim Eutychiei patr. Alexandrini *Annales*, illisque præfixam chronologiæ ejus *Synopsin*. Recensitos ibi reperiet illius intervalli patriarchas universos, Joanne nullo inter illos celebrato. Ejusdem rei fidem facit Catalogus alius, quem, ex Arabico aliquo auctore (ut opinor) transcriptum, ab amico nostro nullo nomine venerando, Edvardo Bernardo, viro in omni doctrinæ genere singularis præcellentiæ, accepimus. Illius patriarchas prædicti intervalli, quia discrepat aliquantulum ab Eutychiano, lectoris oculis hic non gravabimur subjicere.

Num.	A. D.	
	an.	quod desin.
58. Anastasius alter,	9	607
59. Vacat sub Persis, et Macdonius,	31	638
60. Macarius,	8	646
61. Theophanus,	5	651
62. Thomas,	12	663
63. Georgius,	20	685
64. Vacat sub Saracenis, et Theophylactus,	21	704
65. Theodorus,	50	754
66. Theodoretus,	18	772
67. Jobus,	25	795
68. Nicolaus,	17	812
69. Stephanus et Thaddæus,	51	843
	26	869
	22	891

NOTE.

(20) Vide *Diatr. de script. Græc. var.*

70. Symeon,
71. Elias,
72. Vacat

12 903
28 951
4 955

Dein Theodosius et alii viri obscuri.

[xxxv] X. Ut errorem committunt scriptores prænotati, cum Malalam nostrum in patriarcharum Antiochenorum Albo reponunt, sic errorem plane diversum de illo erravit Franc. Combefsius. Is in *Manipulo de originibus rerum Constantinopolitanarum*, Joannem nostrum Antiochenum Malalam, cujus nomen ex *Oratione*, quam vocant, *Jo. Damasceni de imaginibus* supra citata ei innotuerat, eundem fuisse decernit cum Joanne illo Antiochæno, ex grammatico presbytero, quem tradunt Gennadius Mass. (*De scriptoribus eccles.*) et Marcellinus Comes (*Chronico*) contra hæret. Euty-chianos librum condidisse. Qui error, ut facile refellitur, cum Chronicon Malalianum ultra tempus Joannis prædicti pertexatur; ita facile quoque illi condonatur, cum Chronicon ipsum videre ei nunquam datum est. Suum autem Chronicon composuit Marcellinus A. D. 534, id est inoperii Justiniani octavo, et Catalogum suum scriptorum ecclesiasticorum, in quo mentionem facit prædicti Jo. Antiocheni presbyteri, concinnavit Gennadius, imperium administrante Anastasio, A. D. 495, hoc est, annis ante imperii Justiniani, a Malala nostro celebrati, exitum circa lxx.

XI. Conjecturam aliam nihilo magis felicem eodem in loco de chronographo nostro facit Combefsius; ut eundem eum fuisse cum prædicto Joanne presbytero, sic eundem omnino fuisse cum Joanne historico cognomento Diacrinomeno, id est, Euty-chiano; sic enim Schismatici Euty-chiani nuncupari consueverant. Floruit iste Joannes δ Διακρινόμενος ante nostrum Joannem, et ante ipsius Justiniani tempora sub prædicti Anastasii imperio, citante eum Theodoro Lectore in *Hist. Eccles.* qui ipse scripsit sub Justino seniore, decessore Justiniani, Anastasique successore. Neque reperiuntur apud nostrum chronographum quæ ex illo Joanne nominato Diacrinomeno a scriptoribus Græcis proferuntur. De eo qui plura vult, is adeat nostram Diatribam (ad quam lectorem jam sæpius amandavimus) *De scriptoribus Græcis variis cum profanis tum ecclesiasticis, maxime ex codd. mss.* quæ lucem brevi visura est: ubi legere licebit nonnulla de eo haud vulgaria.

[xxxvi] XII. Utrum omni hæreseos labe immunis esset noster chronographus, an potius faveret prædictorum Euty-chianorum partibus, adeo ut nareatur, cum dicto Joanne Historico, δ Διακρινόμενος audire; si quidem inquirere operæ pretium: non desunt quæ fidem faciunt, inter scriptores eum orthodoxos esse potius annumerandum. Imperatoris quippe Justiniani fidem, dogmatibus hæreticorum, quos edicis ille damnaverat, oppositam, orthodoxam appellat *Hæresium*,

A inquit, *sectatores quoscunque Romani imperii Anibus excedere jussit, indulta tamen eis per tres menses licentia si qui per id tempus fidem orthodoxam amplecteretur.* Sic alio in loco de Justiniano: *Sub illius, inquit, imperio hæresibus variis interdictum est.* Inter istas veronominatim fuisse Euty-chianæ interdictum, ex edictis 5 et 6 apud Codicem Justinianæum in titulo 4, sit conspicuum. Datur alius quidem in eo locus, qui forsitan nonnullis videatur argumentum subministrare, eum Euty-chianorum opinionibus tinctum fuisse; locus scilicet iste ubi habet sermonem de Vitaliani rebellionem contra imp. Anastasium, Euty-chianum, in fidem catholicam sævientem, et episcopus orthodoxos et sedibus suis deturbantem; quem Vitalianum ait Victor episcopus Tununensis contra illum arma cepisse propter *fidei catholicæ subversionem et synodi Chalcedonensis damnationem, remotionesque orthodoxorum episcoporum atque successiones hæreticorum.* De illa Vitaliani rebellionem verba faciens, et in fugam eum actum enarrans chronographus noster sic subjungit: Καὶ ἐνίκησε ὁ Σωτήρ Χριστὸς καὶ ἡ τοῦ βασιλέως τύχη. *Hanc vero victoriam conciliavit Salvator Christus et imperatoris fortuna.* Quæ verba videantur indicare zelum ejus contra causam Vitaliani, et ipsius fuisse opinionem, pro imperatore tanquam pro veritate Christum dimicasse. At utenique hoc nonnullis prima fronte videatur, eximie tamen nihil potest jure inferri; dici enim ista a Malala potuere, quia arma rebelliam contra principem suum Vitalianum sumpserat. Sic alii profecto scriptores orthodoxi de bello a Vitaliano moto, tanquam de re improbanda loquuntur, quamvis bene de eo sensisse videatur citatus Victor. Cyrillus Scythopolitanus in *Vita S. Sabæ* (cap. 57.) illius rebellionem damnare videtur, sed aliquanto [xxxvii] tectius: *συνεχόμενος ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ὀπὸ τοῦ Βιταλιανοῦ βαρβαρικῶν ὑχλήσεων.* *Detentus imp. Anastasius a Vitaliani barbaricis motibus.* Evagrinus (*Hist. eccles.* l. iii, c. 45) apertissime: *Ῥυπανεῖ* (inquit) *τὸν Ἀναστάσιον Βιταλιανός.* Et, eodem in loco, ait eum meditatum fuisse ut *imperium occuparet.*

XIII. Præter varios hosce *Joannes Antiochenos* huc usque memoratos, quos esse diversos a Joanne nostro ex dictis certissime cognoscitur, observata sunt nobis inter legendum nomina aliorum non paucorum. Eorum primus est Jo. Antiochenus archipresbyter, Publicæ diaconissæ et abbatissæ filius sub imp. Juliano apostata clarus. Secundus est Jo. Maxentius, presbyter (ut volunt) Ecclesiæ Antiochenæ sub Justino seniore, cujus exstant in Bibliotheca Patrum opuscula aliquot. Tertius est Jo. Antiochenus presbyter, contra Faustum Semipelagianum scriptor, ab Adone Viennensi laudatus; nisi idem hic esset (quod facile quidem concedo) cum prædicto Jo. Maxentio. Quartus est Jo. Antiochenus Laura S. Sabæ in Palestina monachus, Diaconus et Canonar-

cha, secta Origenista, imperante Justiniano. Quintus est Jo. Scholasticus, ex presbytero Antiocheno patriarcha Constantinopolitanus sub ejusdem Justiniani exitu: cujus exstant *Collectio canonum et Capita ecclesiastica*; quemque aliqui perperam confundunt cum Jo. Antiocheno Chronographo, cujus exstant Excerpta in Collectione Constantini Porphyrogeneti. Sextus est Joannes de Antiochia vulgo dictus, Arrianus, unus ex magistris Muhammedis pseudoprophetae, quo tempore imperavit Heraclius. Hisce adijciendi sunt, nisi iidem fortasse fuerint cum aliquo jam dictorum, Joannes monachus et presbyter Antiochiae, cui in codice quodam ms. attribuitur *Oratio de Domini transfiguratione*, eadem cum illa, quam nomine Jo. Damasceni in illius operibus divulgatam habemus: et Jo. Antiochensis, cujus nomen in alio quodam ms. tractatu *De conjurationibus* praefixum reperitur. De omnibus hisce, sicut et de illis plerisque quos in superioribus memoravimus, nos fusius et plenius in Diatriba supra memorata *De scriptoribus Graecis variis*, capitibus duobus primis, ex professo disseruimus. Hic [xxxviii] eos recensitos volui, ut quot et quinam existerint illius nominis non nescius sit lector, et, si quis ex illis cum chronographo nostro idem esse videatur, ei proprio suo iudicio uti liceat, modo et mihi liceat uti meo. Nihil opus est ut hisce subjiciam, a Diacono Liberato (Breviario, cap. 18) memorari episcopum quemdam Alexandriae, cujus nomen sit nostri scriptoris quam simillimum, Joannem cognomento Mela; quem dicit fuisse Dioscoritam, hoc est Diacrinomenum sive synodi Chalcedonensis adversarium. Eundem eum fuisse cum nostro Jo. Malala suspicabitur nemo paulo eruditior. Floruit enim ante tempora Justiniani, et, ut auctor est ipse Liberatus, secundus erat in antistitum Alexandrinorum successione a Petro Mongo, Athanasii haeretici successor, et alterius Joannis Machiotae (sive Niciotae) cognominati decessor. Incepit, juxta *Chronicon Orientale*, Ecclesiae Alexandriae praesidere A. D. 488, et sedem tenuit per annos 8, et quod excurrit. Kircherus in *Catalogo patriarcharum Alexandrinorum* refert illius initium ad annum Christi 506. Ad quem annum ponitur a Baronio non initium ejus, sed exitus.

XIV. De chronographo nostro, benigne lector, quis fuit et qualis, vel potius sane quis et qualis non fuit, inquisivimus hactenus. Jam postulat ratio nostri instituti, ut ad alia progrediamur, et qualis sit scriptor, deque ejus aetate, temporeque quo scripsit, incamuis disquisitionem. Floruisse eum sub imperio Justiniani ejus nominis primi, quod anno D. 527° inceptum est, et 565° terminatum, inter illos eruditos viros, qui Chronici ejus exemplar ms. pervolverint, inolevit hucusque aententia. Sic statuunt pro certo et indubitato Chilmeadus simul interpres et Gregorius; sic

quoque vir summus Gul. Lloydus, antistes Asaphensis hodiernus, qui et eum existimat anno Justiniani circiter xxv scribere desiisse. Hoc edocui nos sumus a clariss. Antonio Pagi in *Annales Card. Baronii* (ad an. D. 107): in quo opere eximio de chronographo nostro ex Patris praedicti litteris ad se missis mentionem faciens vir ille eruditissimus: *Vixit, inquit, sub magno Justiniano et videtur anno ejus xxv, aut circiter, scribere [xxxix] desiisse. Ita clarissimus Gul. Lloydus, episcopus Asaphensis, e secta Protestantium, vir solidissimi criterii. In egregio perutilique opere, De scriptoribus ecclesiasticis, quo orbem sibi litterarium obstrinxit vir eruditissimus Gul. Cavæus nostras, ad aetatem Justiniano sequiorem demittitur, ita tamen ut eo imperante in vivis esse potuerit, et ad annum Christi 601 conjecit.*

XV. Cum ait celeberrimus Pagius certiozem se factum ab episcopo Asaphensi, chronographum nostrum anno Justiniani xxv, aut circiter, scribere desiisse, eum non possum non suspicari duabus in rebus memoria fuisse lapsus: nam 1°, mihi facile persuadeo scripsisse doctissimum praesulem de anno Justiniani, non xxv sed xxxv. Usque enim ad annum illius imperatoris xxxv Chronographiam nostram, prout jam in ms. habetur, perducit, tam certum est quam quod certissimum: et desinit quidem in anno illius imperii vel xxxviii, vel xxxvii. Subest quoque suspicio hoc tantum eum sibi voluisse, in isto circiter anno desinere nostrum exemplar, non illo anno auctorem scribere desiisse; nam unde id colligi potuerit, nihil uspiam, vel leve, occurrit, cum in fine exemplar esse mutilatum, vel luce ipsa clarius appareat. Habetur exemplar inter codd. Baroccianos, membrana, et manu antiqua annorum (ut fas est conjicere) plus quam 600, exaratum. Ex voluminis ms. crassitie, colligendum facile videtur non multas schedas in calce desiderari, et vix id deductum fuisse ultra mortem Justiniani: sed ad hoc volumen non aliud olim pertinuisse, vel ipsum olim non fuisse in duo divisum, unde liqueat? Certe constat opus totum multa olim passum fuisse, et schedas omnes aliquando jacuisse per injuriam temporis a se invicem solutas. Hoc indicat praesens voluminis conditio, schedis variis in locis a posteriore bibliopego miserrime transpositis. Utcumque de hisce res habeat: quod intra annos a Domini nostri Nativitate 900 scripsit noster chronographus, extra omnem dubitandi aleam ponitur, cum exstarent ex opere illius excerpta, inter Collectanea Constantini Porphyrog. imp. qui natus est anno 905, et anno circiter 959 denatus: et non scripsisse sub ipso Justiniani imperio, sed postquam ille diem suum supremum obiisset, hoc est post annum 565, eodem certitudinis gradu nobis elucescit, id aperte indicantibus [xl] verbis illis quae de Justiniano in initio libri xviii, leguntur: *Ἐβασταύσατον θεοτάτος Ἰουστινιανὸς ἔτη λτ', καὶ μῆνας ζ', καὶ ἡμέρας*

cy. Imperium tenuit divinissimus Justinianus annos 38, menses 7, et dies 13. Hoc solum in controversiam potest vocari, an sub Justiniano floruerit, et paulo post ejus ætatem Chronographiam suam condiderit? Sunt quidem, quæ facile cuivis non satis attento possint persuadere, eum paulo post Justinianum suum opus concinuisse; sed et alia sunt multa a nobis observata, quæ suspicionem non immerito creant eum sæculo isto fuisse recentiorum: quin et sunt quæ subinditent eum ad tempora longe sequiora esse detrudendum. Ut de ejus ætate veritate possit indagare lector, deque ejus auctoritate judicium facere, nos quidquid occurrit notarum et indiciorum ætatis, ob oculos hic congeremus, ac in trutina simul collocabimus. Et primum quidem ea, quæ contra illius vetustatem tantam videantur facere, afferamus et in lance ponamus; deinde quæ illam videantur astruere, ex adverso ponderemus; et si quid admittant hæc responsionis, prout æquos rerum æstimatores decet, videamus.

XVI. Quod auctor noster sub Justiniano Seniore, non solum non scripserit, sed et neque in vita existierit, in primo loco, argumenti firmissimi vigorem id habere videtur, quod de urbis suæ Antiochiæ nomine sub Justiniano in Theopolim mutato, et de populi tunc temporis acclamationibus, verba faciens (part. II, p. 179), de illorum acclamationibus non loquitur ipse ex sua scientia et memoria, sed ad publica ipsius civitatis Registra provocat: Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς Χαρτίοις εὐρέθη τῶν τὰ ἄκτα γραφόντων τῆς αὐτῆς πόλεως, οἳ ἐκράζον κληδὸνα δίδόντες εἰς τὸ μετακληθῆναι τὴν αὐτὴν πόλιν. Ad novum vero hoc nomen, in Chartis eorum qui acta publica hujus civitatis conscripsere, inventum est, quod bene eidem ominantes acclamarunt incolæ. Sane si ipsius memoria contigissent istæ acclamationes, quamvis forsitan memorare potuisset in Registra civitatis publica fuisse relatas, illa tamen de eis hoc modo et forma non allegasset. Si vel ipse, vel sui æquales istiusmodi acclamationes suis propriis auribus percepissent, [xli] an fuisse acclamationes acta publica citasset? Si quænam voces fuerunt acclamatæ, et quoties fuisset acclamatum, enarrasset, non fuisset mirandum cum acta publica (21) de illis appellasse. At simpliciter fuisse a bene ominantibus acclamatum, si vel ipse, vel sui coætanei, audissent, qui potuit Registra citare?

XVII. Argumentum 2^m exinde peto, quod de re-

(21) De populi acclamationibus in Acta publica referendis, adi Casaubonum in Vulcatii Gallicani Avidium Cassium, p. 466, etc., et Gretserum lib. III Observ. in Codinum De officiis urbis CP. c. 6, pag. 215 ad 218.

(22) Conferatur p. 159 cum 153, 155, 176, 180.

(23) Vide caput illius 13.

(24) Apud Helvicum et alios chronologos, annus iste consularis qui incurrit in annum Justiniani 2 et 3, seu indictio 7, consulatu Basillii insinuitur: at male. Consul enim solitarius illius anni

bus gestis sub imperio Justiniani, tot et tanti errores in illius Chronographia committantur, ut omnino repugnet eum illis vixisse temporibus. Et, multis præteritis, nonnullos hic loci, qui nobis sint majoris momenti, in medium producimus: Bellum illud quo regi Lazorum contra Persas per ducesm Irenæum, etc. suppetiæ latæ sunt, is refert ad imperium Justiniani (p. 155), et ad ejus consulatum 2, indictionemque 5, quæ in annum illius imperii II incurrit; quod tamen non gestum fuisse ab imp. Justiniano, sed ab ejus decessore Justino, ex Procopio Cæsariensi (*De bello Pers.* l. I, c. 12), ejusdem ævi probatissimo scriptore, colligere licet. Edictum Justiniani de episcopis, orphanotrophis, œconomis, et xenodochiariis, ne nisi de iis quæ ante munus susceptum habuerint bonis, testamentum emitterent, conjicit is ad annum Justiniani 2^m (22), errore non minus quam annorum 13. Designatur enim Novella Justiniani 151 (23) quæ emissa est XV Kal. Aprilis Basilio cos. (24), ut ex ejus extremo conspicitur, id est anno illius imperii [xlii] XV jam desinente. Ad annum Justiniani 2^m, (25) de Constitutionibus quibusdam Novellis ab eo tunc temporis promulgatis mentionem Noster faciens, inter eas recenset Constitutionem *De jure hereditario liberis naturalibus concedendo, juxta legem ab imp. Anastasio latam*; quæ edita quidem est non ante imperii Justiniani annum XIII. Quamvis enim super ista materia habeatur lex Justiniani in Codice tit. 26, 50, 8, ipsius 2^o consulatu, i. e. anno imperii II data; vix tamen videtur dubitandum quin a nostro auctore designetur lex de re eadem posterior, amplior, et celebrior, quæ in Authentico inter Novellas numeratur LXXXIX, et anno illius imperii XIII, consulatum gerente Apione, data est; in qua quidem expressa habetur mentio de lege circa rem eandem ab imp. Anastasio emissa, ut de eo mentionem in lege a se designata fuisse factam non obscure subindicat auctor. Ad eundem annum de puellis ex lenonum turpissima servitute ab imperatrice Theodora liberatis, prohibitisque lenociniis, commemorat (26); quod tamen dubitaverit nemo, quin statim contigerit ante tempus illud, quo lege ab imperatore adversus lenocinia provisum est: at data est lex illa Kal. Decemb. Belisario cos., imperatoris anno nono; et inter Novellas numeratur XIV. Ad eundem annum, nempe Justiniani II, et ante consulatum Decii, qui anno illo ad exitum vergente incepit, refertur a Nostro (27) Codicis

NOTÆ.

nominatus est non Basilius, sed Decius, uti patet ex Fastis Marcellini Comitis, Victoris Tun. et Chronici paschalis sive Alexandrini; atque ita nominatur ab auctore nostro p. 186, 187, et ab ipso imp. Justiniano in *Constitutione de emend. codicis.*

(25) Confer p. 169, cum p. 153, 155, 174, 180.

(26) Confer p. 273, cum sequente, ubi mentio indictionis 7 et cum cæteris jam cit.

(27) Conferatur p. 183, cum 153, 155, 176, 180, 186, 187, ubi commemoratur consulatus Decii tanquam initus post Codicis editionem.

Justinianæ editio, qui editus tamen est ineunte Justiniani anno III sub ipso Decii consulatu, VI Idus Aprilis; uti liquet ex Constitutione de eo confirmando. Ad prædicti Decii consulatum (p. 186) conjicitur ab eo Edictum contra aleatores; quod postea temporis fuisse evulgatum, ex eo licet colligere, quod inscriptum sit (exstat illud in Codice lib. III, tit. 43) ad Joannem (Cappadocem) prætorio præfectum; nam ad eam dignitatem evectus est Joannes Cappadox non ante consulatum sequentem, quem gessere Lampadius et Orestes, vel [XLIII] præteritum vel exiturum: suffectus est enim in locum Juliani, quem prætorio præfecti magistratum administrasse exituro Lampadii et Orestis consulatu, comprobatur ex Codicis libro I, tit. 5, lege 19, quæ dirigitur Juliano P. P. V. Kal. Decemb. Lampadio et Oreste coss. Eidem rei ipse Noster testimonium adhibet, qui postquam locutus fuisset de legatis Romanorum sub exitu mensis Septembris (28), Lampadio et Oreste coss. ex Perside post pacem sanctam redeuntibus, deque Romanorum et Persarum in bellum iterum ruentium prælio commisso ad fluvium Euphratem Aprilis die XIX (p. 202), addit, tempore circiter eodem (29) Julianum prætorio præfectum (p. 205) dignitate sua exutum fuisse, et Joannem Cappadocem in locum ejus suffectum. De Antiochia a rege Persarum Chosroe expugnata mense Junio indict. 3, hoc est anno Justiniani XIV verba faciens, subnectit, eodem tempore (p. 222) Belisarium contra Gothos emissum fuisse, etc., quod contigit tamen ante captam a Chosroe Antiochiam plus annis 4 solidis. Inceptum est enim a Belisario bellum Gothicum circa annum Justiniani nonum absolutum sive decimum inchoatum, ut annus illius XIV et indictio prædicta tertia cum anno istius belli quinto connectantur: id quod videre est in Procopii Historia de bello isto concinnata. Circa quidem id tempus ex Italia reversus est Belisarius cum Vitige rege Gothorum captivo facto, cujus rei ibidem chronographus noster meminit: atque hoc videtur erroris ansam ei præbuisse; putavit enim, ut videtur, intra paucos menses et inceptum fuisse bellum et Vitigem Constantinopolim adductum. Hisce omnibus erratis adde, quod cometa insignis, qui Procopio teste (30), anno Justiniani XIII apparuit, ad annum illius IV, consulatum sc. Lampadii et Orestis, a Nostro [XLIV] prodatur (31): quo nec se nec suos æquales cometam istum vidisse liquidissimo demonstrat. Accedit quod Nycleparchi potestatem abrogatam et pro eo prætorem creatum ad Joannis Cappadocis consulatum (i. e. ad annum imperatoris XII) conjiciat (p. 221); quod tamen triennio ante, nempe cos Belisario, factum est, ut apparet ex Novella 13. Qui-

bus adjicienda est fabula ista, quam de rege Axumitarum memoriæ tradit (p. 164), eum tempore Justiniani contra regem Homeritarum in bellum profecturum, quia negotiatores Christianos in Axumitarum regiones transeuntes bonis omnibus et vita is spoliaverat, vovisse, si Homeritensem bello superaverit Christianum se futurum (*Pro Christianis enim, inquit, adversus eum arma sumo*); et parta victoria legatos ad Justinianum misisse, ut episcopus sibi clericique darentur, a quibus Christianæ religionis rudimentis et mysteriis imbutus, sacro baptismatis lavacro intingeretur. Hoc totum a vero longissime abhorre testatissimum fit ex Procopio: nam auctor est ille, regem Axumitensem, etiam ante id bellum, religionis Christianæ fuisse cultorem, idque quidem quam ferventissimum; Χριστιανός τε ὢν καὶ δόξης τῆσδε ὡς μάλιστα ἐπιμελούμενος. Et ut constat esse alienum ab omni veritate, ita si quis penitus ad illud attendat, rationem et modum fabulandi apud recentiores scriptores Græculos usitatum, respicere patebit. Committere non possum, quin hic subjungam, quod in Vita Justinii Thracis, Justiniani decessoris, annis paucis ante hujus initium de Euphrasio suæ civitatis patriarcha, scriptum reliquit; suffectum eum in locum defuncti Pauli, orthodoxos, quos vocant, graviter persecutum fuisse, plurimis eorum etiam neci traditis. Quale hoc erroris portentum! quam absurdum, et ἀσύστατον! quam absurdum est, Euphrasium orthodoxum orthodoxos neci tradidisse! quam absurdum est eum, qui idcirco quod fuerit orthodoxus ad thronum illum promotus erat, sub orthodoxo imperatore orthodoxos fuisse persecutum! Quis nescit hæreticos istos quos imp. Anastasius ad sedium episcopaliū [XLV] honorem evexerat, a Justino fuisse dejectos et deturbatos? Et quis non cognoscit sub eo solos floruisse orthodoxos? Sane talis et tantus error hic esse videtur, ut a nostro auctore de sua civitate nullo modo potuisset committi, si vel ipse tunc temporis vixisset, vel cum aliis ullis qui vixerant illa ætate, fuisset versatus. Neque alia quidem de causa id scriptum fuisse videtur, quam quod narrationem ex auctore aliquo Eutyichiano exscripserit; qui auctor, cum ipse esset Eutyichianus, per orthodoxos designarit, non illos qui revera fuerunt orthodoxi, sed qui tales sunt habiti apud Eutyichianos; hos namque ab Euphrasio persecutionem fuisse passos, ad verisimilitudinem quam proxime accedit.

XVIII. Quod in cæteris istis locis tam insigniter a vero deflexerit noster Chronographus, id in causa fuisse videtur, partim quod scriptores malos

NOTÆ.

(28) Conferatur, p. 190 cum 188.

(29) Prætorio præfectum fuisse Joannem illum anno post consulatum Lampadii et Orestis liquet ex Cod. I. I, leg. 81, quæ dirigitur Joanni P. P. et data est v Kal. Aug. post consulatum Lampadii et

Orestis.

(30) Conferatur capitis 3 libri I *De bello Persico* finis cum initio capitum 2 seqq.

(31) Confer., p. 190 cum 188.

37. Imperium tenuit divinissimus Justinianus annos 38, menses 7, et dies 13. Hoc solum in controversiam potest vocari, an sub Justiniano floruerit, et paulo post ejus ætatem Chronographiam suam condiderit? Sunt quidem, quæ facile cuivis non satis attento possint persuadere, eum paulo post Justinianum suum opus concinasse; sed et alia sunt multa a nobis observata, quæ suspicionem non immerito creant eum sæculo isto fuisse recentiorum: quin et sunt quæ subindicent eum ad tempora longe sequiora esse detrudendum. Ut de ejus ætate veritatem possit indagare lector, deque ejus auctoritate judicium facere, nos quidquid occurrit notarum et indiciorum ætatis, ob oculos hic congeremus, ac in trutina simul collocabimus. Et primum quidem ea, quæ contra illius vetustatem tantam videantur facere, afferamus et in lance ponamus; deinde quæ illam videantur astruere, ex adverso ponderemus; et si quid admittant hæc responsionis, prout æquos rerum æstimatores decet, videamus.

XVI. Quod auctor noster sub Justiniano Seniore, non solum non scripserit, sed et neque in vita exstiterit, in primo loco, argumenti firmissimi vigorem id habere videtur, quod de urbis suæ Antiochiæ nomine sub Justiniano in Theopolim mutato, et de populi tunc temporis acclamationibus, verba faciens (part. II, p. 179), de illorum acclamationibus non loquitur ipse ex sua scientia et memoria, sed ad publica ipsius civitatis Registra provocat: Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς Χαρτίοις εὐρέθη τῶν τὰ ἄκτα γραφόντων τῆς αὐτῆς πόλεως, οὗτοι ἐκράζον κληθῆνα διδόντες εἰς τὸ μετακληθῆναι τὴν αὐτὴν πόλιν. Ad novum vero hoc nomen, in Chartis eorum qui acta publica hujus civitatis conscripsere, inventum est, quod bene eidem ominantes acclamant incolæ. Sane si ipsius memoria contigissent istæ acclamationes, quamvis forsitan memorare potuisset in Registra civitatis publica fuisse relatas, illa tamen de eis hoc modo et forma non allegasset. Si vel ipse, vel sui æquales istiusmodi acclamationes suis propriis auribus percepissent, [xli] an fuisse acclamationes acta publica citasset? Si quænam voces fuerunt acclamatae, et quoties fuisset acclamatum, enarrasset, non fuisset mirandum eum acta publica (21) de illis appellasse. At simpliciter fuisse a bene ominantibus acclamatum, si vel ipse, vel sui coætanei, audissent, qui potuit Registra citare?

XVII. Argumentum 2^m exinde peto, quod de re-

NOTÆ.

(21) De populi acclamationibus in Acta publica referendis, adi Casaubonum in Vulcatii Gallicani Avidium Cassium, p. 466, etc., et Gretserum lib. III Observ. in Codinum De officiis urbis CP. c. 6, pag. 215 ad 218.

(22) Conferantur p. 159 cum 153, 155, 176, 180.

(23) Vide caput illius 13.

(24) Apud Helvicum et alios chronologos, annus iste consularis qui incurrit in annum Justiniani 2 et 3, seu indictio 7, consulatu Basilii insinquitur: at male. Consul enim solitarius illius anni

bus gestis sub imperio Justiniani, tot et tanti errores in illius Chronographia committantur, ut omnino repugnet eum illis vixisse temporibus. Ut, multis præteritis, nonnullos hic loci, qui nobis sint majoris momenti, in medium producamus: Bellum illud quo regi Læzorum contra Persas per ducem Irenæum, etc. suppetiæ lata sunt, is refert ad imperium Justiniani (p. 155), et ad ejus consulatum 2, indictionemque 5, quæ in annum illius imperii II incurrit; quod tamen non gestum fuisse ab imp. Justiniano, sed ab ejus decessore Justino, ex Procopio Cæsariensi (*De bello Pers.* l. I, c. 12), ejusdem ævi probatissimo scriptore, colligere licet. Edictum Justiniani de episcopis, orphanotrophis, œconomis, et xenodochiariis, ne nisi de iis quæ ante munus susceptum habuerint bonis, testamentum emitterent, conjicit is ad annum Justiniani 2^m (22), errore non minus quam annorum 13. Designatur enim Novella Justiniani 131 (23) quæ emissa est XV Kal. Aprilis Basilio cos. (24), ut ex ejus extremo conspicitur, id est anno illius imperii [xlii] xv jam desinente. Ad annum Justiniani 2^m, (25) de Constitutionibus quibusdam Novellis ab eo tunc temporis promulgatis mentionem Noster faciens, inter eas recenset Constitutionem *De jure hæreditario liberis naturalibus concedendo, juxta legem ab imp. Anastasio latam*; quæ edita quidem est non ante imperii Justiniani annum XIII. Quamvis enim super ista materia habeatur lex Justiniani in Codice tit. 26, 50, 8, ipsius 2^o consulatu, i. e. anno imperii II data; vix tamen videtur dubitandum quin a nostro auctore designetur lex de re eadem posterior, amplior, et celebrior, quæ in Authentico inter Novellas numeratur LXXXIX, et anno illius imperii XIII, consulatum gerente Apione, data est; in qua quidem expressa habetur mentio de lege circa rem eandem ab imp. Anastasio emissa, ut de eo mentionem in lege a se designata fuisse factam non obscure subindicat auctor. Ad eundem annum de puellis ex lenonum turpissima servitute ab imperatrice Theodora liberatis, prohibitisque lenociniis, commemorat (26); quod tamen dubitaverit nemo, quin statim contigerit ante tempus illud, quo lege ab imperatore adversus lenocinia provisum est: at data est lex illa Kal. Decemb. Belisario cos., imperatoris anno nono; et inter Novellas numeratur XIV. Ad eundem annum, nempe Justiniani II, et ante consulatum Decii, qui anno illo ad exitum vergente incepit, refertur a Nostro (27) Codicis

nominatus est non Basilius, sed Decius, uti patet ex Fastis Marcellini Comitis, Victoris Tan. et Chronici paschalis sive Alexandrini; atque ita nominatur ab auctore nostro p. 186, 187, et ab ipso imp. Justiniano in *Constitutione de emend. codicis.*

(25) Confer p. 169, cum p. 153, 155, 174, 180.

(26) Confer p. 273, cum sequente, ubi mentio indictionis 7 et cum cæteris jam cit.

(27) Conferatur p. 183, cum 153, 155, 176, 180, 186, 187, ubi commemoratur consulatus Decii tanquam initus post Codicis editionem.

Justinianæ editio, qui editus tamen est ineunte Justiniani anno III sub ipso Decii consulatu, VI Idus Aprilis; uti liquet ex Constitutione de eo confirmando. Ad prædicti Decii consulatum (p. 186) conjicitur ab eo Edictum contra aleatores; quod postea temporis fuisse evulgatum, ex eo licet colligere, quod inscriptum sit (exstat illud in Codice lib. III, tit. 43) ad Joannem (Cappadocem) prætorio præfectum; nam ad eam dignitatem evectus est Joannes Cappadox non ante consulatum sequentem, quem gessere Lampadius et Orestes, vel [XLIII] præteritum vel exiturum: suffectus est enim in locum Juliani, quem prætorio præfecti magistratum administrasse exituro Lampadii et Orestis consulatu, comprobatur ex Codice libro I, tit. 5, lege 19, quæ dirigitur Juliano P. P. V. Kal. Decemb. Lampadio et Oreste *cos.* Eidem rei ipse Noster testimonium adhibet, qui postquam locutus fuisset de legatis Romanorum sub exitu mensis Septembris (28), Lampadio et Oreste *cos.* ex Perside post pacem sanctam redeuntibus, deque Romanorum et Persarum in bellum iterum ruentium prælio commisso ad fluvium Euphratem Aprilis die XIX (p. 202), addit, tempore circiter eodem (29) Julianum prætorio præfectum (p. 205) dignitate sua exutum fuisse, et Joannem Cappadocem in locum ejus suffectum. De Antiochia a rege Persarum Chosroe expugnata mense Junio indict. 3, hoc est anno Justiniani XIV verba faciens, subnectit, eodem tempore (p. 222) Belisarium contra Gothos emissum fuisse, etc., quod contigit tamen ante captam a Chosroe Antiochiam plus annis 4 solidis. Inceptum est enim a Belisario bellum Gothicum circa annum Justiniani nonum absolutum sive decimum inchoatum, ut annus illius XIV et indictio prædicta tertia cum anno istius belli quinto connectantur: id quod videre est in Procopii Historia de bello isto concinnata. Circa quidem id tempus ex Italia reversus est Belisarius cum Vitige rege Gothorum captivo facto, cujus rei ibidem chronographus noster meminit: atque hoc videtur erroris ansam ei præbuisse; putavit enim, ut videtur, intra paucos menses et inceptum fuisse bellum et Vitigem Constantinopolim adductum. Hisce omnibus erratis adde, quod cometa insignis, qui Procopio teste (30), anno Justiniani XIII apparuit, ad annum illius IV, consulatum sc. Lampadii et Orestis, a Nostro [XLIV] prodatur (31): quo nec se nec suos æquales cometam istum vidisse liquidissimo demonstrat. Accedit quod Nycteparchi potestatem abrogatam et pro eo prætorem creatum ad Joannis Cappadocis consulatum (i. e. ad annum imperatoris XII) conjiciat (p. 221); quod tamen triennio ante, nempe *cos.* Belisario, factum est, ut apparet ex Novella 13. Qui-

bus adjicienda est fabula ista, quam de rege Axumitarum memoriæ tradit (p. 164), eum tempore Justiniani contra regem Homeritarum in bellum profecturum, quia negotiatores Christianos in Axumitarum regiones transeuntes bonis omnibus et vita is spoliaverat, vovisse, si Homeritensem bello superaverit Christianum se futurum (*Pro Christianis enim, inquit, adversus eum arma sumo*); et parta victoria legatos ad Justinianum misisse, ut episcopus sibi clericique darentur, a quibus Christianæ religionis rudimentis et mysteriis imbutus, sacro baptismatis lavacro intingeretur. Hoc totum a vero longissime abhorre testatissimum fit ex Procopio: nam auctor est ille, regem Axumitensem, etiam ante id bellum, religionis Christianæ fuisse cultorem, idque quidem quam ferventissimum; Χριστιανός τε ὢν καὶ δόξης τῆσδε ὡς μάλιστα ἐπιμελούμενος. Et ut constat esse alienum ab omni veritate, ita si quis penitus ad illud attendat, rationem et modum fabulandi apud recentiores scriptores Græculos usitatum, respicere patebit. Committere non possum, quin hic subjungam, quod in Vita Justiniani Thracis, Justiniani decessoris, annis paucis ante hujus initium de Euphrasio suæ civitatis patriarcha, scriptum reliquit; suffectum enim in locum defuncti Pauli, orthodoxos, quos vocant, graviter persecutum fuisse, plurimis eorum etiam neci traditis. Quale hoc erroris portentum! quam absurdum, et ἀσύστατον! quam absurdum est, Euphrasium orthodoxum orthodoxos neci tradidisse! quam absurdum est cum, qui idcirco quod fuerit orthodoxus ad thronum illum promotus erat, sub orthodoxo imperatore orthodoxos fuisse persecutum! Quis nescit hæreticos istos quos imp. Anastasius ad sedium episcopialium [XLV] honorem evexerat, a Justino fuisse dejectos et deturbatos? Et quis non cognoscit sub eo solos floruisse orthodoxos? Sane talis et tantus error hic esse videtur, ut a nostro auctore de sua civitate nullo modo potuisset committi, si vel ipse tunc temporis vixisset, vel cum aliis ullis qui vixerant illa ætate, fuisset versatus. Neque alia quidem de causa id scriptum fuisse videtur, quam quod narrationem ex auctore aliquo Eutyichiano exscripserit; qui auctor, cum ipse esset Eutyichianus, per orthodoxos designavit, non illos qui revera fuerunt orthodoxi, sed qui tales sunt habiti apud Eutyichianos; hos namque ab Euphrasio persecutionem fuisse passos, ad verisimilitudinem quam proxime accedit.

XVIII. Quod in cæteris istis locis tam insigniter a vero deflexerit noster Chronographus, id in causa fuisse videtur, partim quod scriptores malos

NOTÆ.

(28) Conferatur, p. 190 cum 188.

(29) Prætorio præfectum fuisse Joannem illum anno post consulatum Lampadii et Orestis liquet ex Cod. I. I, leg. 81, quæ dirigitur Joanni P. P. et data est v Kal. Aug. post consulatum Lampadii et

Orestis.

(30) Conferatur capitis 3 libri I *De bello Persico* finis cum initio capitulum 2 seqq.

(31) Confer., p. 190 cum 188.

atque recentiores sit secutus, partim quod ipse negligentius et incuriosius transcripserit, partim denique quod conjecturis suis et hariolationibus in temporibus rerum et gestorum statuendis usussit. Secutum eum fuisse auctores alios non minus in rebus sub imperio Justiniani gestis enarrandis quam in gestis aliorum celebrandis, ut conficitur ex erroribus notatis, sic et aliis luculentis indicibus redditur confirmatum. Unde aliter factum est, quod a mensibus unius anni ad menses alios absque ulla annorum diversitatis significatione transgrediatur, nisi quod ex aliis historicis suas narrationes transcribens, intermedia quædam, quæ non fuerunt omittenda, oscitanter omiserit? Sic post mentionem Septembris mensis (cap. 190) (sub Lampadii et Orestis consulatu) ad Aprilem (p. 208) (sequentem) aliumque Septembrem progreditur (32) sine ulla diversi anni mentione. Unde aliter contigit quod in alio loco (53) res gestas Septembris mensis ante gesta Augusti ejusdem anni in litteras retulerit, et mensem Septembrem ante Augustum ponat; unde, inquam, hoc potuit contingere, nisi quod ex auctoribus diversis dum sua desumebat, primo verba illius posuerit qui Septembris mensis gesta celebrarat, et postea verba alterius, qui de actis mensis Augusti [XLVI] scripserat? Unde fieri potuit, quod inepte de re eadem mentionem bis faciat, nisi quod ex auctoribus variis exscripserit, et de re eadem diversorum expresserit verba? Sic profecto de Codicis Justinianæ compilatione eadem (54), in uno loco (p. 168): *Idem imp. leges, et Novellas etiam ipse edidit, quas in urbes emisit.* Et rursus (p. 183): *Eodem tempore leges omnes veteres in Codicem unum coactæ sunt, et alias ipse de suo edidit, et per singulas urbes emisit.* Sic etiam eandem fabulam (p. 152), quam ante posuerat in libris præcedentibus, de urbe Palmyra a fato Goliathi nominata, repetit. Taceo hinc factum quod eundem montem, quem *Garlzi* antea nominarat (p. 93), hic in Vita Justiniani nominaret *Argarizin* (35).

XIX. Utut sit de aliquibus notatorum locorum; id tamen pro quo contendimus ex aliis redditur manifestissimum; et ex dictis videtur satis demonstrari, non ævi illius, quo floruit Justinianus, fuisse scriptorem nostrum. Quibus omnibus demum addatur, res quasdam illius ætatis ab eo silentio penitus præteriri, ut concilium v. generale (36), et Bellisarii expeditionem quamdam perinsignem adversus Chosroem Persarum regem in Oriente post

A captam Antiochiam sævientem; quæ nullo pacto videtur omissurus, si illis temporibus ipse floruisse.

XX. Neque silentio hic prætereundum, quod quamvis de patria sua Antiochia, dum res describit Justiniani et Justiniani, non pauca memoriæ tradit, nihil tamen, ne γρὺ, vel de se vel de sua familia, quo eum tunc temporis vixisse innuatur, comparet. [XLVII] Dum describit tremendum illum terræ motum qui annis circiter 11 ante Justiniani initium contingebat, quo (ut dicit) *Antiochiæ desolatio facta est, cui nulla superfuit domus præterquam quæ ad montem fuerunt, et quo periere circiter mortalium millia; dum alium describit terræ motum qui Justiniani anno 11 accidebat, quo (ut ait) interiire animarum v. millia, et illi qui spererant, in alias urbes sese receperunt; hæc (inquam) describens, ut nihil de seipso, sic neque de suis, vel verbum unum habet. Cum admodum tamen videatur probabile, eum aliquid de se suisve mentionis in ejusmodi locis fuisse injecturum.*

XXI. Haud me latet, Edmundum Chilmeadum in Latina versione sic loca nonnulla interpretari quasi Malala se vixisse sub imperio Justiniani inveniit. De legatione ab imp. Justiniano ad Indorum Axumitarum regem, ad annum Justiniani IV, vel V, (37) sermonem habens Malala, describit habitum, quo indutus est rex Axumitarum cum legatus reciperetur, ex ipsius legati narratione: *Ὡς δὲ ἐξηγήσατο ὁ αὐτὸς προσθευτῆς, ὅτι ἐδέξατο αὐτὸν ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς, ὡς ἠγγήσατο τὸ σχῆμα τῆς βασιλικῆς τῶν*

C *Ἰνδῶν καταστάσις, ὅτι γυμνὸς ὑπῆρχε, etc.* Que sic in sua versione reddidit Chilmeadus: *Habitus autem regis Indici pompæque solemnibus, quibus legatus Romanum (uti ex ipsius ore didicimus) excepit, erat hujusmodi. Nudus erat, etc.* At gravissime laborat hæc Chilmeadiana interpretatio. Nihil aliud enim sibi voluit chronographus, quam quod ista ex ipsius legati relatu addidicerit. Illius verba nihil aliud sonant: et quod non ex colloquio cum legato, sed ex scripta narratione, quæ tradit accepit, et verbis paulo post sequentibus demonstratum habemus. Post narratum enim quo modo rex Indorum ornatus et stipatus fuerit, procedit chronographus ad explicandum receptionis legati modum, his verbis: *Καὶ εἰσενεχθεὶς ὁ προσθευτῆς;*

D *Ῥωμαίων, κλίνας τὸ γόνυ προσεκύνησε καὶ ἐκίλισε [χλνι] ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν ἀναστῆναι με καὶ ἀναχθῆναι πρὸς αὐτὸν, etc.* *Introductus autem legatus Romanus, in genua procidens, regem veneratus est. Sed me surgere jussit et propius accedere.* Dum scribit ex libro

NOTÆ.

(52) Lege p. 187 ad 221.

(53) p. 250 ad annum Justiniani 26.

(54) Fuit duplex codicis editio, sed de una et eadem bis loquitur Malala.

(55) Quomodo etiam ab aliis nuncupatur, ab ἄριους et *Garizin*.

(56) Ne quis suspicetur potuisse Malalam in illis quæ desiderantur, de istis scribere; desinit Chronographia nostra, prout ea nunc habemus, in anno Justin. 37, et celebratum est concilium v. gen. anno illius 27, inflictione I, de qua p. 251;

et contigit dicta Bellisarii expeditio circa annum Justiniani 14, illis circiter temporibus quæ tractantur p. 222, 225. De illa multa habet Procopius *De bello Pers.* 1. II, c. 14 ad 21, pag. 122 ad 141.

(57) Post mensem Septembrem consulatus Lampadii et Orestis. Conferantur p. 188 cum 190 et 194. Mentio fit postea de mense Aprili, p. 202, et iterum de alio Septembri quo obiit Coades rex Persarum p. 212, postea de indictione 10, quæ incurrit in annum Justiniani VI, p. 213.

legati Malala, pronomen, *me*, quod, de sese sermone habens, legatus posuerat, oscitanter (pro more) retinet. Sed quid in re tam aperta prolixi sumus? Fuit ipse Nonnosus Abrami F. qui prædictam obiit legationem, neque Malala noster aliunde sua hausit quam ex ejus Historia suarum legationum. De qua vide Photium in *Bibliotheca*, cod. 3. In alio loco (p. 142), in Vita Justinii decessoris Justiniani, de exundatione Scirti fluminis, qua urbs Edessa cum domibus et incolis absorpta est, facta narratione, subjuncta sunt hæc verba: "Ἐλεγον δὲ οἱ περιωθέντες, καὶ οἰκούντες τὴν αὐτὴν πόλιν, ὅτι καὶ, etc. Quæ perperam sic interpretatur Chilneadus: *Dixerunt autem qui superstites adhuc urbem incoluerunt, etc.*

XXII. Ut ex hisce, quæ hactenus discussa sunt, satis evidens et liquidum videtur, sub imperio Justiniani non vixisse nostrum chronographum; ita sunt inter ea, quæ si quis attentius expendat et consideret, haud sibi persuadere poterit, quin inter scriptores multo recentiores sit accensendus. Hoc evincere quoque videntur argumenta alia. Ex eo quod Clementem Chronographum in testimonium advocat, cum non vixisse ante sæculum octavum, non sine magna probabilitate videtur faciendum. Videtur enim iste Clemens Chronographus vixisse non ante Servatoris annum 685. Atque hoc colligimus ex Anonymi Græci *Demonstrationibus* (quas inscribunt *chronographicis*, seu *Collectaneis de antiquitatibus Constantinopolitanis*, a quo citatur (ut omnino videtur) de imp. Constantino Pogonato, qui vitam cum morte commutavit anno Christi prædicto, nempe 685. Scribens (p. 32) enim ille auctor anonymus de statua quadam in urbe CP. nuncupata Tauro, et dicens eam Theodosii Senioris fuisse. subdit: Κλήμης δὲ τὰς ὁμοίας καὶ πολυμόρφους μαρμαρίνας Κωνσταντίνου εἶναι φάσκει, τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου. *Clemens vero similes varique formæ marmoreas statuas Constantini, [XLI] Constantii F. esse ait.* (Quibus verbis Combefisius, in notis, designari existimat Constantinum Pogonatum, Constantis ut vulgo solet nominari filium: atque ita mercurule appellatum eum ab aliis nos observavimus. Constantinus Porphyrogenetus *De administr. imperii* (cap. 48, p. 112): Ἐπὶ Κωνσταντίνου υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ καὶ Πρωγονάτου καλουμένου. *Constantino Constantii F. qui et Pogonatus nominatus est.* Fuit quidem, quod et omnibus notum, Constantinus ipse Magnus Constantii (Chlorig) filius: verum eum hic loci ne intelligamus hoc omnino ob stare videtur, quod nusquam is alibi a laudato auctore nominetur *Constantinus Constantii F.*, quamvis de eo mentionem creberrime faciat, sed semper vel simpliciter *Constantinus*, vel *Constantinus Magnus*, Κωνσταντίνος ὁ μέγας. Atque ita profecto sæpius nuncupatur intra paucas post lo-

cum citatum lines; ut alium et diversum fuisse eum ab illo qui vocatur *Constantinus Constantii F.* quam clarissime subinnuat.

XXIII. Ut ex hoc argumento scriptorem nostrum ante sæculi octavi initium non floruisse videtur comprobari; ita quoque exinde videtur probabiliter inferri posse, vel eo tempore fuisse juniorem. Quamvis enim concedatur Clementem prædictum exeunte circiter centuria septima monumenta sua litteris consignasse (nam vel illum etiam suspicari licet floruisse post tempus istud), illum tamen citare videtur chronographus noster, non tanquam sui temporis scriptorem, sed ut antiquiorem. Ut hoc vel exinde videtur concludendum, ita suppetit nobis argumentum aliud, ex quo, si vix aliquid aliud occurreret, videretur tamen posse demonstrari, eum illo tempore fuisse recentiorum, et non vixisse nisi post initium centuriæ nonæ. Argumentum hoc duco ex ejus citatione Theophili Chronographi sive Historici. Claruisse enim Theophilum Chronographum, sive Historicum, paulo ante sæculum octavum absolutum, constat ex Abulpharajii *Historia Arabica dynastiarum* (p. 147, 148), qui docet eum sub Irenes Imperatricis uxoris Leonis Porphyrogeneti, temporibus, anno Hegiræ 169, hoc est, anno Christianorum 785, e vivis excessisse. Ait eum [t.] fuisse Christianum, Thomæ F. Astrologum Robensem (i. e. Edessenum) Astrologorum Abmodii Saracenorum Chalifæ principem, e secta Maronitarum qui in monte Libano sunt; et Historiam egregiam condidisse. Sic in alio loco (p. 63) Historiam ejus sive Chronologiam de annis ab O. C. ad initium usque Selencidarum epochæ advocat. Hunc eundem fuisse cum Theophilo Historico sive Chronographo quem adducit chronographus noster, non est, ut opinor, cur dubitet aliquis, præsertim cum floruerit in eadem circiter terrarum plaga. Et ne quis suspicetur Theophilum Abulpharajianum non Græcum fuisse scriptorem, sed Syriacum (quod tamen si detur, nihil tamen obstatet quomius idem esset cum Malaliano, cum illius chronographia Syriace scripta, in Græcum sermonem traduci potuerit), jam exstant in variis Europæ bibliothecis astrologica quædam illius opera sermone Græcánico contexta, id docentibus Catalogis (quos vidi) mss. codicum bibliothecarum variarum; in quibus celebrari solent Theophili Astrologica. Qualia quidem scripsisse prædictum Theophilum, ut per se satis evidens videtur, cum astrologus professione, uti tradit Abulpharajius, idque summus et clarissimus esset, ita constat auctoritate Ahumaschiris (35), scriptoris item Arabici, qui in libro *De mysteriis inedito*, inter varios Græcos Astrologicos scriptores, Alexandrum, Stephanum, Aristotelem,

NOTE.

(35) Apud Hottingerum, *De Bibliothecis orient.* p. 235.

PATROL. GR. XCVII.

et Hermetem (36) annumerat Theophilum Filium Thomæ. Quid quod Theophilum prædictum chronographum Edessenum sermonis Græci peritia polluisse, ex ipso edoceamur Abulpharajio (p. 148 et 26) ? ab eo enim additur eundem istum Homeri poetæ libros De excidio urbis Ilii e lingua Græca in Syriacam quam elegantissime vertisse. Sic Joannes Mansur Damascenus, 'quamvis ipse similiter in aula Saracenorum Chalifæ inter illius consiliarios floruerit, ea tamen, quæ edidit, opera sermone Græcanico adornavit.

XXIV. In proclivi fortasse fuerit suspicari, Clementem supradictum, chronographum quem citat chronographus noster, [LI] non alium fuisse a Clemente Alexandrino, qui in libris *Stromateon* in rebus historicis atque chronologicis multus est; atque ita Theophilum Chronographum, quem idem solet testem appellare, non alium fuisse quam Theophilum episcopum Antiochenum, librorum trium *Ad Autolyicum* scriptorem: in quorum librorum *Ad Autolyicum* tertio de rebus chronologicis non pauca literis produntur, et series annorum ab O. C. ad auctoris usque ætatem perpetuo filo deducitur; quin et liber ille a Lactantio Firmiano sub titulo libri *De temporibus* (i. e. *Chronologici*) laudatur. Equidem ita eruditissimus Oxoniensis editor dictorum librorum *Ad Autolyicum*, δ νῦν ἐν ἁγίοις, in Præfatione, absque ullo rei examine, pro concessio habet, a chronographo nostro designari illam, quotiescunque ex Theophilo Chronographo testimonia proferuntur, quia sc. nihil inaudierat de Theophilo Chronographo alio. Ut vero diluatur omnis hujusmodi suspicio, hoc unum impræsentiarum monebimus, res istas quas producit ex Clemente et Theophilo chronographis historicus noster, in Clementis Alex. et Theophili Antiocheni operibus non omnino reperiri. Hos eosdem scriptores, Clementem et Theophilum chronographos, ab Hesychio quodam in homilia sive sermone *De Nativitate Christi*, in fragmento quod exstat apud Anastasii Nicæni (scu potius Sinaitæ) *Questiones theologicæ* ex Gentiani Herveti Latina interpretatione in *Bibliotheca Patrum* editas, citatos invenimus: at non est cur id contra illa quæ supra posuimus, de illorum chronographorum ætate in argumentum a quoquam trahatur. Nulla enim necessitas postulat ut Hesychius prædictus pro eodem habeatur

cum Hesychio patriarcha Hierosolymitano, qui sæculo sexto exeunte sive septimo inenunte floruisse putatur; cum tot in Ecclesia Græcorum multo recentiores Hesychii claruerint. Imo vix mihi dubium, quin Joanne nostro Malala recentior sit iste Hesychius, et ex illo ipso exscripserit ea quæ citatum Fragmentum exhibet. Hoc ut penes sit iudicium lectoris, et quia conducit ad numeros nostri exemplaris Malalianos aliquantulum emendandos, me non pigebit ob oculos hic adducere; Græcis insuper attextis ex bibliothecæ Bodleianæ ms. (37) codice, quæ nondum lucem aspexere (38).

[LI] *Ex Hesychio in Christi Natalem.* 'Πουχλου ἐκ τοῦ εἰς τὴν Χριστοῦ (39) γέννησιν.

B Natus in XLII (40) anno imperii Augusti, mensis Decembris 25, die 6, hora 7 diei, natus est Dominus noster Jesus Christus secundum carnem, ex Maria Virgine; anno secundum Antiochenos a creatione mundi usque ad Natalem Christi et crucifixionem 6000 colliguntur: etenim ab Adam usque ad Phalec filium Heber anni 5000, et a Phalec usque ad 42 (43) annum regni Augusti, anni 1067; et deinde conversatus est Servator cum hominibus annos 33; adeo ut sint ab Adam usque ad Natalem Christi anni 6000 pleni. Phalec enim ex prophetia Moysi dicitur dimidium temporis [LIII] Christi apparitionis. Quomodo enim cum hominem sexto die finxisset Deus, is deinceps cecidit in peccatum; ita etiam sexto die millenario venit in terram et

'Ἐν γὰρ τῷ μβ' ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου, μηνὶ Δεκεμβρίῳ κα', ἡμέρᾳ ζ', ὥρα ἑβδόμη (41) τῆς ἡμέρας, ἐγεννήθη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός τὸ κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας. Ἔτους κατὰ Ἀντιοχείας ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως 6000 συνάγεται γὰρ ἀπὸ Ἀδάμ, ἕως Φαλέκ υἱοῦ Ἑβερ, ἔτη γ, καὶ ἀπὸ Φαλέκ ἕως μβ' ἔτους τῆς βασιλείας Αὐγούστου ἔτη αζζ' (44), καὶ λοιπὸν συναναστρέφει ὁ Σωτὴρ τοῖς ἀνθρώποις ἔτη λγ' ὡς γίνεσθαι ἀπὸ Ἀδάμ ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ἔτη ς κληρη. Ὁ γὰρ Φαλέκ κατὰ τὴν προφητείαν Μωσέως, τὸ ἡμίσιον τοῦ χρόνου τῆς Χριστοῦ ἐπιφανείας. Ὁπερ γὰρ τὸν ἀνθρώπου τῆ ζ' ἡμέρᾳ πλάσας ὁ Θεός, καὶ ἐξ αὐτῆς ὑπέπεσον τῆ ἁμαρτίᾳ, οὕτως καὶ τῆ ζ' (45) ἡμέρᾳ τῆς

NOTE.

(36) Supposititii, qui Græcus erat.

(37) Membranaceo in folio inter codd. Baroc. num. 206, p. ρδ.

(38) Hæc postquam chartis illeveramus, mihi venit ad manus Paschalis sive Alexandrini Chronici editio Dufresniana in Gallia nuperrime adornata, in cujus Appendice quam subtexit Dufresnius, reperitur Græce hoc ipsum Hesychii Fragmentum ex codice regis Galliarum, qui eosdem omnes tractatus cum nostro Oxoniensi complectitur. Non viderat Dufresnius Latinam editionem Fragmenti Hervetianam, sed existimavit se prorsus ignotum edidisse.

(39) Χριστοῦ. Agnoscitur quoque ab Hervetiana edit., sed in Dufresn. deest.

(40) Sic quoque Dufresn. Sed Hervet. 22.

(41) Sic Dufresn. Hervet. Decembris 25, die sexto, hora tertia.

(42) ζ'. 6000. Sic infra sæpius; concinente ubique Dufresniana. Hervetiana hic et ubique habet 5000.

(43) Hervet. hic loci 32, ut supra 22.

(44) αζζ'. 1067. Sic quoque Hervet., sed apud Dufresn. εβζζ'. 5967. Scribe ββζζ'. 2967.

(45) Καὶ τῆ ζ' ἡμέρᾳ τῆς χιλιάδος. Sic quoque Dufresn.; at Hervet. quinto die millenario.

χιλιᾶδος, ἐπὶ τῆς γῆς ἤλθεν καὶ ἔσωσεν αὐτόν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ ἡ θεία Γραφή λέγουσα Ἡμέρα Κυρίου ὡς χίλια ἔτη. Ἄτινα καὶ Κλήμης, καὶ Θεόφιλος, καὶ Τιμόθεος, οἱ θεοφιλέστατοι χρονογράφοι ἐξέθεντο, ὁμοφωνήσαντες ὅτι τῇ Ϛ' (46) χιλιάδι τῶν ἐκαικῶν ἐφάνη ὁ Κύριος κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν (47) Ϛ' ἡμερῶν τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ῥυθμίζοντες τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Ἐπεισοὶ δὲ φασιν, Τῷ ϛφ' ἔτει ἤλθεν ὁ Κύριος. Ἀλλ' οὐ πολλοὶ συμφωνοῦσιν εἰς τοῦτο. Ἐν δὲ τῷ Ϛ' ἔτει πάντες οἱ ἀκριβεῖς συγγραφεῖς συμφωνοῦσιν (48) φανῆναι τὸν Κύριον. Εἰ γὰρ καὶ διαφωνοῦσιν περὶ τοῦτου τινὲς, ἀλλ' ἡ προφητικὴ φωνὴ ἀληθεύει, μᾶλλον διδάσκουσα εἰς τὸ Ϛ' ἔτος φανῆναι τὸν Κύριον.

Hæc si quis committat cum illis quæ habet Jo. Malala in initio libri x, nihil prius mehercule ei comparebit, nihil manifestius, [LIV] quam quod Malalæ sint ipsissima verba in compendium redacta. Si placeat alicui, ex eodem chronographo scripsisse cum Jo. Malalam, tum Hesygium illum, quicunque is sit, eum verba auctoris ipsissima, hunc stylo contractiori; fruatur is, velim, iudicio suo: nobis potius arridet sententia prior, quippe hunc Hesygium non fuisse scriptorem re. entem, i. e. non vixisse post sæculum nonum, nihil uspiam librorum occurrit quod clarum faciat. Quod in Anastasii *Questionibus theologicis* fragmentum supra descriptum reperitur, ne aliquem id in errorem inducat. Non enim ab ipso Anastasio in opus suum *Questionum theologicarum* translatum fuit illud fragmentum, sed in Additamentis seu Appendixe habetur; ut multa sunt alia ex scriptoribus recentioribus *Questionibus Anastasianis* cum adjecta, tum inserta. Consule nostram *Diatribam de scriptoribus Græcis variis*, ubi de prædictis Anastasii *Questionibus* fusissime tractatum est, et quæstiones dun-

servavit eum. Hoc enim ostendit etiam divina Scriptura dicens: *Dies Domini sicut mille anni.* Quæ quidem et Clemens, et Theophilus, et Timotheus, Dei amantissimi chronographi, exposuerunt, consentientes quod in sexto millenario annorum apparuit Dominus, convenienter numero 6 dierum formationis Adam, et servavit genus hominum. Alii autem dicunt venisse Dominum anno 5500. Sed non multi in hoc conveniunt. In 6000 autem anno omnes accurati scriptores conveniunt apparuisse Christum. Nam etsi de eo non nulli dissentiunt, vox tamen prophetica est vera, quæ magis docet apparuisse Dominum anno 6000.

taxat 24 priores revera fuisse Anastasii, cæteras omnes esse adjectitias; et in ipsis prioribus 24 permulta esse interpolata, ex eod. mss. luculentè est demonstratum. Vide etiam ibidem de Hesychio prædicto, in capite *De Hesychiis variis*; necnon de Clemente et Theophilo supradictis, in capitibus *De variis Clementibus* et *Theophilis*: ubi fusius et plenius de illis discernimus.

XXV. Argumentis hisce de ætate scriptoris nostri, ex eo videtur accedere confirmatio, quod quotiescunque Chronologiam Eusebii Cæsariensis adducit, non verum citat sive genuinum Eusebii Chronicon, sed Chronicon quoddam supposititium, sub Eusebii nomine circumferri solitum. Quod tale fuit apud Græcos recentiores Chronicon quod falso Eusebii nomen præse ferebat, quamvis id a nullo virorum eruditorum sit hactenus observatum, et, quod illud, quo usus est noster chronographus, non fuit genuinum Eusebii opus, nos in libro citato, in capite *De Eusebiis variis*, ostendimus.

XXVI. Neque prorsus videtur contemnendum quod in Actis concilii Nicæni secundi anno Christi 778 celebrati, ubi e libris cujusvis generis summo opere conquiruntur ab episcopis iconolatris quæcunque pro cultu suo censerentur facere, et scriptorum plurimorum sententiæ et traditiones de imaginibus congeruntur; quod, inquam, in illius concilii Actis, ubi tot [LV] de imaginibus scriptores allegantur, de auctore nostro (49), qui in medium producit insignem Narrationem, et ipsum (si fides) feminæ Hæmorrhousæ ad Herodem regem de statua Christo in urbe Paneade ponenda libellum supplicem, silentium altissimum agatur, id iue quamvis de statua ista Paneadica proferantur ex scriptoribus Narratuncule minoris longe momenti.

XXVII. Conjecturam denique nostram de ætate Jo. Malalæ, eum sæculo nono scripsisse, vel ævo saltem Justiniani multo recentiore fuisse, egregie confirmare videtur ipsum hominis ingenium et conditio. Quis enim historicum tam nugacem, tam expertem iudicio, sibi ipsi tam inconstantem, qui partibus chronographiæ suæ plerisque omnibus quæ Christum præcedunt, et in aliis multis cum subsequentiis, nihil aliud est fere quam quod appellat Cedrenum Sealiger, *quisquiliarum stabulum*: quis talem, inquam, tamque ineptum chronographum eruditoribus illis Justiniani, aut Justinii Junioris, temporibus; Procopii Cæsariensis, aut Agathiæ, probatissimorum historicorum, temporibus, condignum censeat? Profecto, si liceat ex ingenio hominis et eruditione conjecturam et iudicium facere, sæculo isto nono, miserimo omnium

NOTÆ.

(46) Τῇ Ϛ' χιλιάδι. Sic etiam Dufresn. at Hervet. in quinto millenario.

(47) Τῶν Ϛ' ἡμερῶν. Apud Dufresn. quæque leguntur, sed in Hervet. desiderantur, quæ habet: *Convenienter numero formationis Adam.*

(48) Συμφωνοῦσιν φανῆναι, etc. Sic quædam Hervet.; apud Dufresn. corrupte: Συμφωνοῦσιν

περὶ τοῦτου τινὲς, ἀλλ' ἡ προφητικὴ φωνὴ ἀληθεύει μᾶλλον διδάσκουσα, etc.

(49) De orat. 3 *Pro imaginibus* Jo. Damasceno, qui paulo ante concilium istud obiit, ascripta, in qua citatur Noster de statua Paneadica, videsis quæ infra dicuntur.

et tenebrosissimo, perdignus scriptor erit pronuntiandus. Adji-
ciatur insuper istius stylus et ipsi loquendi genus, quod ab omni sane elegantia nusquam non abhorret, quodque locis quamplurimis plane barbarum esse illi fatebuntur qui eum perlegerint; indignum procul dubio ætate politiore Justiniani, prædicto nono sæculo dignissimum. Neque hoc mehercule affirmo, meopte solo judicio innixus. Sed accedit suffragium viri longe eruditissimi D. Edvardi Bernardi: quem meminimus mihi dixisse plus abhinc decennio, cum ex occasione de Malala nostro, tunc mihi prorsus ignoto, injectus esset inter confabulandum sermo (nam ad balbutientem nostram eruditionem se demittere tunc temporis non recusavit vir summi candoris et humanitatis, sed, Socratis sapientis ad instar, cum puero nonnunquam ludere gavisus est), mirari se si sæculum Justiniani tanta linguæ barbarie ab antiquis degenerarit.

[Lvi] XXVIII. Si cuiquam placeat eundem fuisse cum nostro Jo. Malala Jo. illum Antiochenum, quem solent citare Joannes et Isaacus Tzetæ, id ulterius erit confirmationi, sive potius demonstrationi; cum affirmat (ut supra fuit notatum) Jo. Tzetzes Joannem illum, quem citat, Antiochenum post Georgium chronographum scripsisse. Dixi supra, apud Jo. Tzetzem ibi esse intelligendum, vel Georgium Syncellum chronographum, qui paulo ante finem octavi sæculi e vivis excessit, vel saltem Georgium Hamartolum, qui paulo post medium sæculi noni Chronographiam suam elucubravit. Non ignoro citari ab anonymo quodam Græculo chronographo inedito, Chronographiam Georgii Pisidis; neque nescio floruisse Georgium Pisidem sub ipso imp. Heraclio ante medium sæculi septimi: at vero cum strictius ac accuratius rem perpendo, vix possum sane ego dubitare quin Georgium alium cum Georgio Piside confuderit iste anonymus: nec videtur præterea Jo. Tzetzes Georgium Pisidem nominatur simpliciter Georgium Chronicum. Nam solet ille cum ab aliis vulgo, tum ab ipso eodem Tzetze (50) in eodem Chiliadum opere, expresso cognomine, appellari Georgius Pisides, vel, ut verius dicam, sine ullo prænomine, simpliciter Pisides. At de hisce non sumus in præsentia solliciti; nam, ut jamjam fuit indicatum, nos potius existimamus, a Joanne nostro Malala diversum fuisse Joannem istum Antiochenum, qui a Tzetze utroque laudatur.

XXIX. Atque hæc sunt illa argumenta varia, quibus nos haud ægre adducti fuimus ut credamus auctorem nostrum, non solum non vixisse sub Justiniano, sed illo fuisse multo sequiorem; et ad sæculum potius nonum quam sextum esse referendum censeamus. Venitur jam ad ista argumenta quæ illius antiquitatem videantur astruere: quorum

A nodi si solvi possunt sine vi et sectione, non ægre in nostram sententiam concessuri sunt illi qui æqua velint veritatis lance res æstimare. Argumentum primum, quo probari posse videatur illius antiquitas, ex eo petendum videatur, quod res sub imperio Justiniani gestas fusiori longe Minerva persequatur; et in iis celebrandis, non annum solum, [LVII] sed et mensem et diem mensis valde particulatim adhibeat. Argum. secundum ex eo quis arcessierit, quod imp. Constantinum, Theodosium, et Leonem seniores, ab illorum nominum junioribus imperatoribus, per epitheta τοῦ μεγάλου, i. e. senioris, et τοῦ μικροῦ, id est junioris, distinguere solitus sit; sed de Justiniano ejus nominis primo, τοῦ μεγάλου epitheton non unquam usurpat: quod cum scripsisse ante Justinianum Juniorem, qui imperium est auspicatus anno æræ Dominicæ 683, videatur ostendere. Ad hæc adjicias, quod (ut semel iterumque jamjam fuit observatum) ex eo nominatim citetur fragmentum apud librum *Pro imaginibus* tertium Jo. Damasceno tributum; nam vita sua defunctus est Jo. Damascenus circa annum D. 750, unde astrueretur auctorem nostrum, si non scripsisse ante finem sæculi sexti, ante finem tamen sequentis in vivis existisse. Argumentum quartum ex eo conficiatur, quod in locis plerisque verbatim ei cum *Chronico Paschali* sive *Alexandrino* (ut vulgo solet appellari) conveniat, adeo ut ex eo Chronici compilator videatur exscripsisse, demonstrantibus variis indiciis non Nostrum vice versa ex Chronico ista hausisse. Sic sane auctorem Paschalis ex Jo. Malala scripsisse ea in quibus conveniunt, decreverunt hactenus omnes eruditi, suffragante etiam celeberrimo Dufresnio in Notis ad Paschale, ubi Malalæ narrationem de morte Juliani Apostatæ, quam legerat excerptam e nostro codice, cum Paschalis narratione confert. Vulgo autem a viris eruditis creditur, compilatum sive continuatum fuisse Paschale sub imperio Heraclii, ante annum D. 650, quod ostenderet Nostrum ante annos post mortem Justiniani 40 scripsisse, nempe ante exitum sæculi sexti vel in ipso septimi initio, ad quod refertur a clarissimo Cavæo. Non rem ingrati erudito lectori, nec a nostro instituto alienam, me existimo facturum, si Indicem istarum Narrationum, in quibus, vel totis vel saltem partim, inter Nostrum et Chronicum prædictum sit ad verbum convenientia, hic subtexam.

XXX. Occurrunt apud nostrum chronographum quæ habentur apud *Chronicum Paschale* juxta editionem in folio Dufresnianam.

[LVIII] Pag. 38. De Danae et Persæ (51) a vocabus, ὁ Πῆχος ὁ καὶ Ζεὺς, ad p. 41, voces Βαβυλωνίων χιώρας.

Pag. 41. De Inacho (52), Io, Tauro, Phœnice,

NOTÆ.

(50) Vide *Diatr. de Script. Gr. variis*, ubi de Jo. Antiocheno monacho chronographo.

(51) Edit. Rader. p. 90 ad 96. Mal. p. 59 ad 45.
(52) Rad. p. 46 ad 402. Mal. p. 30 ad 39.

Aganore, Hercule Tyrio, etc., a vocibus, ἐν δὲ τοῖς, A ad p. 44, voces, ὁ σαφώτατος ἐξέθετο.

Pag. 45. De Sole (53), Vulcani F. Sesostre, et Hermete Trism. a vocibus Μετὰ δὲ τελευτῆν Ἡρακλείτου, ad p. 48, voces ἐβασίλευσαν Αἰγυπτίων οἱ λοιποί; [sic cuncta fere a p. 39 ad p. 48, cum Malalianis eadem sunt, sed non eodem ordine descripta. Neque dubium videtur quin ista universa de Pici sepulcro, Fauno, et Vulcano, quæ habentur p. 44 et 45 (54); apud Malalam etiam legerentur: id docet initium Malalæ mutilatum, quod recte ex *Chronico Paschali* a Chilmeado suppletum est. Dicendum videtur idem de omnibus istis quæ habentur de Semo, Saturno, Pico, Zoroastre, Nino, etc., p. 36, 37, 38, post voces Περὶ Ἀστρονομίας. Quæ ad eundem Malalæ secundum librum videntur omnino pertinuisse.]

Pag. 109 ad 114. De urbe Roma (55), Romulo et Remo, ludisque circensibus.

Pag. 117. De chlauydidibus Romanorum (56).

Pag. 191, 192. De Pharo turri (57), mole exstructa inter insulam Pharum et urbem Alexandriam, Antonio contra Cleopatram misso, Sosibio Antiocheno, et Cæsaris Augusti titulis.

Pag. 246, 247. De Tito Vespasiano (58), Hierosolymam urbem devastante.

Pag. 250, 251. De Apollonio Tyaneo (59), et Aesclepio ab imp. Domitiano perempto, deque Domitiano interitu.

[LIX] Pag. 262. De Marci (60), imp. edicto de liberis intestatis, et ingratis.

Pag. 265. De Artabano Antiocheno (61).

Pag. 265. De Byzantio (62) condito, et balneo publico Zeuxippo nominato.

Pag. 275, 276. De S. Gelasino martyre (63).

Pag. 284, 285. De Constantini M. operibus (64) in urbe Constantinopoli, de illo primo omnium imp. insignito diademate pretiosis ex lapillis facto, de urbis Natali et Fortuna, deque Constantinopoli aulsæ ab Europæ provincia.

Pag. 297 ad 303. De martyrio (65) sancti Domitii, Juliani imp. interitu, ejus morte sancto Basilio per somnum revelata, et imperio Joviano tradito, de legatione ad hunc Persarum regis, pace per Arintheum facta, urbe Nisibi Persis delita, vicoque Nisibeno condito, de Valentiniano in Olymbriam relegato, posteaque imperatore facto, deque publico contra Salustium edicto, de Magnatibus injuriarum reis, Rhodano flammis tradito, imperatrice proscripita, et Valentiniani obitu.

Pag. 310 ad 313. De Theodosii imp. (66) cum Eudocia nuptiis, hujus fratribus ad honorem promotis, et dignitatibus Paulino concessis.

Pag. 316 ad 319. De Paulino interfecto (67), et Eudociæ in urbibus Antiochiæ Hierosolymæque gestis, de Attila Hunnorum rege, Cyro patricio terræmotu Constantinopoli, et morte imp. Theodosii,

Pag. 321 ad 335 (68). De morte S. Symeonis Stylitæ (69), Isocasio [LX] philosopho (*Mal.*, p. 77), diebus Dominicis pro sacris haberi jussis (p. 78), Aspare et Ardaburio (*ibid.*) neci traditis, Ariasque a Leone (p. 79) imp. persecutionem passis, de imbre (*ibid.*) cineris (*ibid.*), incendio (*ibid.* Constantinopoli, Zenone in imperii (p. 84) consortium a Leone (p. 85) Juniore assumpto, Leonis obitu, Verina Zenonis socru (p. 87), deque Basilisco et Marco (p. 88) imperatoribus, de Zenonis et Basilisci (*ibid.*) bello, Armato, Samaritanis (p. 93) et femina Romana (p. 95) Juvenalia, et Theodorici morte, de comite (p. 103) Mauriano, Pelagio, et tumultu factionis (p. 108) Prasinorum, de urbe Doras (p. 115), Areobindo (p. 126), Anastasii (p. 127) imp. visione, et Justinoad imperium (p. 130) erecto, de Amantio (p. 131) et Andrea c medio sublatis, Apione, etc. (p. 132), ab exilio revocatis, et de cometa (*ibid.*), de rege Lazorum (p. 134), de Coadis Persarum (p. 136) regis ad Justinum imp. legatione, et Hunnorum rege (p. 137) Zilgui sive Zilgibi, de Justiniano (p. 147, 151) denique in imperii consortium assumpto.

Sic omnes fere historiæ et narratiunculæ quæ in paginis circiter 80 apud Paschale continentur, in hac Chronographia nostra vel prorsus verbatim, vel pene, reperiuntur.

XXXI. Argumenta hæc, quamvis leviter illa expendent non exigua probabilitatis specie muniri omnia, et demonstrationis vigorem obtinere aliqua videantur, ea tamen si propius inspiciamus, et ad examen revocata momento suo ponderemus, non tantum habere valoris videbuntur, ut illis compellamur in receptam opinionem pedibus concedere. Quod enim ad primum spectat, quid mirum si vita Justiniani resque gestæ sub ejus imperio, multo fusius, quam aliorum, memoriæ demandentur, cum tantam scribendi materiam præbuerint, et per annos ferme 39 is vitam suam protraxerit, imperator longævus et percelebris? et quid mirandum si non solum annos, sed et menses et dies, gestorum plerisque adhibeat? Id scilicet fecit, non quia tunc temporis vixit, et illis interfuit, sed quia sic fecerant sui

NOTÆ.

(53) Rad. p. 106 ad 110. Mal. 25 ad 30.

(54) Rad. p. 102, 104.

(55) Rad. p. 258 ad 268. Mal. 216 ad 229.

(56) Rad. p. 274. Mal. p. 38, 39.

(57) Rad. p. 456, 458. Mal. p. 280, 281, 290, 291.

(58) Rad. p. 582, 4. Mal. p. 356, 7.

(59) Rad. p. 590, 592, 4. Mal. p. 344, 3, 6.

(60) Mal. p. 569.

(61) Rad. p. 614. Mal. p. 381.

(62) Rad. p. 620. Mal. 384, 5.

(63) Rad. p. 642. Mal. p. 394.

(64) Rad. p. 262, 4, 6. Mal. part. II, p. 5 ad 9.

(65) Rad. p. 690, 692, 694, 698, 700, 702. Mal. p. 16, 22, 24, etc. 29, 31, etc.

(66) Rad. p. 720, 2, 4, 6. Mal. p. 52, etc.

(67) Rad. p. 752 ad 753. Mal. p. 56, etc. ad 72.

(68) Rad. p. 742 ad 772.

(69) Mal. p. 75.

auctores; quemadmodum etiam in illis, quæ a præcunt, imperatorum Vitis [LXI] non raro facit. Quod ad secundum attinet, ut Justinianum a se celebratum nusquam vocat τὸν μέγαν sive seniore, sic neque Justinum illius decessorem eo titulo usquam donavit, quamvis certum sit eum non ante imperium Justinii Junioris suum opus elucubrasset: ut itaque non valet argumentum hoc de Justino Junio, sic neque repugnat quin opus suum conscriberet post imperium Justiniani Junioris.

XXXII. Ad tertium respondemus quod, si concedatur librum tertium *Pro imaginibus*, qui Jo. Damasceni nomine præmunitur, revera ab eo fuisse contextum, de illius tamen argumenti valore non immerito possit dubitari. Etenim quis adeo in operibus antiquorum hospes, ut non cognoscat quam solent eorum libri a tectoribus interpolari? Quis nescit in more cum lectorum tum Librariorum fuisse, cum in libris testimonia aliorum congesta reperirent, de suo, si quid occurreret, adjicere et inserere? Nonne docent hoc scripta priscorum infinita, et ista præsertim in quibus coacervantur, ut in libro prædicto *De imaginibus tertio*, absque ulla orationis connexionem, antiquiorum fragmenta? Exemplo sint hujus rei Anastasii Sinaitæ *Theologicae Quaestiones*, de quibus modo diximus; et (ut alia mittam) quæ tractant de eadem materia, de imaginum sc. veneratione, *Concillii Nicæni secundi Acta*: in quorum actione 4, ubi scriptorum variorum pro imaginibus congeruntur loca, in aliquibus exemplaribus habentur testimonia varia præter ea quæ revera in synodo ista recitata sunt. Sic in codice antiquo Bibliothecæ Vaticanæ (uti monitum nota [t. VII, p. 272] marginali ad concillii Acta) occurrunt Patrum pleræque sententiæ, quæ neque reperiuntur in ullo alio codice, neque ordini interlocutionum respondent. Sic quoque in synodi istius editione Græca reperitur Narratio ex *Vita S. Jo. Jejunatoris*, patr. CP., quam neque agnoscunt exemplaria Græca alia, neque vetus editio Latina (p. 767). Dixi, si concedatur librum tertium *Pro imaginibus*, qui Jo. Damasceni nomine præmunitur, revera ab illo fuisse contextum: quia (ut liceat mihi quod res est dicere) non desunt quæ mihi persuadeant, [LXII] tractatum istum Jo. Damasceni nomine falso denotari; ut alii sunt varii de eodem argumento tractatus ei falso ascripti; nempe Græculis sequioribus illi tribuentibus quidquid fero habuerunt pro doctrina iconolatriæ ab auctoribus anonymis conscriptum, propter nomen magnum quod imaginum defensione is sibi compararat. De tractatibus istis variis, et quid nobis suppetat argumenti peculiaris contra librum prædictum, videatur in nostra *Diatriba de Script. Græcis variis*.

XXXIII. Quod ad ultimum argumentum de *Chronico Alexandrino*, cujus auctor vulgo censetur sub Heraclio imp. vixisse, et eorum quæ tradit pleræque ex nostro auctore deprompsisse; id quoque admittit responsum duplex. Nam primo, si

demus (quod aliqui tamen magni nominis viri ad dubitant), ab auctore sub Heraclio florente ad finem fuisse perductos Paschalis numeros, quis tamen præstabit a chronographo ipso, et non ab illius interpolatoribus, fuisse inserta ista quæ in Nostro etiam reperiuntur? Quis non persentit infinitis pene interpolationibus Paschale illud Chronicon esse refertum? Nonne alte hoc clamant illius tautologiæ? Nonne dicunt clarissime contradictiones? Si editionem celeberrimi Dufresnii inspicias, docebit ea, apud codicem Holstenianum permulta deesse loca quæ in edito apparent, et inter ista, desiderari eorum multa quæ *Chronico Paschali* edito cum nostro auctore conveniunt. Sic omnia ista absunt a codice Holsteniano quæ comprehenduntur inter pag. 45, a vocibus Ἐπει ὅν τούτων ἐμνημονεύσαμεν, usque ad pag. 48, ad voces Ἀγυπτίων οἱ λοιποὶ in quibus sunt omnia illa quibus convenit nostro auctori cum vulgato Paschalis exemplari, de rebus Græcorum et Ægyptiorum fabulosis. Sic et deest pars magna illius loci qui agit de urbe Roma, Romulo, et Remo, ludisque circensibus, pars sc. tota intermedia quæ tractat de Pisensium rege Ænomaο, ludisque ab eo et Romulo institutis, a vocibus, καὶ ὑπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων pag. 110 D, usque ad illas, καὶ μεγάλην ἐχθρὰν εἶχον πρὸς ἀλλήλους τὰ μέρη. pag. 112 D, quæ in nostro Chronographo leguntur a pag. 218, lin. 28, ad pag. 223, lin. 20. Drest quoque in codice Holsteniano pars major illius loci qui est de Hierosolymorum per Titum expugnatione, quoque Nostrum inter et Paschale convenit; scilicet omnia illa quæ habentur a vocibus, Πάσας δὲ ἐπαρχίας, ad ἑως τῆς νῦν [LXIII] Ἰσταται: apud Nostram p. 337, lin. 7, ad pag. seq. lin. 11. Neque solum exemplar Paschalis vulgatum fragmentis multis additiis abundat, sed et ipsum exemplar Holstenianum in aliis locis insititia sua habet. Ut omittam ea quæ non sunt hujus loci: quod cætera ista cuncta de Romulo et Roma in loco prædicto, quæ in codice etiam Holsteniano leguntur, quæque noster quoque auctor agnoscit, Paschali fuerint inserta, hinc satis probabile argumentum ducitur, quod dicatur in isto loco, a Romulo et Remo edificatum fuisse Romæ Capitolium, cum tamen in alio paulo post loco referatur prorsus contrarium, nempe *Numam Pompilium anno regni sui quarto Capitolium a fundamentis extruxisse*. Νουμάς Πομπήλιος τετάρτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐν Ῥώμῃ κτίζει τὸ Καπετώλιον ἐκ θεμελίων. Sic apparet tres istas periochas quæ habentur apud Paschale cum Nostro concinentes, de Cleopatra, turri Pharo, Sosibio Antiocheno, et titulis illis quibus Cæsar Augustus gavisus est, usque ad vocem, Ἀυτοκράτωρ, ab interpolatore aliquo fuisse infarctas. Hoc inde colligitur, quod neque coherant inter se prout ibi leguntur, neque cum periocha sequente. In earum enim prima re-

fertur contra Cleopatram et Ægyptios a Romanis missum fuisse cum exercitu Antonium; et in secunda mox subiungitur Sosibium quemdam, Antiochenum senatorem, Augustum Cæsarem Romam redeuntem fuisse comitatum: Romam unde redeuntem? nempe ab Ægypti debellatione, ut ex nostro scriptore sit manifestum. At de ejus contra Ægyptios expeditione sit antea nihil mentionis. Sic in tertia periocha recensentur tituli Augusti Cæsaris tanquam jam solius sine ullo collega imperium administrantis; et tamen in paragrapho sequente sit mentio illius in Ægyptios expeditionis; eorumque expugnationis; a quo tempore supputata ejus est monarchia, ut et ibidem agnoscitur. Αἰγυπτῶτος ἐλθὼν εἰς Ἀλεξάνδρον, etc. *Augustus in Ægyptum veniens, regionem illam capit; extincto Ptolemæorum regno, quod annis duraverat 296.* Novi maximum Jus. Scaligerum pro Antonii nomine, in loco notato, ubi dicitur eum contra Cleop. et Ægyptios missum, rescripsisse Augustum, adeoque pro Antonio Augustum substitui in nova Dufresnii Latina versione. Verum temere id factum a viris eruditiss. Quamvis enim Antonius contra Cleopatram a Romanis nunquam missus est, ita legerat tamen apud suum auctorem [LXIV] Paschalis interpolator. Hoc ex Nostro luculentissime apparet, in eo quippe non solum idem nomen Antonii habetur, sed et additur, eum in Ægyptum descendente, et Alexandriam obsidione cingente, a Cleopatra, ipsi antea nota cum Julium Cæsarem in Ægyptum esse comitatus, adulatoriis litteris sollicitatum fuisse, et captum illius amore cum ea matrimonium iniisse, et suis Romanis bellum intulisse.

XXXIV. Ex hisce liquet nullo pacto concludi, loca ulla ex illis in quibus conveniunt Noster et Paschale, a primo Paschalis auctore fuisse exarata. Nec omnino videtur ambigendum quin, in illa etiam parte quam addidit continuator, quæ ab anno Constantii xviii incipit, sint pleræque historiarum et narrationes insertæ. Ne adlam et esse suspicandum, illa ipsa loca ubi Heraclius imp. imperator noster nuncupatur, non alia fuisse quam scriptoris alicujus, qui sub illo imperatore floruerit, verba in Chronicon illud ab interpolatore translata. Hoc solum videtur a quovis pro certo concludendum, ante annos plus minus 600 in Chronico isto fuisse descripta quæ in eo simul et Nostro leguntur. Hoc quidem ex eo colligitur, quod reperiantur ea prout in impressis jam exhibentur, in alio Paschalis exemplari pervetusto bibliothecæ Vaticanæ, quod ab annis 600 viris eruditissimis Jo. Mabillonio et Michaeli Germano, Benedictinis Gallis, videbatur scriptum, uti docet Dufresnius in Præfatione, qui eos, ut eodidem illum inspicerent, dum Romæ commorarentur, rogaverat. De Chronico hocce Paschali sive Alexandrino, de illius ætate, auctore, et continuatore, et quænam existant in eo supposititia, occasionem nos habuimus ex professo disserendi in alio opere non tum edito,

De Scriptoribus rerum Ægyptiarum, in libro scilicet illius tertio, in quo speciatim tractamus de scriptoribus rerum Alexandrinarum sive Ptolemaicarum, ut agitur in libro primo de scriptoribus rerum historicarum illius gentis vetustiorum, in secundo de illis qui res illorum theologicas sive philosophicas, visendas, naturales, et artificiales, scriptis suis ex professo celebrarunt; in quarto de scriptoribus rerum illius gentis ad Judæos, Christianos et Muhammedanos atinentium. In libro hoc quarto ejusdem operis (ut obiter hoc liceat monere, ne forsitan minus prudentibus silentium nostrum pro argumento cedat) ad examen revocavimus ea quæ adversus [LXV] Dissertationem nostram contra Historiam Aristæ de LXX interpretibus, responsionis loco reposuit vir clarissimus et summus Is. Vossius, ὁ μὲν ἀρχαίως: quamque nihil is respondit ostendimus.

XXXV. Respondemus secundo, neque satis constare rem plusquam perfunctorie intuenti, auctori nostro accepta esse referenda ista, quæ in eo simul et Chronico Paschali comparent. Cui enim non liquet auctorem nostrum ex scriptoribus aliis verbatim exscribere solitum? Hoc ex illis clarissime elucescit quæ inepte tautologus repetit: hoc apparet ex aliis istis quæ supra protulimus, ubi ejus errores de rebus sub Justiniano gestis perstrinximus. Neque solum de rebus sub Justiniano transactionis tautologum agit, sed et aliis in locis ejusdem oscitantiz manifestus est. In libro xiii de Constantini M. in urbe CP. operibus sermonem habens, de Hippodromi exstructione bis commemorat. Sic et scribit bis in lib. ix de Ægypto Romanorum ditioni ab Augusto Cæsare subjugata. At eum in prælio navali juxta Epirum Antonium interfecisse, et reginam Ægypti Cleopatram in vincula conjecisse; solventem inde et in Ægyptum pergentem, regionem illam « in potestatem suam redegit, et victoriam triumpho celebrasse » (p. 285, 286, 287): tum eum subjungit « Europam totam prætervectum, Byzantium venisse, » Galatiam, Lydiam, Pamphyliam, Phrygiam Pacatianam, et Lycaoniam Romanorum imperio subjecisse: inde illum in Syriam profectum, « Antiochiam adiisse de victoria sua adversus Antonium et Cleopatram ibidem triumphaturum; » Laodiceam hinc contendisse, et « ibidem » quoque « de victoria sua triumphum egisse; » deinde post pauca hæc sequuntur: *A Palæstina in Ægyptum progressus, eam subjugavit, cumque in Romanam servitutem subegisset, Alexandriam ingressus, de victoria sua triumphavit. Civitatem autem huius primum præfectum ex suis dedit, nomine Cornelium Gallum, quem et Augustalis dignitate, nominis sui insigni, coronavit.*

XXXVI. Apparet idem, vel ipso sole clarius, ex eo quod solet scriptores Latinos, Florum, Livium, Lucanum, Plinium, Servium, Salustium, Suetonium Tranquillum, et Virgilium, [LXVI] in testimonium adducere, cum opéra tamen illorum eum

oculis suis nunquam conspexisse, et ne quidem linguam illorum intellexisse, sit certissimum. Quod bonos illos et graves Romanorum scriptores non legisset, certissime convincunt supina ejus Romanarum rerum ignorantia, et errores plusquam aniles. Ut stabuli ejus multa alia stercorea relinquamus intacta, ne lectorem offendant: quam suave est istud quod de Cicerone et Salustio ipso, quem alibi citat, memoriæ tradit, fuisse illos Romanos poetas! *Hiscæ temporibus floruerunt Cicero et Salustius, sapientissimi Romanorum poætæ.* Quam lepidum est illud quod habet de Julio Cæsare, eum Magnum Pompeium in Ægypto comprehendisse et interfecisse! et iterum illud quod de duratione illius imperii ineptit; imperium Romanum illum tenuisse per annos xviii! Quam illud ridiculum, quod habet de M. Antonio, eum missum fuisse a senatu Romano contra Cleopatram Ægypti reginam, et in Ægyptum descendente, Alexandriam urbem oblatione cinxisse! Quam absurdum, quod habet de Lucullo, eum missum fuisse adversus Tigranem ab Augusto Cæsare! Quam denique sapit lectorem prædictorum scriptorum Romanorum, quod scribit de Claudio Cæsare, eum « Urbem Brettaniam, non procul ab Oceano condidisse! » Sic in urbem (si Superis placet) nostro Græculo ablit magna nostra Britannia, apud omnes scriptores Romanos insularum celebratissima; ignorantia hominibus Orientalibus, et illis quibus penitus ignoti sunt historici Latini, propria et peculiari. Ita sane Rabbi Abrahamus Zacuth, Salmanticensis, in libro *Juchasin*, sive *Genealogiarum*, de Angliæ extructione mentionem facit. Eum adducit Rabbi Ganzius in *Geminis Davidis*, sive *Chronologiæ*, parte secunda ad annum millenarii tertii 830: « Et scripsit Juchasin (pag. 136), hoc tempore exstructam esse Ausoniam, Paduam, et Angliam. » Ita urbem (70) [LXVII] *England* appellant Samaritani Sichemitarum in litteris quas nuper miserunt ad populum Anglicanum, per virum dignissimum Rob. Huntingtonum, collegiæ Dubliniensis in Hibernia præsidem hodiernum, Quod præterea ne linguæ quidem Latinæ scientia ulla polluerit chronographus noster, ut è Græcis fuerunt perpauci qui Latinæ linguæ peritiam sese instruxerunt, ex duobus vel tribus locis dilucide conficitur. In uno ait vocem Latinam,

A consilia, significare *diem largitionis*: Κονσῖλια, ἀπὲρ ἐρμηνεύεται, παροχής ἡμέρα. Quam egregie et docte! In alio ubi verba facit de quatuor circi diversis factionibus a Romulo (ut dicit sed falso) introductis, et diversis coloribus distinctis, nempe *Prasina, Veneta, Russea et Alba*; ait *Prasinam* (i. e. *Viridem*) a Romulo sic vocatam fuisse quasi *Permanentem*; Prasiuum enim, inquit, significat *permanens*, a verbo *præsenteuo* deductum, quod significat *παρὰ μένειν, permanere*. Præclare (Jupiter) ac perite! In eadem de Romulo narratione dicens eum cum Remo a lupa nutritum vulgo perhiberi, addit fabulam istam exinde exortam, quod a muliere quadam agresti reperti fuerint et enutriti: *In ea enim regione*, inquit, *usque adhuc etiam rurestres illas ovium custodes, lupas vocitant, ut quæ inter lupos vitam suam transigunt.* At quis, quæso, hominum unquam audivit, vocem *lupam* apud Latinos eo sensu usurpari? Et quis non persentit id a nescio quo nugatore fuisse acceptum? audiat Titus Livius, quem Noster nugarum consarcinator tanquam lectum a se in illa de Romulo narratione alibi que locorum, adducit: *Sunt qui Laurentiam vulgato corpore Lupam (71) inter pastores vocatam putent: inde locum fabulæ ac miraculo datum.*

[LXVIII] XXXVII. Ut ex hisce apparet auctorem nostrum ex scriptoribus aliis verbatim exscribere solere, adeoque non esse necessarium ut illa quæ habentur in *Chronico Paschali* cum illius verbis consonantia, ex illo existimentur sumpta; sic alia sunt quædam peculiariora argumenta quæ illa speciatim non fuisse ex eo descripta confirmant. Hoc in primis notandum, in aliquibus illorum locorum, quæ cum in Nostro tum in *Chronico Paschali* habentur, advocari scriptores Latinos; quos ex dictis conspicuum redditur eum ipsum nunquam legisse. Sic in narratione de Romulo et Roma prædicta citantur Virgilius, Plinius, Livius, itemque Licinius Romanorum chronographus: pro quorum secundo et tertio apud *Chronicon Pasch.* ex corruptione leguntur Apollonius et Silvius. In loco qui agit de chlamydibus Romanorum citatur (Suetonius) Tranquillus, qui et loco eodem apud *Chronicon Pasch.* adducitur, idque addito nomine D Suetonio, quod a Nostro non agnoscitur. Observandum secundo, quod in multis eorum locorum

NOTÆ.

(70) Epigraphe litterarum Hebraice conscriptarum, in hanc sententiam se habuit interprete doctus. Edv. Bernardo: *Recte perveniat sibi Θεῷ hoc scriptum in Angliam urbem et ad synagogam filiorum Israel, Samaritarum* (sic Anglos esse existimant) *quos conseruet Dominus.* Et Arabice alia Epigraphe: *Tradatur domino Roberto Huntingtono, Europæo, cum cura, qui tradendum curet synagogæ filiorum Israel, Samaritarum, qui habitant in urbe England in Europæ regione.*

(71) Hinc liquet non *mulieres rurestres*, sed *meretrices* appellatas fuisse *lupas*. Sic sane apud Plautum vox ista pro *meretrice* reperitur usurpata, et inde *lupanar* et *lupanarium* pro *prostituto*. ἡ ὀρμωσιανούσῃ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ὄρμην, ait D.

Halicarnassensis, οὗ περὶ τὸ Παλάτιον διατρέβοντες ἐπέκλησιν ἔθεντο Λούπαν. Ἔστι δὲ τοῦτο Ἑλληνικὸν τε καὶ ἀρχαῖον ἐπὶ ταῖς μισθαφρούσαις τὰ Ἀφροδίσα τιθέμενον, αἱ γὺν εὐπρεπαστέρη κλήσει ἑταῖραι προσσηγοροῦνται. Cui (Laurentiæ) ob vulgatum quondam corpus Palatini montis incolæ cognomen *Lupæ* indiderunt. Ea Græcis prisca est appellatio venalem voluptatem Veneream prostituentium; quas nunc speciosiore vocabulo ἑταῖρας (quasi amicas et sodales) *uicare* solent. Sanctus Hieronymus in *Chronico Eusebiano*: *Quæ (Laurentia) propter pulchritudinem et rapacitatem corporis quæstiuosi Lupæ a vicinis appellabatur. Unde ad nostram memoriam meretricum celluæ lupanaria dicuntur.*

quæ in Nostro simul et Paschali occurrunt, quamvis partim ad verbum conveniant, habentur tamen apud Paschale nonnulla quæ nulla vel vi vel arte ex Nostro potuerint elici. in aliquibus narrationibus, ut in illis de Valentiniani ad imperium elevatione, de pluvia cinerum sub Leone, deque morte Justini, quo mense quo die contigerint apud Paschale memoriæ consignatur, cum tamen de tempore apud Nostrum mentio nulla. Quin et sunt quæ (72) conjiciuntur apud Paschale ad certos annos [LXIX] et certos consulatus, quas ad alios consulatus fuisse referendas ex Nostro quis facile collegisset. Sic, exempli gratia, quæ habet Noster de urbis Constantinopolis exstructione, ea conjiciuntur apud Paschale ad Januarii et Justi consulatum, quæ tamen a Nostro disertim referuntur ad consulatum Gallicani et Symmachi. His adde quod ista narratio quæ habetur de Cyro Patricio, quamvis aliis in partibus prorsus eadem verba exhibeat, a Malaliana tamen in aliquibus locis longiuscule recedit. Sic plura, apud Paschale quam in Nostro leguntur de isto terræmotu Constantinopolitano, qui sub imperio Theodosii Junioris accidebat, et in ista similiter narratione quæ habetur de oppido Daras. De hac præterea narratione animadvertere licet, hoc modo incipere periocham: "Ὅτι ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος, etc., ubi ista particula, ὅτι (ut et adnotat Dufresnius) liquidissimo videtur demonstrare, descriptam fuisse periocham ex Historiarum Collectione aliqua, quæ loca ex historiographis excerpta continebat: qualis est Collectio Constantini Porphyrog. [imp. *De virtutibus et vitiis*, et altera illa ejusdem *De legationibus*; qualia sunt etiam Collectanea Photiana ex *Historia eccles.* Philostorgii, aliisque antiquorum operibus apud ejus Bibliothecam; ut et illa Nicephori Callisti quæ habentur mss. inter codices Oxon., aliaque complura: in quibus præfixam particulam, ὅτι, fere singulæ habent periochæ. Hæc abunde sufficiant narrationum exempla. Quæ alia occurrunt

A plura supersedeo (73) hic describere, [LXX] no lectori judicii limatioris fastidio sim. Ex hujusmodi sane *Mustaccis laureolam* non quero.

XXXVIII. Sic ex dictis (nisi maxime fallor) apertissime colligitur de ætate chronographi nostri nihil astrui posse ex eo quod reperiantur apud *Chronicon Paschale* cum illius narrationibus ad verbum consonantia. Ne ab aliquo præterea trahatur in argumentum, quod de rebus quæ vetustiores videantur, tanquam usque ad suam memoriam perdurantibus loquatur; hic monitum velim lectorem, non illius ipsius, sed auctorum quos ille secutus est, esse omnia ista, *ἔως ἔργου*, et *ἔως τῆς νῦν*, et similia, quæ toties repetita occurrunt. Hoc ex illis quæ jamjam disseruimus nemo est qui non facile collegerit, et idem ex plerisque ipsorum locorum elicias. Sic hujusmodi fariæ scriptoribus aliis nihil magis usitatum et solemne, quam ejusmodi judicii mali indicia scripta suadeturpare, risuque et nauseæ lectorum cordatorum exponere. Hoc viris eruditissimis sat notum, opinor, ac exploratum; sed non solum scribo eruditissimis: sunt itaque quædam afferenda exempla. Apud Dorotheum supposititium in *Synopsi de vita morteque prophetarum*, de Jeremia in Ægypto sepulto, et ab Ægyptiis in magna veneratione habito, quia eos per preces a crocodilorum infestatione liberasset, verbis factis, subjungitur: *Unde quotquot Deo sunt fideles*, usque hodie illo in loco preces fundunt, etc. Quæ verba ipsissima reperiuntur apud *Chronicon Pasch.* ad Olymp. LXXI, ubi totus fere Dorothei libellus exseritur, non tamen tanquam illius, sed nomine ejus suppresso; apud libellum etiam *De vitis prophetarum*, qui sancti Epiphaniî nomen præfert; necnon apud alium anonymum ms. *De sexdecim prophetis* in bibliotheca Regia Parisina, et Symeonem Logothetam [LXXI] in *Chronico* ms. quorum verba in medium proferuntur a clariss. Dufresnio in *Notis ad Chronicon Pasch.* Dorotheus idem in loco eo-

NOTÆ.

(72) Quæ habet Noster de Hierosolymorum per Titum expugnatione, ea conferuntur apud Paschale ad annum Assumptionis Dominicæ xxxix, et Vespasiani solius consulatum: *Τριακοστῶ ἐννάτω ἔτει*, etc., cum tamen in Nostro expresse perhibeatur contigisse id gestum anno post Christum assumptum xxxviii Commodi et Ruffo coss. qui quidem consulatum gerebant, auctore Cassiodoro, post captam Hierosolimam triennio. De illis Paschale omnino silet. Cujus narrationis præterea pars magna in codice Holsteniano (uti ante ostensum est) desideratur. Ad eundem annum in Paschali refertur cum Cyri Patricii dedecus, tum terræmotus, qui imperante Theodosio Juniore contigit, Constantinopoliitanus, tum etiam narratio alia de Theodosii imp. morte, quæ annis diversis contigisse non obscure subindicat Noster. Narratio de Zenone imp. ex Isauria Constantinopolim redeunte in Paschali conjicitur ad consulatum illi: *Τούτῳ τῷ ἔτει*, etc., quod tamen a Nostro expresse dicitur contigisse Theoderico (sive Theodericho) consulatum gerente, cujus consulatus juxta ipsum Paschale in sextum post annum incurrit. Sic narratio ista quæ habetur

apud utrumque, de Tzathio Lazorum rege, refertur in Paschali ad consulatum Symmachi et Boethii *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ*, etc., cum tamen in Nostro statim ante mentio habeatur consulatus Vitaliani, qui cum anno ante secundo apud ipsum Paschale connectitur.

(73) Quæ leguntur ad imperium Severi apud *Chronicon Paschale* de urbe Byzantio, Barbysio, Phedalia, et Fortuna urbis Cerœ, quamvis maximam partem habeantur apud Nostrum eadem, desideratur tamen apud illum eorum pars prior satis prolixa. Habet quidem Noster in alio loco, de Barbysio, Phedalia, Byza, et Fortuna urbis Cerœ nonnulla, nimirum in regno Constantini M.; cæterum ea quæ in Paschali describuntur, non fuisse ex istis desumpta, perspicue illi constabit qui illa inter se contulerit: sunt enim hæc et in verbis dissimilia et in rebus copiosiora. Adde porro narrationem quæ habetur de Diogeniano, et Philoxeno, una cum Apione a Justino imp. ab exilio revocatis; in qua apud Paschale appellantur illi *exmagistri*: cum tamen a Malala senatores solum nuncupentur.

dem Ἡμῆς; δὲ (inquit) ἠκούσαμεν, etc. Nos vero A ex Antigoni et Ptolemæi posteris, viris ætate gravibus, accepimus, Alexandrum Macedonem, etc. Quæ et ipsissima reperiuntur, quasi singuli ipsi ista audivissent, apud *Chronicon Paschale*, auctorem citati libelli ms. *De sexdecim prophetis*, et eundem *Symeonem Logothetam*. Apud eundem Logothetam, *Chronicon Pasch.* et Pseudo-Epiphanium inveniuntur et ista Pseudo-Dorothei, de Ægyptiis in eodem capite: Quapropter ad hunc usque diem ut deam colunt Virgineum puerperam, et infantem in præsepi adorant: ut et alia loca plura consimilia. Neque multum quidem videtur dubitandum quin et ipse Pseudo-Dorotheus prædicta loca ex auctoribus ad verbum exscripsit. Eum audisis in Vita Isaia (Latine brevitatis causa): Quoties igitur una cum Isaia veniebant (ad Siloam Judæi) ut aquam haurirent, illa exibat; unde ad hunc usque diem in magni miraculi argumentum etiamnum subito erumpit. Postquam autem id per Isaiam peractum est, hunc magnifice ac studiose juxta Siloam Judæorum populus sepeliit, ut ejus precibus aquæ perinde copia eis suppeteret, cum præterea ut ita agerent, ex oraculo iis præceptum esset. Jacet autem ejus sepulcrum juxta regum tumulos. Solomon quippe Davidis sepulcrum ita constituit, ut Orienti Sion observarentur, quæ aditum habet a Gabaon procul ab urbe, stadiis xx, quem quidem aditum obliquum ac occultum ita confecit ut a nemine perciperetur, adeo ut ejus introitus etiam hodie ignotus sit plerisque sacerdotibus atque toti populo. Ἐως τῆς ἡμέρας τοῖς πολλοῖς ἀγνοοῦμένη τῶν ἱερῶν καὶ ὄλη τῷ λαῷ. Quæ verba scriptorem, qui vixerit ante Judæorum e patria exstirpationem, videntur referre. Habentur autem et verba ista, usque hodie, quæ in hoc quoque loco bis occurrunt, apud *Chronicon Paschale*, Pseudo-Epiphanium, et Logothetam; nempe Joicum similiter istum ex Pseudo-Dorotheo, sed tacito nomine, exscribentes. Istiusmodi exempla sexcenta alia apud Suidam, Cedrenum, aliosque scriptores minorum gentium et ætatis sequioris, illis passim se obvia dabunt qui libros diligentius cum studio et fructu evolvant: ut dubium sit nullum quin idem de Nostro dicendum sit.

[LXXII] XXXIX. Ne alicui porro pro auctoris nostri antiquitate argumento id esse videatur, quod illius Chronographiam usque adeo dignatus sit Constantinus Porph. imp., ut excerpta ex illa inter Eclogas suas reponeret; hisce omnibus denique addatur, quod constat imp. Constantinum Porphyrogenetum non solum ex scriptoribus probatæ antiquitatis, verum etiam ex istis qui tempora proxime sua præcedebant, in Eclogis suis exscribere fuisse solitum. Sic hausit excerpta ex altero illo Jo. Antiocheno chronographo monacho, qui non videtur, meo saltem iudicio, ante sæculum nonum, vel medium vel ad exitum vergens, scripsisse. Sic etiam, in *Excerptis* illius de

legationibus Romanorum ad externos, quæ nondum vulgata sunt, habentur quædam ejusdem argumenti ex Historia Georgii monachi Hamartoli, qui post medium sæculi noni Historiam suam adornavit.

XL. Jamque opus exegi, erudite Lector, de ætate Chronographi nostri; quale sane non audeam dicere, neque ante velim fidenter aliquid decernere, quam mihi sicut suffragatura doctiorum judicia. Longum, fateor, et prolixum exegi, quoque multo contractius fortasse tu optasses; at triplicem quidem ob causam consultum duxi tam late et fuse de illius ætate disquisitionem instituerè. Primo, quia quæ nos statuimus, cum receptæ ipsius interpretis et virorum aliorum doctorem sententiæ refragentur, videbantur debere confirmari quanto maximo possent argumentorum robore: ne forsitan nonnullis videremur arundineo enasè magnos et robustos viros impetisse, et clypeo mere papyraceo eorum ictus excepisse. Neque defuit porro ipsi auctori, quod maximam nostram diligentiam et deposceret et mereri videbatur; siquidem nullus sit scriptor historicus, cujuscunque subsellii, quin magni intersit, rerum scilicet traditarum scriptorumque citatorum causa, quod ad sæculum sit conferendus. Et turrim ædificaturum quis sapiens (precor) imprudentiæ postulat, quod de primo (fundamenti lapide, licet vili in sua natura, ubi sit jaciendus, sollicitus est? Accedit quod illa quæ in medium a nobis allata sunt, præterquam quod faciant ad ætatem ejus investigandam, sunt talia quæ alio nomine videbantur omnino mereri in hujusmodi præfatoria Dissertatione locum obtinere, quippe quæ inservant ad illius auctoritatem, quam [LXXIII] exigua sit, et qualis sit scriptor, demonstrandum, et observationes non paucas contineant quæ alias ad eum satis spectant. Sic si nobis minus succedat quod de ejus ætate contendimus, tamen nobis non minus felicitè est successurum quam chymicis solet, qui non minus quæstus ex ipsis mediis adipisci solent, quam ex illa ipsa re ad quam videntur præcipue collimasse, et quamvis illos id penitus fugiat, ad quod sua studia præsertim direxerint, multa tamen, quæ laboris et operæ sit justum pretium, in ipsa via patefaciunt.

XLI. Jam reliquum est, Lector candidissime, ut, Joanni Malala: vale dicto, ad auctorem alterum, qui ei in hac editione, ex ordinatione doctissimi Chilmædi, præfigitur, nos conferamus; et postea de hac editione, et dignissimo interprete ipso, te monitum pauca faciamus. Quod spectat ad ista quæ huic editioni præmittuntur chronologica, sub titulo *Auctoris Anonymi Excerptorum chronologicorum*, non alia sunt ea quam Chronici Georgii monachi cognominati *Hamartoli* sive *Pecatoris* principium. Hoc vobis sit compertissimum: nam idem est horum initium cum initio Chronographiæ Georgii Hamartoli, quod ex codice ma,

a L. Allatio in *Diatriba de Georgiis* exhibetur. A Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὸν, καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου Ἀμαρτωλοῦ Μοναχοῦ. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ἢ ἡμέρῃ ἐπλάσεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς. *Breve Chron. o diversis annalium scriptoribus et expositioribus decerptum, concinnatumque a Georgio Monacho Peccatore. Liber generationis hominum ab eo die quo Deus Adamum ad imaginem et similitudinem suam creavit, exorditur. Adamus tres suscepit filios, etc.* Neque solum ex initio apparet, verum etiam ex Præfatione quæ initio in codice ms. unde (74) sua Chilmeadus [LXXIV] descripsit, præmittitur; quæ eadem est omnino cum illa quam ibidem ponit Allatius ex Georgio Hamartolo. Exstat integrum opus in variis Europæ bibliothecis, et scribit Allatius se illud editioni parasse, et e Græca lingua in Latinam vertisse. Si quis cupiat alia illius legere, jam edita sunt ex eo excerpta a variis varia. A Jac. Gretsero, in libro *De cruce*, publicatur ex eo fragmentum Græce et Latine *De cruce adinventæ*. A Dion. Petavio in Appendice ad Nicephori Constantinopolitani Breviarium historicum, evulgatur ex eodem Græce longiusculum fragmentum de imperio Heraclii, sub falso nomine Georgii Syacelli. Ex eodem Latine edidit Syntagma (quod inscribit) *De statu morientium* Mathæus Raderus, quod sententias et fragmenta multorum antiquorum Patrum complectitur. Ab eodem Radero in alio opusculo, nempe *Adnotationibus ad Viridarium sanctorum ex Menæis Græcorum*, ex eo Latine eruitur fragmentum aliud satis prolixum de miraculo facta in urbe Carthagine sub imperio Heraclii. Produciuntur ex eodem aliud, sed breve, per Petram Lambecium in lib. II *Comm. de Bibliotheca Vindobonensi*, de imp. Theodosio. Ex eodem

etiam Excerpta dederunt Leo Ahatius in libro *De Ecclesiarum consensione*, Jo. Meursius in *Glossario Græco-barbaro*, et Dufresnius ὁ θαυμασιος; in *Glossario mediæ et infimæ Græcitatibus*, et (nisi in eo fallit memoria) [LXXV] in notis ad Annales Joannis Zouaræ. De eo qui plura vellet, adeat is Allatii opus *De Georgiis præcitatum*; et *Diatribam* nostram *de scriptoribus Græcis variis*, ubi fuscæ ac cumulate de eo disseritur, et multis in rebus castigantur Allatiana. De illo hic loci hoc solum subjungam, vixisse eum eodem cum Malala sæculo, id est Christi incarnati nostro, et Chronicon suum perduxisse non modo ad initium Michaelis Theophili F., quod decernunt doctorum nonnulli, sed usque ad ejus mortem, hoc est usque ad annum 866.

XLII. Quod hanc editionem Joannis Malalæ et interpretem attinet, jam ætas scire integra elapsa est, nempe annus plusquam 57, ex quo hoc ad prelum adornatum est opus. De opere tunc prelum expectante et de laudibus Chilmeadi interpretis et adnotatoris, hæc habet Edvardus Bissæus nostras in notis ad Nic. Uptonum *De militari officio*, anno D. 1654 excusis, in quibus ex Malala narrationem de imp. Juliano interitu descripsit: *Qui liber, inquit, apud me est, et annum jam integrum typographum desiderat: illum transtulit vir doctissimus Edmundus Chilmeadus, cujus immatura mors eo nomine flebilior est, quod expectatissimis tantis ingenii laboribus nos privaverit.* Effulsit olim, dum vixit, Edmundus Chilmeadus inter illustriores litterarum laude academicos; præter rei antiquariæ et criticæ peritiam, quam fecit hoc opus testatissimam, insignis mathematicus, musicus ornatissimus, orator comptus, et linguarum plurimarum callentissimus, cum doctarum quas vocant, tum Gallicæ etiam et Italianæ. Natus fuit [LXXVI] in agro Glocestriensi, in pago Stow super

NOTÆ.

(74) Volumen ms. quo usus est Chilmeadus (quamvis ille, ubi reperitur, lectorem non fecit certiore) invenio inter volumina Græca msa. Barocciana bibliothecæ Oxoniensis publicæ, num. 494; chartaceum est illud, et inter varia diversi argumenti fol. vj, absque ullo vel nomine auctoris vel operis titulo, sic incipit: Πολλοὶ τῶν ἔξω φιλόσοφοι καὶ φιλόλογοι, etc., prout habet Allatius. Continentur in illo multa alia præter ea quæ exscripsit Chilmeadus. In initio habentur quæ posuit in initio Chilmeadus usque ad pag. 6, voces ὡς φησὶν Ἰώσηπος. Dein ea sequuntur quæ, a Chilmeado transposita, leguntur pag. 18, de Nebrodo etc., ab hisce verbis: Μετὰ ταῦτα γέγονε τίς γίγας etc. (pro quibus de suo, ob loci transpositionem hæc scribere placuit Chilmeado: Ἐν δὲ τοῖς προειρημένοις χρόνοις γέγονε) usque ad pag. 21, voces Νίνου μεγάλης βασιλεύσας. Post hæc prosequitur auctor Assyriorum, Ægyptiorum et Græcorum antiqua tempora fabulosa, una cum origine urbis Romæ, et Alexandri M. gestis; ejusdem farinae omnia, nihil non fabulosum. Inde rursus ad Adamum recurritur, et positus de Mose nonnullis, quod omnibus Græcorum sapientibus vetustior esset, proceditur ad ista

quæ habentur in editis, a vocibus: Σηθ δὲ γενόμενος ἐπὶ τῶν σε', pag. 6 usque ad calcem paginæ 17, voces: Τὰ πάντα ἔτησε', quæ claudunt nostrum exemplar, quod folia tantum 5 comprehendit, supersedente, ut videtur, librario reliqua transcribere.

(75) E quibus in sermonem vernaculum libros aliquot dedit conversos. Ex Italica speciatim convertit quæ in operum ejus Indiculo evulgato non accensetur, *Historiam rituum, consuetudinum et rationis ritæ Judæorum hodiernorum per orbem terrarum*, conscriptam a Leone Modena, Rabbino Veneto; ed. Londini an. 1650, in-8. Scripsisse etiam perhibetur *De sonis et De musica veterum*: quod opus prorsus idem fuisse nullis dubito; et exstat id quidem, sub titulo, *De musica antiqua Græca*, ad finem Arati, Oxonii anno 1672 excusi, una cum ejusdem *Adnotationibus in Odas Dionysii*. Ea transmisit ex Hibernia, ubi later schedas reverendissimi Usserii latuerunt, summus noster amicus celeberr. Hen. Dodwellus, qui et misit una cum illis Latinam Dionysii interpretationem ex eadem Chilmeadi manu: verum hanc omiserunt editores, qui Græca solitaria malebant. Illius honorifica mentione apud Præfationem; ad D. Hen. Holcrofti

Woldam dicto, et in hac Academia nostra in collegio Magdalenensi tyrocinium suum posuit; post Ædis (sic collegium vocamus) Christi sacellanus evasit, adjuncto illi sodali et symmista Joanne Gregorio, viro alio pariter omnigena eruditione instructissimo. Inde anno 1648 propter fidelitatem erga regiam majestatem Parliamentaria visitatione cjectus, ad illas angustias est redactus, ut necesse habuerit ex musica (heu! quam infeliciter musarum alumnus!) sibi tenuem victum comparare ex stipe viz. conventus hebdomadalis, quem, ascitis sibi sociis quibusdam symphoniacis, Londini instituerat. Neque ei tamen defuit munificentia clarissimi viri Edvardi Bissæi, equestri honore postmodum insigniti, quem modo laudavimus; quam experti sunt etiam, et alii calamitate temporum afflicti, et Joannes prædictus Gregorius. Animam Deo reddidit 19 Febr. anno 1653, ætatis circiter 41. Hæc de eo traduntur ab amico nostro, viro antiquitatum Anglicarum, et præsertim a scriptoribus attinentium, peritissimo, deque matre sua academia eximie merito, Antonio a Woodo, in *Historia et Antiquitatibus academiæ nostræ*. Non opus est ut aliquid addatur de chronographo nostro, ut lectori et orbi litterario commendatum faciamus: hoc solum dixisse suffecerit, in publicum jam opus prodire, quod a viris eruditis a totidem annis magnopere fuit expetitur ac exoptatum; opus continens quamplurima quæ, nisi in manus e latebris suis ederetur, vel virorum maximorum scientiam fugissent omnino, inque tenebris prorsus latuissent. Et quis, quæso, litteratorum, saxum antiquum quod multa ignota patefacit, idcirco quod rude et scabrosus sit, quod a minus perito artifice characteres insculptos habeat, contemptui duceret? (Quis potius non gauderet e terra jam erui tale? Et quis eruenti non grate se obstrictum agnosceret?)

[Lxxvii] XLIII. E memoria mihi pene exciderat quod innuimus in initio hujus Dissertationis, non solum prædictum Edm. Chilmeadum, sed et Jo. Gregorium, quem modo concelebravimus, in Chronographum nostrum diligentiam et studium coluisse; et quod alibi ejus in eundem *Animadversiones* commemoraverim. Hæc denique de re mo-

nendus est lector, quod antequam Chilmeadus adornandum hoc opus in se suscepisset, præparaverat prelo Excerpta (76) quædam exinde collecta Joannes prædictus Gregorius (is obiit anno 1646), adjectis quibusdam, quas in illa elucubravit, *Animadversionibus*. Illi soli refertur acceptum, quod, cum nostrum exemplar Chronographiæ Malalianæ et principio et fine esset mutilatum, esse Malalæ tamen hoc opus, jam nobis compareat. Hoc ei feliciter comperitum est ex collatione fragmenti de Muliere Hamorrhousa, quod in oratione 3 *Pro imaginibus* Jo. Damasceno tributa ex Chronico Malaliano producit. Confirmatum est idem ex fabulis istis (77) quas profert sub nomine Jo. Malalis Chronici Tzetzes Chiliasta in chil. 5, hist. 29 et 30. Quæ omnia quidem in hæc Chronographia nostra memoriæ consignantur. His de rebus agit Gregorius in præfatiuncula quam *Animadversionibus* præmisit. De auctore nihil aliud habet. Hoc autem illius *Animadversionum* opusculum videtur Chilmeadus in animo habuisse, loco Prolegomenorum, suæ editioni præmittere; nam in loco quodam suarum adnotationum ad Jo. Gregorii de auctore Prolegomena, lectorem amandat. Et idem quidem rei nostræ typographicæ hujusque editionis curatoribus in proposito primum erat; verum tandem cum typis fuisset absoluta pars magna operis, placuit illis me tanta dignatione, quamquam longe immentissimum, decorare, ut rogarent, istis insuper habitis, in meipsum suscipere [Lxxviii] provinciam, et de meo Prolegomena nova prodeunti jam operi procererem. Hæc cedens, mi Lector, illorum hortatui, sum audacter aggressus, an prudenter, alii judicabunt: utcumque sit, si quid laudis mereatur in negotio arduo et prorsus intentato, operam navasse, me veniam saltem a doctis meriturum non prorsus despero. Sane in novum quemdam orbem, et aliam quasi Americam (utinam et divitem!) navigium meum trajeci: si in rupes aut salebras offenderim, navigator nondum undarum sciens, me velim errantem peritiores corrigant, et in viam reducant, cupientem semper discere, semper auscultaturum.

..... Hæc si vera videtur,
Dede manus: aut si falsa est, accingere contra.

NOTÆ.

equitis, versionem Anglicanam Historiarum Procopii Cæsariensis, ubi dicitur illius judicio et censura versionem istam fuisse submissam, cumque Græcis collatam et correctam fuisse. Ei multum præterea debet Bibliotheca nostra Oxoniensis ob Catalogum quem adornavit librorum Græcorum inss. Baroccianorum.

que patriarcham, nonnullos etiam ex scholis adesse jussit: quibus in triclinium convocatis, designatam in se conjurationem palam fieri, Sergique Ætherii nepotis, et Eusebii argentarii, Pauli item suboptionis, Vitique confessiones coram omnibus legi mandavit. Quibus perlectis, imperatoris animus in Belisarium patricium commotus est: statimque missi sunt, qui ab eo satellites amoverent omnes: nec omnino ad hæc renixus est Belisarius. Cæterum cum Constantinus quæstor, et Julianus **495** antigrapharius, Ætherio, quem etiam conjurationis conscium fuisse suspicio erat, favere nimis putarentur; conjuratores rursus post sex dies, a Marino comite excubitorum, et Constantiano, militum magistro, ad examen vocati sunt. Verum Belisarius imperatorem sibi offensum usque habuit.

Mense eodem imperator, edicto suo in ecclesiis variis proposito, decrevit, haud licere post unionem unam naturam dicere, sed duas confleri.

Indictione eadem festum Dedicatione sanctissimæ Magnæ ecclesiæ secundo celebratum est. Trullo autem xxx pedibus, secundum formam veterem, superadditis, ex additione hac cameræ duæ, septentrionalis et meridionalis, effectæ sunt. Tecto autem ad exitum jam perducto, Eutychius patriarcha, sanctum Evangelii codicem manu tenens, populo circumstante cecinit: *Attollite portas, principes, vestras, et attollimini, portæ sempiternæ, et intrabit Rex gloriæ, etc.*

Mense Januario, indictionis xi, equestri certamine celebrato, Julianicus auriga [curru deturbatus et] per circum raptatus interiiit.

Mense eodem Africæ quædam regiones a Mauritanis occupatæ sunt: Cutzines enim, gentis ejus exarchus, ex quo Maurorum dominium susceperat, auri quantitatem quamdam a Romanorum pro tempore præfecto accipere **496** solitus fuerat. Cæterum, Joanne, cognomine Rogathino [in Africam] adveniente, nec pecuniam ei pro more solvente, quin e contra dolo illum interficiente,

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰ Ἰδικτον Οχ. ¹¹ λ'. εἴκοσι. p. 81 E. ¹² Ἰανουαρίῳ Οχ.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(83) Οὐ γρη μετὰ τὴν ἔνωσιν, etc. Hæc Justiniani Confessio fidei, De naturarum in Christo distinctione, non hoc tempore, sed sub synodo v Constantinopolitana edicto imperatorio promulgata est. Scilicet sub extrema vitæ suæ tempora in Aphthartodocitarum hæresin delapsus est Justinianus: uti testantur Evagrius lib. iv, cap. 38: Nicephorus Call. lib. xxvii, cap. 29; Glycas Annual. part. iv, et Cedrenus; qui etiam eodem anno,

HODII NOTÆ.

(x) Περὶ τῶν διακρινομένων. Hæc omisit Interpres, nec videtur intellexisse, verte: *De Diacritomenis* sive *Eutychianis*: sic enim appellari so-

θεῖν καὶ τὸν πατριάρχην (242) Εὐτύχιον καὶ τινὰς ἐκ τῶν σχολῶν· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς ἐν τῷ τρικλίνω, κελεύει τὰς τούτων καταθέσεις ἀναγνωσθῆναι καὶ φανερωθῆναι πᾶσι τὰ τῆς ἐπιβουλῆς, λέγων δὲ Σεργίου τοῦ ἀνεψιῦ τοῦ Αἰθερίου καὶ Εὐσεβίου τοῦ ἀργυροπράτου καὶ Παύλου τοῦ ὑποπτεῖνος καὶ Βίτου. Καὶ ἀνεγνώσθησαν αἱ καταθέσεις αὐτῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν καταθέσεων ἠγανακτήθη ὁ πατριχίος Βελισσάριος· καὶ πέμψας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐπέηρε πάντας τοὺς ἀνθρώπους Βελισσαρίου, καὶ ἐν οὐδενὶ ἀντέστη ὁ αὐτὸς ἀντρ. Καὶ ὑπονοηθεὶς Κωνσταντῖνος ὁ κοιαιστῶρ καὶ Ἰουλιανὸς ὁ ἀντιγραφεὺς, ὡς φησιν, ὑπὲρ Αἰθερίου ποιήσαντες, ὡς οἶα καὶ αὐτοῦ Αἰθερίου συνειδότες τῇ ἐπιβουλῇ· καὶ μεθ' ἡμέρας ἕξ πάλιν ἐξητάσθησαν οἱ τῆν αὐτῆν ἐπιβουλήν μελετήσαντες ὑπὸ Μαρίνου τοῦ κόμητος τῶν ἐξκουβιτόρων καὶ Κωνσταντιανοῦ τοῦ στρατηλάτου, καὶ ἔμεινεν ὁ αὐτὸς Βελισσάριος ὑπὸ ἀγανάκτησιν.

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνὶ προσετέθη ἡδίκτον ¹⁰ περὶ τῶν διακρινομένων (x) ἐν διαφοροῖς ἐκκλησίαις ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ὅτι Οὐ γρη μετὰ τὴν ἔνωσιν (83) λέγειν μίαν φύσιν, ἀλλὰ δύο ὁμολογεῖν.

Καὶ τῇ αὐτῇ ἰνδικτιῶνι ἐγένοντο τὰ ἐγκαίνια τῆς ἀγιωτάτης Μεγάλης [243] ἐκκλησίας τὸ δεύτερον. Προσετέθη δὲ τῷ τροῦλλῳ κατὰ τὸ παλαιὸν σχῆμα πύδες ¹¹ λ' (84), καὶ τὰς δύο καμάρας (85) ἐκ προσθήκης ποιήσαντες, τὴν τε ἀρκύψαν καὶ τὴν μεσημβρινήν. Ἐν δὲ τῇ συμπληρώσει τοῦ εἰλήματος Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου κατέχοντος τὸ ἅγιον μαγαλεῖον καὶ τοῦ ὄχλου παρισταμένου ἐφέλλετο· Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάραθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ τὰ λοιπά.

Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ¹² ἰνδικτιῶνος ια', ἰπποδρομίου ἀγομένου σურεὶς Ἰουλιανικὸς ὁ ἡνίοχος ἐν τῷ ἰπποδρομίῳ τελευτᾷ.

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνὶ παρελήφθη μέρη τινὰ τῆς Ἀφρικῆς ὑπὸ τῶν Μαυριτανῶν· Κουτζίνης γὰρ ὁ ἐξαρχος τοῦ αὐτοῦ ἔθνους ἔθως εἶχε λαμβάνειν ἐπὶ Ῥωμαίων διὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἀρχοντος ποσὸν τι χρυσίου, ἐπειδὴ ἤρχε τοῦ ἔθνους τῶν Μαύρων. Καὶ καταθέσας Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Ῥογαθινοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ δειδώκοτος κατὰ τὸ πρῶτον ἔθος, ἀλλὰ τούναντιον καὶ δολοφονήσαντος αὐτὸν, ἀνέστησαν τὰ

De quo auctor noster hic loquitur, imperatorem edictum suum *De corruptibili et incorruptibili*, proposuisse asserit: cui stipulatur Glycas, loco citato.

(84) Πύδες λ'. Πύδας εἴκοσι, dicit supra; sicut et Cedrenus habet.

(85) Τὰς δύο καμάρας. Κάμαρα, sive κάμερα-camera est recentioribus; et καμεράριος camerarius, præfectus cubiculi.

lebant sectarii Eutychiani, tanquam ab Ecclesiæ communione segregati, vel, ut alii volunt, tanquam hæsitantes cum Ecclesia communicare.

τέκνα τοῦ αὐτοῦ Κουζτίνῃ, ἐκδικούντες τὸ πατρῶον Α
αἷμα. Καὶ ἐπαναστάντες τοῖς μέρεσι τῆς Ἀφρικῆς,
παρέλαβόν τινας τόπους φονεύσαντες καὶ πραιδεύ-
σαντες. Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐπέμψε
Μαρκιανὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνεψιὸν *****.

Cutzinæ ipsius filii, paternam cædem ulturi, arma
sumpserunt : Africæque regiones quasdam inva-
dentes, loca nonnulla occuparunt, incolis interfe-
ctis expilatisque. Imperator itaque Justinianus no-
potem suum Marcianum expeditvit*****.

APPENDIX.

Non incommodum erit subungere hic Synopsis Chronographiæ Malalianæ de Vita et rebus gestis Justiniani, ut dignoscat Lector ad quem annum illius imperii quæ in singulis paginis conscribuntur pertineant.

An. 1	Pag. ed. Ox.	151	— — — mens. Jun.	227	
— 2	Indict. 6 mens. Oct.	152	— — — Jul.	228	
— — — Jan.	153	— 24	Ind. 13 mens. Apr.	ibid.	
— — — Indictionis sub exitu	174	— — — Jun.	ibid.	ibid.	
— — — Indict. 7 mens. Jun.	180	— 25	Ind. 14	229	
— 3	— — — Jul.	182	— 26	Ind. 15 mens. Sept.	230
— — — Decio Cos.	186	B	— — — Aug.	ibid.	
— 4	Lampadio et Oreste Coss.	188	— 27	Ind. 1 mens. Mart.	ibid.
— — — Mens Sept.	190	— 28	Ind. 2 mens. Aug.	231	
— — — Apr.	199	— 50	Ind. 4 mens. Jul.	232	
— 5	Mensis Sept.	211	— — — Dec.	233	
— 6	Indictio 10 mensis Jan.	213	— 31	Ind. 5 mens. Nov.	ibid.
— 7	Justin. 3 Cos.	220	— — — Apr.	ibid.	
— 8	Indict. 12.	ibid.	— 32	Ind. 6 mens. Dec.	ibid.
— — — Post Consul. Belisarii	221	— — — Feb.	— 33	Ind. 7 mens. Mart.	234
— — — Jo. Cappadoce Cos.	ibid.	— — — Mai.	— — — Jun.	235	
— 14	Indict. 3 mens. Jun.	222	— — — Jul.	236	
— — — Aug.	ibid.	— 36	Ind. 10 mens. Aug.	ibid.	
— 16	Ind. 5.	223	— 37	Ind. 11 mens. Oct.	ibid.
— 18	Ind. 7 mens. Sept.	225	— — — Nov.	239	
— — — Nov.	ibid.	— — — Jan.	— — —	243	
— 21	Ind. 10 mens. Feb.	226			

RICHARDI BENTLEII EPISTOLA.

[1] CL. VIRO JOANNI MILLIO S. T. P. RICHARDUS BENTLEIUS S.

Memini equidem, Milli doctissime, cum abhinc dies complures deambularem una, strenueque de litterulis nostris sermones cæderemus; ibi forte fortuna de Joanne Antiochensi mentionem fuisse injectam: cumque me desiderium cepisset librum adhuc musteum videndi, priusquam in lucem publicam, te curante, exiret; ea me lege id abs te impetravisse, ut si qua in tam depravato scriptore emendationem nostram accipere possent, ea in schedulas conjecta ad te mitterem. Duram profecto conditionem, quamque adeo multis de causis nollem acceptam. Nam ut omittam, quod ex illo fare tempore a meliori librorum et charitularum mearum parte, et (quod acerbius mihi accidit) a jucundissima tua consuetudine longe distinctus sim; quodque semel duntaxat hunc Malalam properans percurrerim, nec ut secundas, quas sapientiores esse aiunt, curas et cogitationes adhiberem, ullo adhuc pacto potuerim animum inducere: ut illa, inquam, atque alia præteream; pudet hercle, ut verum fatear, pigetque bonas horas, quæ haud paulo melius collocari possent, in tam ingrato et ignobili labore consumere. Sed

quid faciam? data est fides: promissa flagitantur. Video, quod mihi egomet intrivi, exedendum esse. Liceat modo, si quando in hac ἀναγκοφαγία fastidium mihi suborietur, aliunde petere quod fluentem nauseam coerceat. Dabitur itaque potestas et venia evagandi identidem longiuscule; dummodo ne plane έξω τῶν ἐλατῶν, neque levibus de causis. Hoc autem scias velim in printis, non mihi consilium esse de Joanne isto qui cujasve fuerit, quando vixerit, aut a quibus laudatus sit, omnino verbum facere: cum diu sit quod omnem istam controversiam suscepit amicissimus noster atque eruditissimus Hodius. Quippe aliud est, Inquam, [2] scriptionis hujus institutum: quæ vereor equidem ut satis ex voto et felicitate mihi vertat. Ita sane præ sagit animus, ita in ipso limine conspicio, quod etiam fortissimo terrorem incutiat. Siquidem recte narrat Malalas pag. 20, edixisse nimirum atque interminatum esse Orphea, ne quisquam mortalium palam fecerit τὰ Ἐρικεπεῶ. Οὐ, αἰτ, ἔνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε, Μήτινα φάναι τὰ Ἐρικεπεῶ, ὅπερ ἐρμηνεύεται τῇ κοινῇ γλώσσῃ, Βουλῆ, Φῶς, Ζωοδο-

την. Ego vero cum haud sim nescius, quam acer-
bes olim vindices deos hominesque habuerit, qui μυ-
στήρια ἐξορχήσασθαι et Eleusinæ matris occulta
proferre ausus sit; qui sciam, annon ipse similem
in me noxam admittam, si mysterium hoc Orphi-
cum sacro hactenus silentio celatum evulgavero?
Neque adeo clam me est, o Milli suavissime,
quam audax impulsu tuo in me meosque facinus
consciscam :

*Sed tua me virtus tamen, et sperata voluptas
Suavis amicitia quodvis discrimen adire
Suadet, et inducit dias in luminis oras*

horribile illud arcanum protrahere. Bono vero ani-
mo eris, capitique et ætati meæ parces metuere;
ubi μορμουκεῖω isto detracto, putidisque illis μή
τινα φάναι τὰ Ἐρικεπαῖω in malam rem ablegatis
aliquo, veterem illuc et veram lectionem quasi
postliminio redivero. Ea hæc est : Οὐ (Θεοῦ) ὄνομα
ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξείπε
Μῆτιν, Φάνητα, Ἐρικεπαῖον. Orpheus, ait, per
oraculum edoctus est Dei nomina Μῆτιν esse et
Φάνητα, et Ἐρικεπαῖον, quæ communi sermone in-
terpretata hanc habent vim et sententiam, Βουλῆ,
Φῶς, Ζωοδοτήρ.

Porro hisce nominibus deum Orphicum vocari
non desunt mihi locupletes certissimique sane
auctores. Damascius perὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν ms.
in bibliotheca Coll. Corporum Christi Oxonii p. 156:
Ἐν μὲν τοίνυν ταῖς φερομέναις ταύταις βαψφθίαις
Ὀρφικαῖς ἡ θεολογία δὴ τίς ἐστιν ἡ περὶ τὸν νοητὸν
(διάκοσμον) ἦν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντί
μὲν τῆς μιᾶς τῶν ἕλων ἀρχῆς τὸν Χρόνον τιθέντες,
ἀντί δὲ ταῦν δυοῖν Αἰθέρα καὶ Χάος, ἀντί δὲ τοῦ δυ-
τος ἀπλῶς τὸ Ὄν ἀπολογιζόμενοι, καὶ τριάδα ταύ-
την [3] πρώτην ποιοῦντες. Εἰς δὲ τὴν δευτέραν τελεῖν
ἦτοι τὸ κρούμενον καὶ τὸ κύον Ὄν τὸν Θεόν, ἢ τὸν
Ἀργῆτα χιτῶνα ἢ τὴν Νεφέλην, ὅτι ἐκ τούτων ἐκ-
θρώσκει ὁ Φάνης. Ἄλλοτε γὰρ ἄλλα περὶ τοῦ μέσου
φιλοσοφοῦσι, τοῦτο μὲν ὅποιον ἂν ἦ ὡς τὸν νοῦν, ὡς
δὲ πατέρα καὶ δύναμιν ἄλλα τινὰ προσεπινοοῦντες
οὐδὲν τῷ Ὀρφεῖ προσήκοντα· τὴν δὲ τρίτην τὸν Μῆ-
τιν τὸν Ἐρικεπαῖον ὡς δύναμιν, τὸν Φάνητα αὐτὸν
ὡς πατέρα. Idem ibidem p. 106: Ὅθεν πηγὴν μὲν
πηγῶν αὐτὸ (τὸ Ἐν) Χαλδαίων παιδες ἀνευφημοῦ-
σιν, Ὀρφεὺς δὲ μικτιῆ σπέρμα φέροντα θεῶν, Φοί-
νικες δὲ αἰῶνα κοσμικόν, ὡς πάντα ἐν αὐτῷ συν-
ρηκόντα. Locus corruptus. Lego : Ὀρφεὺς δὲ
Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν — — Et pag. 125:
Οὐχὶ δὲ καὶ Ὀρφεὺς ἀπὸ τοῦ Ὄου παράγει. Καὶ τῆς
Νεφέλης βραδείσης (hac modo occasione cogita, an
in loco superiore pro ὄργητα reponi placeat
τὸν βαγέντα χιτῶνα ἢ νεφέλην) τὸν πολυτίμητον φά-
νηται, πρόδοον. Καὶ ἐκεῖνος ἐν τῷ νῷ ὑποστησάμε-
νος. Ἡ ῥήτεον πρὸς ταῦτα, et quæ sequuntur. Lege
et distingue : τὸν πολυτίμητον Φάνητα, πρόδοον
καὶ ἐκεῖνος, etc. Et præterea p. 124:

Ἐνθεν ἀποθρώσκει γένεσις κολυπιδάκου ὕλης,
καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τῆς τάξεως ἐκείνης οἱ θεοὶ
χρησιμοῦσιν· ἀλλὰ καὶ Ὀρφεὺς τὸν πολυτίμητον

Α τούτων θεὸν ἀνευφήσαιμι τὸν σπέρμα φέροντα θεῶν
κ' αὐτὸν Ἐρικεπαῖον, καὶ ἐξ αὐτοῦ ποιεῖ προλοῦσαν
ἄπασαν τὴν τῶν θεῶν γενεάν. Enimvero non leviter
mendis aspersa est hæc ῥῆσις, quam ita constitues:
καὶ Ὀρφεὺς τὸν πολυτίμητον τοῦτον θεὸν ἀνευφη-
μεῖ!

*Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτὸν Ἐρικε-
παῖον.*

Pagina denique 164: Τοῖον ἀπέστιλθε χρόνος ἀθανά-
τοιο Φάνητος, ubi legendum χρόος, ut quidem ex
stat apud Proclum :

*Θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἀελλικτον,
Τοῖον ἀπέστιλθε χρόος ἀθανάτοιο Φάνητος.*

Idem Proclus in Parmenidem ms. hæc habet : ὁ μὲν
γὰρ Ὀρφεὺς μετὰ τὴν κατάπσιον τοῦ Φάνητος ἐν τῷ
Διὰ τὰ πάντα γεγονέναι φησίν. Ἐπειδὴ πρότερον μὲν
καὶ ἠνωμένως ἐν ἐκείνῳ, δευτέρως δὲ καὶ διακεκρι-
μένως ἐν τῷ Δημιουργῷ τὰ πάντα ἀνεφάνη τὰ τῶν
ἐγκοσμημάτων αἴτια. Et in Alcibiadem priorum
ms. sic scribit : Καὶ μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων εὐρῶν
παρ' Ὀρφεῖ τὸν αὐτὸν τοῦτον καὶ Ἐρωτα καὶ Δαί-
μονα μέγαν ἀποκαλούμενον, ἀγαπήσαι καὶ αὐτὸς ἐπι-
τοῦ Ἐρωτος τὸν τοιοῦτον ἕμνον· περὶ μὲν γὰρ νη-
τοῦ νοῦ λέγων ὁ Θεολόγος·

[4] Ἄθροός Ἐρωσ καὶ Μῆτις ἀτάσθυλος...
Καὶ πάλιν.

*Ὅσιν ἐπεμύθεαὺς Δαίμων μέγας αἰὲν ἐπ' Ἰχνη.
Περὶ δὲ τοῦ νοεροῦ νοῦ καὶ ἀμεθέκτου,*

*Καὶ Μῆτις πρώτης γένετω καὶ Ἐρωσ πολυτερπῆς.
Καὶ πάλιν*

*Ἐν κράτος, εἰς Δαίμων γένετο μέγας, ἀρχός
[ἀπάντων,*

Multa prudens et sciens prætereo, quæ ex Athe-
nagora, Macrobio, Orphicis Hymnis, tum autem
præcipue e Proclo in Platonis Timæum afferre
possem : ne forte qui me minus norunt, Pauli n.e
Leopardi scrinia compilare existiment. Inde petere
possunt, vel a Theodoro Cantero, qui plura de his
rebus desiderant. Nam quid ego censeam de
illorum sententia, qui significationem mendosi
verbi Ἐρικεπεῶ ex anilibus Cabbalistarum nugis
conantur exsculpere? sed nolo aliquid inclementer
dicere. Non nostrum est κειμένοις ἐπαμβαίνειν.

Veniam etiam libenter dederō, si minus ea per-
spexerint, quæ a multis sæculis homines latuerunt,
caligine et tenebris circumfusa. Nam ut concedam
hæc, quomodo a me emendata sunt, ita a Joanne
fuisse concepta; quod equidem haud facile cre-
diderim; Suidæ tamen et Cedreni temporibus
depravatum esse hunc Malalæ locum illud argu-
mentum est, quod hi interpretamenta duntaxat ex
nostro afferant, de verbis Orphei οὐδὲ γρῦ. Illud
autem mihi videor satis certo scire, non te exspe-
ctare, ut vim verbi Ἐρικεπαῖος et naturam expli-
cem : tune ut ineptas plerumque et cassas etymo-
logias consecrari me velis? Dabitur jusjurandum,
ne ab Orptheo quidem ipso hoc fieri potuisse. Scire
prius aveo, unde illa vulgaria, Δίνουσος. Ἠφαί-

τος, Ποσειδών. Διόνυσος, ait Orpheus apud Macro-
bium, ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι originem ducit :

Πρώτος δ' εἰς φῶς ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη,
Οὐνεκα δινεῖται κατ' ἀπίρονα μακρὸν Ὀλυμπον.
Ride, et ad hoc exemplum crede alia fuisse dictu-
rum. Nec quidem de significatione τοῦ Ἑρικε-
παίου belle convenit scriptoribus. Secundum Mala-
lam, Suidam et Cedrenum est ζωδοτήρ. Nosti hos
tres [5], quam ad unum redeant denique. At Nonno
in Συναγωγῇ ἱστοριῶν Phanes est ζωδοτήρ. Eri-
ceræus aliam vim habet nescio quam. Λέγουσι δὲ
αὐτὸν τὸν Φάνητα ἔφορον εἶναι τῆς ζωογόνου δυνά-
μεως, ὁμοίως καὶ τὸν Ἑρικεπαίου λέγουσιν ἑτέρας
ἔφορον εἶναι δυνάμεως. Quamobrem, si sapiam, non
operam perdam in etymologia hac inquirenda : ma-
gis ex usu fuerit, in quibus primum inatiti vesti-
giis pergere ; et si qua restent Orphica apud Mala-
lam, quæ correctione opus habeant, pro virili re-
stituere.

Sic igitur refingo locum, quem habes p. 89 :

Ἄ ἀνα, Λητοῦς υἱ', ἐκατηβόλε Φοῖβε κραταῖδ,
Παρθερκές, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀράσσωρ,
Ἥελιε, χρυσαῖοισιν ἀειρόμενε πετρύγισσι,
Δωδεκάτην δὴ τήνδε παραὶ σέο ἔκλυον ὄμφην,
Σεῦ φαμέρον, σὲ δὲ γ' αὐτὸν, ἐκηβόλε, μάρτυρα
[θελήν.

Tertio autem versui simillimus et maxime gemi-
nus ejusdem scriptoris est alius in Hymno ad
Protogonum :

Πρωτογόνον καλέω διφυῆ μέγαρ αἰθερόπλαγκτον,
Ἰσοτην, χρυσαῖοισιν ἀγαλλόμενον πετρύγισσι.

At vir bonus Joannes, atque item Cedrenus, ne
in librariorum culpam hanc transferas, τὴν πτέρυ-
γαν arbitrabantur esse generis virilis. *En cor Zeno-
doti, en jecur Crateis !*

Multo vero gravius affectus est locus, pag. 92 ;
ita poetæ verba non modo cum interpretamentis
Malalæ confusa sunt atque commista, sed et insu-
per mendis obsita et cooperta. Illa quidem certe μὴ
διὰ μηδὲν veritus est Cedrenus describere, quippe
quæ nullo prorsus modo intellexerit. At memini
vidisse Excerpta quædam manu Patricii Junii ex
Chronico quodam penes Cl. Seldenum manuscri-
pto : ubi inter alia ejusdem farinae hæc Orphica
habebantur, corrupta ea quidem et mutila ; nihilomi-
nus in quibus exstarent vestigia veræ lectio-
nis : siquidem ibi scriptum erat μὴ διὰ μὰ μη-
δέν. Proinde de hoc loco mihi nulla dubitatio est,
quin in versiculos reponi debeat ad hoc exem-
plum :

Θῆρες τ' ὠκνοὶ τε βροτῶν τ' ἀλιτήρια φύλα
Ἀχθεα γῆς εἰδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν
Εἰδότες, οὐτε κοικοῖ προσερχομένοιο νοήσαι
[6] Φράδμονες, οὐτ' ἀποθερ μάλ' ἀποστρέψαι κα-
|κότητος.

Οὐτ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι τε καὶ ἐρξαι
Ἰδρις, ἀλλὰ μάτην ἀδαιμόνες, ἀπρονόητοι.

Ad hunc Orphicorum numerum non dubito ascri-
bere quæ exstant p. 50, etsi ea Mercurio Trismegis-
to attribuant Malalas, Suidas, Cedrenus, auctor
Chronici Paschalis et de quo postmodum plura ms.

Baroccianus. Scilicet ab auctoribus multo plus ido-
neis, sancto Justino in Parænetica ad Græcos, et
sancto Cyrillo adversus Julianum ad Orpheam ἐν
τοῖς ὄρκοις referuntur : ubi etiam veram hujus
λέξεως scripturam offendes. Malalas enim cum suo
grege antiquam adeo hic consuetudinem obtinent,
ut nihil sentiant. Proxime autem ad Joannis verba
accedes, si ita legeris :

Οὐρανὸν ὀρκίζω σε Θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
'Ορκίζω σ' αὐτὴν πατρός, ἣν ἐφθέγγετο πρώτον,
'Ἦντινα κόσμον ἀπάρτα ἐπὶ στηριξάτο Βουλῆ

Ficta illa et commentitia oracula quæ habes,
p. 42, 79, et 172, adeo misere ac fœde accepta sunt,
ita verba poetica in quotidianum sermonem immu-
tata, ut vix invenias disjecti membra poetæ. Quam-
obrem in iis recollendis redintegrandisque fru-
stra operam conterere non libet ; præsertim cum
Joannes ipse satis aperte fateatur, se quæ διὰ
στῆλων scripta fuerant, εἰς τὴν κοινὴν διάλε-
κτον immutasse. Verum, ut hec aliquos tam opta-
bili nuntio, est liber Oxonii annos abhinc puto oc-
calamo exaratus ; in quo non pauca exstant oracula
Malalanis his germanissima : quæ si omnia hic in
lucem proferam, quando bella occasio est, sane
(quod in Græcorum proverbio est) patella videatur
operculum invenisse. Spero etiam me gratiæ ali-
quantulum initurum ab hominibus illis perelegan-
tis judicii, qui oracula quæ vulgo feruntur Sibylli-
na tanquam ab anu fatidica Noachi filia fusa vene-
rantur. Adeste igitur, οὐδὲν σιδυλλιώντες, lotisque
manibus sacra hæc tangite.

[7] ΧΡΗΣΜΟΙ ΚΑΙ ΘΕΟΛΟΓΙΑΙ ΕΛΛΗΝΩΝ ΦΙ- ΛΟΣΟΦΩΝ.

I. Ἑρμοῦ μεγίστου περὶ Παντοκράτορος.

Ἄκοιμήτου πυρὸς ἑμμοι κρήγορς, δρόμον αἰθέ-
ρος ζωογόνων, ἡλλου θέρημη κρατύνων. λαλαπι μεθ-
ιστῶν νέφη, τούνομα μὴ χωρῶν ἐν κόσμῳ, ἀφθιτον
ἀένναον πανεπίσκοπον ἑμμοι· πατέρα τῶν ὄλων Θεὸν
ὄντα μόνον, ἀπ' οὐδενὸς ἔχοντα ἀρχὴν ἔγγωκα· Ἐνα
μετὰ σὲ ὄντα μόνον ἐκ σοῦ γεραίρω Ἰῖδν, ὃν βῶμη
ἀπορρήτω καὶ δευτέρῳ φωνῇ ἴδιον εὐθύς ἀφθόνως
καὶ ἀπαθῶς ἀπογεννήτως Λόγον ἐγέννησεν (leg.
ἐγέννησας) Θεὸν ὄντα, τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς οὐσίας, ὃς
σου τοῦ Πατρὸς τὴν εἰκόνα καὶ (leg. κατὰ) πᾶν
ὄμοιον φέρει, ὥστε ἐκεῖνος ἐν σοί, σὺ δὲ ἐν ἐκεῖνῳ
κάλλος ἔσοπτρον· ἀλληλεύφραντον πρόσωπον (leg.
ἀλληλευφράντων προσώπων).

II. Τοῦ αὐτοῦ περὶ Τριάδος.

Ἦν φῶς νοερὸν ἐκ φωτὸς, ut apud Malalam ha-
bentur p. 29.

III. Τοῦ αὐτοῦ Προσφυχῆ.

Ἄρκίζω σε, Οὐρανὲ, Θεοῦ μεγάλου, etc. Vide Mal.
p. 30.

IV. Ἀριστοτέλους.

Ἄκάματος φύσις θεοῦ, γενέσεως οὐκ ἔχουσα ἀρ-
χὴν, ἐξ αὐτῆς δ' ὁ πανσθενὴς οὐσίωται λόγος.

V. Σόλωνος Ἀθηναίου.

Οὐκ ἐφικτόν μοι ἐστὶ ταῦτα πρὸς ἀμύητους εἰπεῖν,

οὔτε δὲ φανερώς παραίεσθαι· πλὴν τοῦ νοεῖν ἀκούε-
ται (leg. τῷ νοεῖν ἀκούετε) ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κατ'
οὐρανὸν μεγάλου * φλογὸς ὑπερβάλλων, ὃν τρέμου-
σιν οὐρανοὶ γαῖα τε καὶ θάλαττα, αὐτοπάτωρ, ἀπά-
τωρ, τρισόβριος. Confer hæc cum Malalanis p. 79.

VI. Θουκυδίδου.

Τὸ ἐν τρία καὶ τὰ τρία ἐν, ἀσαρκον προσωπίκόν.
Ἰῆ τέτοκε τὸν οὐρανοῦ γεννήτορα.

[8] VII. Χίλωνος.

Γόνος ἐκ γόνου κατελθὼν γόνιμον ὕδωρ ἐποίησε.
Τὸ ὑπέρτατον τῶν ὄλων αἰτιον ἐπινοεῖται οὐ φωτὶ
καὶ πνεύματι, ἀλλ' ὡς πάντων θεὸς καὶ Κύριος καὶ
Πατήρ.

VIII. Πλουτάρχου.

Ὁ παλαιὸς νέος, καὶ ὁ νέος ἀρχαῖος, ὁ πατήρ γό-
νος, καὶ ὁ γόνος πατήρ

IX. Ἀντιόχου Κολοφώνος περὶ Τριάδος.

Ἦν νοῦς εἰς πάντων νοερώτερος * εἰ δὲ γε ἐστὶν
Τοῦ ἀπο παγγενέτης νοερὸς λόγος ἀφθιτος αἰεὶ
Υἱὸς ἀπαυγασμὸς νοεροῦ Πατρὸς, εἰς ἄμα Πατρὶ,
Ἐν μὲν ἰππωνυμῆ * εἰ δὲ γε ἐστὶν ὡς ἀπὸ Πατρὸς,
Εἰς δὲ πέλων σὺν Πατρὶ καὶ ἐξ ἑνὸς εἰς, μία τάξις,
Πατρὸς..... ὁμοούσιος ἀφθιτος αἰεὶ
Πνεύματι σὺν πρώτῳ ἀγίῳ καὶ σπέρματος ἀρχή.

Uno verbo, ne nescias, te monitum velim in li-
bro m. sic legi : Τοῦ ἀποπαγγενέτης νοερώτερος
λόγος ἀφθιτος υἱὸς ἀπαύγασμα. Sed nihil erat fa-
cilius, quam in versus concinnare. Quivis etiam
emendare possit Κολοφώνιος vel ἐκ Κολοφώνος.
Illud fortasse plusculum habet difficultatis, quis-
nam sit ille Antiochus conjectura assequi. Et præ-
fecto nimis velim exstaret Nicandri Colophonii
liber περὶ τῶν ἐκ Κολοφώνος ποιητῶν· mirum enim,
nī ex animi sententia hoc negotium consueceremus.
Nunc vero, quandoquidem iste liber, ut alia omnia
καλά, vel flammis, vel humore, vel inertibus ti-
neis consumptus est; cum optimum vatem arbitre-
mur, qui illud in te tam ancipiti protulerit quod
sit veri simillimum. Opportune autem venit in men-
tem Xenophani illi Colophonio filium fuisse nomine
Antiochum, quem res Siculas et Italicas scripsisse
multi commemorant. Verum accidit perincom-
mode, quod is etsi patre natus Colophonio, ta-
men nescio qui Syracusius vocetur. Alius proinde
quatiendus est funis. Placetne ut pro Antiocho
reponatur Antiphanes? [9] Athenæus, lib. vii: Μνη-
μονεῦσι αὐτοῦ Ἀντιφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν τῇ θη-
βατῆ λέγων οὕτως,

Ἢ θυκην, ἢ ἱππον, ἢ ὄν κίχλην καλέουσιν.

Sed mihi crede, nusquam fuit gentium Anti-
phanes ille Colophonius : quippe, quod a doctis-
simo Casaubono non animadvertimus esse demiror,
pro commentitio isto Antiphane reponendus est
Antimachus, notissimus auctor Thebaidos et Ly-
des, uti memorant ipse Athenæus alibi, Etymolo-
gicon, Hesychius, Suidas, Quintilianus, alique

A bene multi. Huic autem Antimacho vitæ quædam
dubito quin putidos hos versus affingere voluerint.
Quo quidem consilio nihil inconsultius esse potuit
aut dementius. Proclus in Commentario Timæi
distinguens poetiram ἐθουὺν ἀπὸ τῆς τεχνικῆς, illius
exemplum τοὺς χρησμούς, hujus τὸ Ἀντιμάχειον
ponit. Adeo ut Antimachum χρησμοδούντα fingere,
sit prorsus ἄνω ποταμῶν. Totus erat Antimachus
in arte et opera : nihil habuit ἐξ ἐνδοσια-
σμοῦ, nihil ex afflatu furoris, et cœlesti illu mentis
instinctu, sine quo nullum poema sani coloris, ne-
dum oracula nasci possint.

X. Ἐρώτησις Ἰάσονος βασιλέως τῶν Ἀργοναυ-
τῶν εἰς τὸ Πύθιον τοῦ Ἀπόλλωνος.

Προφῆτευσον ἡμῖν, προφήτα Τιτάν, et quæ se-
quuntur ; ut habet Malalas, p. 94.

XI. Πλάτωνος.

Γενετὸς οὐδεὶς ἱκανὸς γνώμης ἀφανοῦς ἰδεῖν αἰ-
σθητήριον. Φύσις γὰρ μόνου θεοῦ ὡς αἰτίου τοῦ
παντὸς γυμνῆν ψυχὴν δυναμένου (leg. δυναμένη)
ἰδεῖν· εἰς γὰρ αἰτιος τοῦ παντὸς, εἰς καὶ ἐξ αὐτοῦ
ἀλλ' ὄιος (leg. ἄλλος) ὁ εἰς, καὶ ποτε οὗτος ὁ εἰς οὐκ
ἐν χρόνῳ· ἀίδιος γὰρ ὁ εἰς καὶ συναίδιος.

[10] XII. Τοῦ αὐτοῦ περὶ Χριστοῦ.

Ὅψέ ποτέ τις ἐπὶ τὴν πολυσχεδῆ (*) ταύτην ἐλάσει
γῆν, καὶ δίχα σφάλματος σὰρξ γενήσεται, ἀκαμάτοις
θεότητος ὄροις ἀνιάτων παθῶν λύσει φθορὰν, καὶ
τοῦτο φθόνος γενήσεται ἐξ ἀπίστου λαοῦ καὶ πρὸς
ἕφος κρεμασθήσεται ὡς θανάτοι καταδικῶς (leg. θα-
νάτῳ κατάδικος) πάντα πράσας (leg. πράξας
sive δράσας) πείσεται.

XIII. Χρησμός τοῦ Ἀπόλλωνος δοθεὶς ἐν Δελφοῖς
περὶ Χριστοῦ.

Εἰς με βιάζεται οὐράνιον φῶς, καὶ ὁ παθῶν θεός
ἐστὶν, καὶ οὐ θεότης ἐπαθεν αὐτή· ἄμφω γὰρ βροτό-
σωμος καὶ ἄβροτος αὐτὸς θεὸς ἦδη καὶ ἀνὴρ, πάντα
φέρων παρὰ Πατρὸς ἔχων τε τῆς Μητρὸς ἔπαντα,
Πατρὸς μὲν ἔχων ζῶων ἄλλαι, Μητρὸς δὲ θνητῆς
σταυρὸν, τάφον, ὕδριν ἀνιήτου καὶ ἀπὸ βλεφάρων
ποταμῶν τὰ δάκρυα θερμὰ ὁ πάντα χιλιάδας ἐκ πέντε
πυρῶν κορέσαι (l. σαρξ)· τὸ γὰρ θέλει ἄβροτος ἄλλαι.
Χριστὸς ὁ ἐμὸς θεός ἐστιν ἐν ξύλῳ ταυθηθῆς (leg.
ταυσθεὶς) θάνεν· ὃς ἐκ ταφῆς εἰς πολλῶν ἄλλων.

Miris modis hæc perturbata sunt; magnam ta-
men partem in versus suos nullo negotio redigi
possunt in hunc modum :

Εἰς με βιάζεται οὐράνιον φῶς — — —
Καὶ ὁ παθῶν θεός ἐστὶ, καὶ οὐ θεότης πάθεν αὐτή.
Ἄμφω γὰρ βροτόσωμος ἔην ἡδ' ἄβροτος αὐτός
— — — θεός ἦδὲ καὶ ἀνὴρ.
Πάντα φέρων παρὰ Πατρὸς, ἔχων τῆς Μητρὸς
[ἄπαντα]
Ἐκ Πατρὸς μὲν ἔχων ζῶων ἄλλαι — — —
Μητρὸς δὲ θνητῆς σταυρὸν, τάφον, ὕδριν, ἀνιήν.
Τοῦ καὶ ἀπὸ βλεφάρων ποτὲ χεῖματο δάκρυα
[θερμὰ].

XIV. Ἀστάρου περὶ τῆς Θεοτόκου.

Τιμῆσωμεν τὴν Μαριὰμ, ὡς καλῶς κρύψασαν τὸ
μυστήριον.

NOTÆ.

(*) πολυσχεδῆ Τουπίου Emend. vol. III, p. 451.

Sine dubio loco Ἀσάνου emendandum est Ὀσάνου. Ostanus magnus et Zoroastres etiam indoctis cognitissimi. Theodori Meliteniote Præfatione in Astronomiam non Ostanus dicitur, sed Ὀτάνης [14]. Quæ fortasse vera scriptura est: nam et apud Herodotum non unus est Otanes Persa: et vero magus ille natione fuit Chaldeus. Theodori locum describam, quod ibi plurimorum magorum nomina videas, quos alibi frustra quaesieris. Ἐν οἷς (Χαλδαίοις) ἄλλοι τε πλείστοι γεγονάσιν ἀξιόλογοι ἄνδρες καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ' ἐκείνου Ὀτάνης, ὃ τε Κιθηναῖος, καὶ Ναβουριανὸς, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σουδίνος, ἀλλὰ καὶ Σέλευκος ἀπὸ Σελευκείας Χαλδαῖος καὶ οὕτως ἐστίν.

XV. Θεούλις ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς ἐπαρθεὶς τοῖς καρτορθώμασιν ἠρώτησεν εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Εὐριπίδου περὶ αὐτοῦ οὕτως·

Φράσον μοι πυρσθενές, etc. ut Malalas p. 26.

Hominem sane festivum, qui Euripidem χρησιμο-
λογοῦντα nobis exhibuit. Quidni autem? inquires,
cujus ex μαντεῖω hoc editum est,

Μάντις δ' ἄριστος δοτις εἰκάσει καλῶς,
oraculum quidem, quo nihil verius ac sapientius;
quale nunquam aut Bacis fudit, aut comicus iste
Glanis, aut

Pythia quæ tripodæ ex Phæbi lauroque profata est.
Sed extra jocum: sine controversia corrigendum
est τοῦ Σαράπιδος· cui Canobi templa dicata sunt;
etiam Alexandriæ et Memphi. Narrat Strabo miris
quosdam laudibus efferre τὰς ἀρετὰς τῶν τοῦ Σαρά-
πιδος ἐν Κανώθῳ λογίων. Hæc scripseram, cum sero
animadverti apud Suidam in voce Θεούλις ita legi
αὐτολεξεί, ἢ prius ex conjectura emendaveram.

Dubitantem me et quo proxime me vertam cir-
cumspectantem ad se vocat Sophocles, indignis
sane molis a Joanne acceptus, p. 47: Ὁ γὰρ σοφώ-
τατος Σοφοκλῆς δρᾶμα ἐξέθετο καὶ ποιητικῶς εἶπεν
ὅτι ὁ Τειρεσία; τὴν Παλλάδα εἶδε λουομένην καὶ
γυνὴ ἐγένετο. Ego vero quovis pignore contendeim
nihil usquam de fabella ista profectum a Sophocle,
quanquam ab aliis passim memoretur. Cum enim
omnes fere titulos Sophocleorum Dramatum bene-
ficio Grammaticorum veterum habeamus, nullum
est ubi Tiresiæ persona locum habere possit, præ-
terquam una Trilogia, Oedipus Tyrannus, Anti-
gone, et Oedipus in Colono: sic enim sentio:
sive tetralogiam malis, accedo; ut fabula [12] sa-
tyrica, sicut omnes omnium præter Cyclopem Eu-
ripidis, periisse videatur. Quanquam enim asserat
Suidas, ὅτι ὁ Σοφοκλῆς ἤρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα
ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν· scimus tamen
ex Didascalis non ex omni parte verum hoc esse.
Vide modò Aristophanem Grammaticum in Argu-
mento Medæ Euripidis. Atqui haud commemini
fabellam istam de Tiresia in trinis illis narrari,
neque ibi reperiri posse arbitror. Prima hæc est
erga Sophoclem contumelia. Deinceps, Ὅθεν, ait,
ἐξέθετο Σοφοκλῆς ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι ταῦτα

ἀληθείας εἶναι. Εἰς ἐστὶν ὁ Θεός ὃς τὸν οὐρανόν, etc.
O hominis stuporem, et idiotiam meram! Apud
auctorem, unde hæc habuit Antiochensis, sine
688 dubio scriptum erat ad hoc exemplum: Κα-
θὼς ὁ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν ταῖς ἀληθείαισιν εἰς ἐστὶ
Θεός. Homo stolidus interpunctione falsa jugulavit
versum, misereque disperdidit. Nimirum ab ἀλη-
θείαισιν distinctionem posuit, cum oratio post
εἶπε sustineri debuerit. Sed effugiam ut posthac hi
versiculi sano saltem pede possint incedere. Sic
igitur emendo:

Ἐν ταῖς ἀληθείαισιν εἰς ἐστὶν θεός
Ὅς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαίαν μακρὰν
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμ' ἀνέμων βίας.
Θρητοὶ τε πολλὸν καρδία πλανώμενοι
Ἰδρυσάμεσθαι πημάτων παραψυχήν,
Θεῶν ἀγάματ' ἐκ λίθων ἢ χαλκῶν
Ἢ χρυσόστυκτων ἢ Ἰεραρτίων τύπους.
Θυσίας τε τούτοις καὶ κανὰς παρηγύρει.
Τεύχοντες οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Ita fere leguntur apud Justinum, Clementem, En-
sebium, Theodorum, et partim Athenagoram;
adeo ut demirer interpretem Chilmeadam, homi-
nem sane pereruditum, in luce tam clara minus
solito perspexisse. Sed non te celabo, quod pace
sanctorum virorum dictum velim, vehementer me
susplicari non esse hæc a Sophocle. Id adeo cur in
animum inducam, si me interroges, dico: permi-
rum mihi præter alia videri, tam illustrem locum
Ecclesiasticis solis incurrisse in oculos, aliorum
omnium aciem effugisse [13]. Qui factum, uti der-
mitaret hic Plutarchi diligentia? Qui Porphyrium
præterire potuit περὶ ἀποχῆς ἐμφύχων tam insigne
testimonium adversus τῶν θυσιῶν τὰς παρανόμους
σφαγὰς, ut ad hunc locum ait Theodorus? Ubi tu,
Stobæe, cessasti, litterarum oblivio? tu, qui tot
forulos bibliothecarum excussisti, Sophocleis autem
et Euripidis monumenta studiose præter cætera
lectitasti. Adeone paucos e Patribus, quid Patres
autem dico? unumne aliquem tenebrionem, qui
supposita persona librum ediderit (ut et olim et
hodie nonnullorum opinio est, neque adeo injuria)
cæteris omnibus perspicaciorem et diligentio-
rem fuisse? Clemens enim aperte et ingenue fatetur
Hecatæi se fidem secutum, apud ipsum Sophoclem
omnino non legisse. Ὁ μὲν Σοφοκλῆς, ait *Strom. V.*
ὡς φησιν Ἐκατάτος ὁ τὰς ἱστορίας συνταξάμενος ἐν
τῷ κατ' Ἀβραμὸν καὶ τοὺς Αἰγυπτίους. Illud autem
exploratum habeo tam a Justino et Clemente Pa-
tres alios accepisse, quam Justinum et Clementem
commentitii ejus Hecatæi auctoritate tradidisse.
Quem ad hominem demum, et quam nulla fide res
redierit, vides. Illene ut Sophocli versiculos ali-
quot vereretur affingere, qui illum ipsum, quo eos
adduxit, librum ediderit simulata persona Heca-
tæi? Ipsa præterea oratio de se facit indicium. Non
agnosco illud χαλκῶν, et πολλὸν sumptum, ut aiunt,
adverbialiter, esse hominis Attici, aut in tragœ-
dia ferri posse. Qualis enim hæc foret confu-
sio dialectorum, et ut ait ille. santago loquendi?

Opportuit enim πολὺ et χαλκῶν. Χαλκῶν quidem a Ἀλλήβερε, hilariore animo esse, convalescere. Etiam γαλκῶς Attice dixeris; minime gentium a γαλκοῦς, non magis mehercule quam ἀγαπάει vel Ἀριστοτέλης. Χρῦσα, αἱ Phrynicus, ἀργύρα, κυάνεα, χάλκια ταῦτα ἰακὰ διατρούμενα· χρῆ οὖν λέγειν χρυσαῖ, ἀργυραῖ, κυανᾶ τῶν Ἀττικίζοντα. Χρυσοῦς λέγει τὸ γὰρ χρῦσεος ἰακὼν, ὡσαύτως καὶ ἀργυροῦς, χαλκοῦς, κυανοῦς, καὶ τὰ ὅμοια. Rogo denique, cui personæ hæc oratio conveniat? Quæ Sophocles ἄδεια die festo ludorum (non alias enim in scena quam Panathenæis ac trinis Liberalibus Tragœdiæ docebantur) illos ipsos dies festos et ludos solemnnes in contempnitionem adduceret? Istucine se impune laturum speraret? Nonne Æschylus periculum cautionem eum faceret, [14] qui, quod in Sisyrho opinor πετροκυλιστῆ ad Cereris mysteria curiosius videtur alludere, nisi ad aram Bæcchi confugisset, illico trucidatus esset in scena: postea etiam in Areopago de capite suo causam dixit? Habes, amice, suspiciones nostras: tu tuique similes rem cognoscite, et sententiam ferre; non Βακχιστῆνοι quidam, πολυμαθεῖς sine pectore et mente,

Ἄνερες ὦν τὸ κέαρ
Παλὴ σέσονται καὶ θυσκελίπτω τρυγός.

Præclare vero actum est cum Sophocle, quod a χρονογράφῳ nostro non nisi semel ad falsum testimonium dicendum citatus sit: Euripides autem, qui Malalæ erat paulo familiarior, gravissimas istius consuetudinis pœnas sustinuit; adeo quidem ut non minus incommodo hospite hoc Antiochensi, quam olim Promeri canibus usus esse videatur. Non erit, opinor, ab instituto nostro alienum, si locus omnes accuratius aliquantum examinem, in quibus Euripidis mentio sit: et quoad ejus facere potero, fabularum titulos, quo singuli quique loci referuntur, ostendam. Dabitur fortasse occasio ex interioribus litteris aspergendi aliquid: memores tamen erimus, ut spondeo, verbi veteris, quo admoemur

Τῆ χειρὶ σπαίρειν, μηδ' ὄλω τῷ θυλάκῳ

Quæ igitur habes pag. 39: Περὶ ἧς (Δανάης) ἐμυθολόγησεν Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος ἐν τῇ συντάξει τοῦ αὐτοῦ δράματος et quæ sequuntur, e fabula Danae desumpta sunt. Laudat hanc Pollux lib. iv, cap. 16, Stobæus autem non semel, ut et aliam Sophocles similiter inscriptam. Harum alterutram, magis tamen Euripideam, Latine convertit Nævius, cujus Danae Nonia Marcello citatur. Plutarchus *Consolatoria ad Apollonium*: Ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενοῦσαν Δίctυς φησὶ·

Δοκίεις τὸν βῆθιν σὺν τι φροντίσειν γούρω
καὶ παῖδ' ἀρήσιν τὴν σὸν, εἰ θέλοις στένειν;
Ἠαῦσαι· βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ
Ῥῶν γένοι' ἄν, εἰ λογίσεσθαι θέλοις
"Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμυμώχθηται βροτῶν
[15] Ὅσοι τε γηράσκουσιν ὄφρανοι τέκνων
Τοῦς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
Τὸ μηδὲν ὄντας· ταῦτά σε σκοπεῖν γρῶν.

Erravit eruditissimus Grotius in Excerptis, cum in versu quarto reposuit Ῥῶν φέροις ἄν. Nihil enim magis usu tritum, quam Ῥῶν εἶνα:, melius

habere, hilariore animo esse, convalescere. Etiam pueri hoc sciunt. Erravit, cum in versiculo quinto emendare conatus est ἐμμεμώχθηται. Non enim magis μοχθοῦμαι dixeris, cum μοχθῶ sit verbum neutrum, quam πάσχωμαι aut κάμνομαι. Sine dubio scriptum oportuit,

Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐμμεμώχθηται βροτῶν,
vel

Ὅσοι τε δεσμοῖσι μεμώχθηται βροτῶν.

Erravit denique, cum locum hunc ad hanc, de qua agimus, Danaen referendum putavit, qui omnino ex Euripidis Dictye accersitus est, de qua consule Stobæum et alios. Aristophanes Grammaticus in argumento Medæ. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθιοδῶρου ἀρχοντος κατὰ τὴν πρῶτην Ὀλυμπιάδα. Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μηδεία, Φιλοκτήτης, Δίctυς, Θερισται. Σάτυρος οὐ σώζεται. Scribe Δίctυς, Θερισται σάτυροι οὐ σώζονται. i. e. Θερισται δρᾶμα σατυρικόν. Ita loqui solent. Cave enim credas τὸ σάτυρος esse partem inscriptionis. Ita Sophoclis fabula Κωφοὶ σάτυροι. Scholiastes Nicandri simpliciter Σοφοκλῆς ἐν Κωφοῖς. Sic ejusdem Ἰχνευταὶ σάτυροι, quemadmodum apud Pollucem est legendum pro Ἰχνευταὶ Σατύρων. Athenæus non apposito fabulæ discrimine Σοφ. ἐν Ἰχνευταῖς. Sic Ἰοφῶν ἐν Αἰλφοῖς σατύροις apud Clementem: sic Æschylus ἐν Κήρυξι σατύροις apud Pollucem: ita enim emendo pro κήρυξι σατυρικοῖς. Photius in Lexico manu scripto: Πυρσοκόρσου λέοντος, Αἰσχύλος ἐν Κήρυξι σατύροις. Ex quo restituendus Hesychii locus: Πυρσοκουρσολέοντος πυρροκοφάλου, ξανθοτρίχου, lege, ut apud Photium. Cum autem nomen fabulæ cujuspiam sit numero singulari; tunc σατυρικῆ dicunt et σατυρικός. Potuit autem Grotius erratum suum resciscere ex Fragmento illo Danae, quod primus in lucem edidit de litteris optime meritus Hieronymus Commelinus. Ibi dramatis personæ sunt Mercurius [16], Danae, Nutrix, Acrisius, Minerva, Nuntius, Chorus: Dictys autem minime comparet. In αποσπασματικῷ illo sic vulgo legitur non longe a principio:

— — κῆτά πως κείνη ποτὲ
Εὐνήν κρυφαλὴν γρούσα καὶ μὴ γρούσα δὴ
Ἰπόπετρον λέοντα τέξεται πατρί.

Cum metri ratio, tum res ipsa flagitat ut ὑπόπετρον scribamus, non ὑπόπετρον. Quis non alatum Perseum et in libris legit, et in pietis tabulis vidit? At interpres homo sane festivus ita convertit: sub saxo natum leonem. Nempe huic committas, si quid recte curatum velis. Et tamen is ipse est ni fallor, qui bonam ætatis partem contrivit, ut Suidam foras extruderet mendis maculisque usquequaque obsitum, ut aliquando fortasse ostendemus.

Pag. 31. Διὰ τοῦτο δὲ ὁ Εὐριπίδης τῶν Βακχῶν ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ἀπὸ Πενθῆως εἰπὼν ταῦτα. Ἰσχυρὴ δὲ λοχευθεῖσα ἐκ βροτοῦ τίνος, εἰς Ζῆνα φέρουσα τὴν ἀμαρτίαν λέγει. *Bacchæ* Euripidis etiam

nunc supersunt. Illud autem inentitur Malalas, ὡς Ἀ ἀπὸ Πενθέως. Non Pentheus enim, verum Semelæ sorores Ἰνώ κ' Αὐτονόα, χ' ἁ μαλοπάρης Ἀγαυὰ contumelias has ei dixerunt. Bacchus in prologo :

Ἐπεὶ μ' ἀδελφαὶ μητρὸς ἄς ἤμιστ' ἐχρήν
Διόνυσον οὐκ ἐφασκον εἶναι τοῦ Διὸς
Σεμέλην δὲ τυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινοῦ
Εἰς Ζῆν' ἀναφέρουσιν τὴν ἀμαρτίαν λέχους.

Pag. 58. Ὁ γὰρ σοφώτατος Εὐριπίδης ποιητικῶς ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ὅτι ὁ Ζεὺς εἰς σάτυρον ἐφθεῖρα τὴν Ἀντιόπην. Censeo supplendum esse, εἰς σάτυρον τρεφθεὶς ἐφθεῖρα. Propter similitudinem duorum verborum accidit, ut fieri solet, ut librarius unum omitteret. Porro fabula *Antiopa* memoratur ab Hesychio, Stobæo, aliis. Photius patriarcha in Lexico ms. Εὐκρας εὐκρατος εὐρυβοτοῖσιν. Εὐκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἠδέως, ἐν Ἀντιόπῃ. Lege, Εὐκρας εὐκράτος. Εὐριπ. ἐν Ἀντιόπῃ · Βροτοῖσιν εὐκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἠδέως. Suidas : εὐκράτης, ἀντὶ τοῦ εὐκρατος. Scribe Εὐκράς, uti recte apud Etymologicon magnum. Antiopam Latine docuit Pacuvius, de Græco Euripidis conversam [17] citantibus Charisio, Diomede, Servio et Marcello. In quo admiror, ait Cicero *De finibus*, cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cum iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inviti legant. Quis enim tam inimicus pene nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat? qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas oderit? Nosti illud Persii,

Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulla.

Pag. 63 : Ὁ γὰρ σοφώτατος Εὐριπίδης ποιητικῶς ἐξέθετο δρᾶμα περὶ τοῦ Οἰδίποδος καὶ τῆς Ἰοκάστης καὶ τῆς Σφιγγός. Œdipus et Jocasta in Phœnissis ad partes vocantur : quoniam et ibidem de Sphingementio fit non semel. Potuit igitur Antiochensis ad Phœnissas respicere, potuit ad fabulam Œdipum, quæ laudatur ab Hesychio, a Stobæo aliquoties, ab Erotiano.

Pag. 88 : Καὶ μετὰ Αἰσχύλον ἐβασίλευσαν αὐτῶν (τῶν Ἀθηναίων) Ἀκμαίων ἔτη δύο, περὶ οὗ Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος δρᾶμα ἐξέθετο · καὶ μετὰ Ἀκμαίοντα ἐβασίλευσαν αὐτῶν ἄλλοι τῆ'. Amabo te, Syrisce, serione hæc an joco? quæ te enim larvæ atque intemperiæ agitabant, cum hæc scriberes? ποῦ τοι φρένες ἐκπεπότηνται; Ἀκμαίων et Ἀκμαίοντα pro Ἀκμαίων et Ἀκμαίωνα? Multi sunt illa, non hominis. Simile peccatum est, quod de Alcæone Atheniensi tragœdiam factam existimes. Siquidem ille est Alcæo Argivus, Amphiarai filius, qui, quod Eriphylen matrem occidisset, furiis agitatedus est. Inde scenæ argumentum est accersitum. Timocles Comicus :

Τὸς γὰρ τραγῳδοῦς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
Ὡς ὤφελουσι πάντας · ὁ μὲν γὰρ ὦν πένης
Πτωχότερον αὐτοῦ καταμάθων τὸν Τηλέφρον
Γενόμενον, ἦδη τῆν περιὰρ ῥῶν φέρει.
Ὁ νοσῶν δὲ ματικῶς Ἀκμαίων ἔσκέγγατο.
Antiphanes . . . Μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία

Πόλιμα κατὰ πάντ' . . . ἂν πάλιν
Εἴπη τις Ἀλκμαίωνα, καὶ τὰ παῖδια
Πάντ' εὐθὺς εἰρηχ'· δεῖ μαρεῖς ἀπέκτονε
Τὴν μητέρα.

Cicero [18] *Academ.* 2. Quid? ipse Alcæo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitato furore: *Unde hæc flamma oritur?* et illa deinceps, *Incede, incede; adsunt, adsunt; me, me expetunt.* Quid, cum virginis fidem implorat? *Fer mi auxilium; pestem abige a me; flammiferam hanc vim quæ me excruciat. Cæruleo incinctæ angui incedunt; circumstant cum ardentibus lædis.* Sed piget profecto in re certissima testibus usum esse non necessariis. Illud opinor auribus tuis, Milli, novum accedet, integram hujus dramatis inscriptionem esse Ἀκμαίων ὁ διὰ ψωφίδος. Nisi fortasse geminum Alcæonem Euripides ediderit, aut iterum eundem, correctum scilicet et disσκευασμένον. Quidquid est hujus, solus adeo me docuit Hesychius noster, et fortasse solum: alios, qui depravata ejus verba non poterant intelligere, non item.

Ἀργαίνειν, λευκαίνειν Εὐριπίδης Ἀκμαίονι, διὰ ψωφίδος ἀργαίνουσα, λευκαίνουσα, φοιτῶσα. Censeo corrigendum esse: Εὐριπίδης Ἀκμαίονι τῷ διὰ Ψωφίδος · tum notam distinctionis ponendam † Ἀργαίνουσα, λευκαίνουσα, φοιτῶσα. Παρὰ δὲ τὸ ἀργάντες ταῦροι παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀκμαίονι. Sive hæc Eustathius ab Hesychio, sive ab alio quopiam uterque transtulit, apparet hunc locum a multis jam sæculis fuisse depravatam. Qui factum alioquin, ut Eustathius tragœdiæ nomen mutilum protulerit, nisi quod in verbis sequentibus cerneret οὐδὲν ὑγιές. Idem Hesychius: Ἀτενής. Ἦκω δ' ἀτενής ἀπ' οἰκῶν. Εὐριπίδης Ἀκμαίονι τῷ διὰ ψωφίδος συντείνασα. Corrige sodes in hunc modum: Εὐριπίδης Ἀκμαίονι τῷ διὰ Ψωφίδος, συντείνασα. Ἀτενής, ait, est συντείνασα, festinans summa cum virium contentione. Cujus significationis exemplia quod haud temere reperiantur, propterea verbi sedes a grammaticis indicata est Ἀκμαίων ὁ διὰ Ψωφίδος. Rationem porro hujus inscriptionis non diu neque frustra quæsiverit, qui in memoria habuerit Alcæonem, quem antea contortorum anguium et ardentium lædarum verbera nusquam consistere paterentur, aliquando tandem ad sanam mentem in Psophide Arcadiæ rediisse. Videatur in Arcadicis Pausanias. [19] Apollodorus, lib. iii. Ἀκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐριννὺς τοῦ μητρώου φόνου, καὶ μεμνῶς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Οἰκλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Ψωφίδα πρὸς Φηγέα · καθαρθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα. Jam monui emendandum esse Ψωφίδα syllaba secunda producta. Ovidius: *Usque sub Orchomenon, Psophidaque, Cyllenenque.* Percommode autem hic locus Apollodori in memoriam mihi alium redigit, in libro primo: qui viros doctos in errorem hactenus induxit: deinceps ta-

men, uti spero, non faciet. Τυδεὺς δὲ ὡς φησιν ὁ ἄνθρωπος τὴν Ἀλκμαιωνίδα γεγραφῶς κτείνας τοὺς Μέλανος παῖδας ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ, Φηγέα, etc. Quæ sic Latine expressit interpres : Is qui Alcæonidem tragœdiam scripsit. Hominem sane liberalem, qui vocem illam Tragœdiam benigne nobis de suo largitus est. Atqui, o bone, Ἀλκμαίων ea tragœdia non Ἀλκμαίωνος Inscibitur, ut Erotianus, Stobæus, Priscianus, aliique testantur. Sicuti autem Philoclis tragici tetralogia de Pandione Πανδίωνος, atque Æschyli de Oreste Ὀρεστεια nominata est; ita fieri potest ut Euripides tria dramata de Alcæone publicaverit, una cum quarto Satyrico argumenti omnino alieni : quam integram tetralogiam Ἀλκμαιωνίδα vocarent. Sed oportet Epicharmi illud semper habeas in promptu,

*Nῶφε καὶ μέγασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν
[φρενῶν.]*

Quicumque enim humaniores has musas colit, æpenumero solet usu venire ut

Ἰσκη ψεύδεα πολλὰ λέγων κτύμοισιν ὁμοία.

Siquidem hæc de Alcæonide suspiciones, ægri sunt somnia; cum is scriptor, quicumque tandem fuerit (neque enim de ætate, neque de patria viri, aut nomine quidquam habeo compertum), historicus sit, non tragicus. Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας (verba sunt Strabonis lib. x) Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρὸς υἱοῦς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον· δυναστεῦσαι δ' ἐν Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρὸς. Et quidem Euripide vetustior. Scholiastes ad Orestem v. 1000 : Ἀκολουθεῖν δοκεῖ ὁ Εὐριπίδης τῷ τὴν Ἀλκμαιωνίδα (ω scribe etiam apud Apollodorum, non ο.) πεποιητότι εἰς τὰ περὶ τὴν ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ κυχλογράφος φησὶ. Φερεκύδης δὲ οὐ καθ' Ἑρμοῦ μῆνιν φησὶ τὴν ἄρνα ὑποβληθῆναι. [20] Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας τὸν ποιμένα προσαγαγόντα τὸ ποιμνιον τῷ Ἄτρει ἀνταποκαλεῖ. Quid tibi dicam depravatam mihi videri verbum illud postremum? Χρὸς enim δῆλον, τὸ τοῦ Φερεκύδου, leg. Ἄντατον ἀποκαλεῖ vel Ἄντανδρον καλεῖ vel Ἄντιφον, vel simile quippiam; cum sine controversia desit nomen *Pastoris*. Hæc habui, Milli jucundissime, quæ de Alcæone et Alcæonide oritur, ut opinor, alio indicta dicerem : non enim placet eorum ratio, qui cum meræ corniculæ sint, emendicatis hinc inde plumis germanos pavones se pollicentur.

Pag. 104. Multa narrat Malalas de Procto, Sthenobœa et Bellerophonte, καθὼς συνεγράφατο Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ποιητὴς πληρώσας τὸ δράμα. Intellige de fabula Sthenobœa, cujus mentio fit apud Athenæum, Stobæum, alios. Julius Pollux, lib. iii, cap. 4 : Εἴρηται δὲ ξαναπάτη παρ' Εὐριπίδῃ. Nomen tragœdiæ non commemorat; aliunde tamen scimus hanc esse de qua agimus, Sthenobœam. Ξαναπάτας, ait Photius; ms., ἰδίως ἐπὶ τῶν. . . ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέουσιν ἀνεμοὶ ἐν τοῖς πελάγεσιν, ὅποιοι ἐν τοῖς λιμένσιν Εὐριπίδης Σθενεβοῖζ. Τίς ἄνδρα τινὰ ξαναπάταν. Scribe autem in Polluce ξαναπάτης. Apparet

ita corrigendum esse, cum ex hoc loco Photii, tum ex Euripidis Medea, quæ in extrema fabula sic Jasoni convitium facit, Τίς δὲ κλύει σου θεοῦ ἢ δαίμων τοῦ ψευδοῦ καὶ ξαναπάτα; Aristophanes Vespis :

*Εἰ τις ὄμων, ὦ θεαταί, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν,
Εἴτε θανατάει μ' ὄρων μέσον διεσφραγμένον,
Ἦτις ἡμῶν ἢ ἄλγος τῆσδε τῆς ἐγκυρτίδος,
Ῥαδίως ἐγὼ διδάξω, κἄν ἄμουσος ἦ τὸ πρῖν.*

Scholias adnotat ad versum novissimum : Ὁ στίχος ἐκ Σθενεβοῖας Εὐριπίδου. Bene pol factum, quod nos docuerit, unde tralatus sit hic στίχος, quod quidem alias nesciremus. Atque ea gratia non leve peccatum ei condonabitur. Enimvero non totus versus, ut ille existimavit, sed pars tantummodo posterior ex Euripide est. Nam in his rebus verba mihi dari haud facile patior, qui, ut scis, Fragmenta omnium poetarum Græcorum [21] cum emendationibus et notis grande opus edere constitueram : nunc, ut aiunt, Ἄλλος βλοῦς, ἄλλη διαίτα. Plutarchus Συμποσιακῶν 1, 5.

*Πῶς εἴρηται τὸ Μουσικὴν δ' ἄρα
Ἔρωσ διδάσκει, κἄν ἄμουσος ἦ τὸ πρῖν,*

Quem ego locum admiror, cum sine dubio depravatus sit, nemini unquam in suspensionem venisse. Ita exhibent, ut vulgo legitur, Erasmus et Jos. Scalliger in Proverbiis; ita Grotius in Excerptis. Spes tamen est, ut nunc jam dehinc tam turpe erratum ex libris et memoria hominum auferatur. Legent enim qui sapient, μουσικὸν, non μουσικὴν. Μουσικὸν διδάσκει, i. e. ποιητὴν ἀποδείκνυσαι, *poetam reddi* : quasi hoc senario Latine dixeris : Amor poetam vel facit vel invenit. Ars musica et studium musicum est poetica. Terentius : *Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam.* Ea autem significatio τοῦ διδάσκειν elegantior paulo est et rarior, proptereaque fraudi fuit librariis : at tamen non desunt exempla. Aristoph. Ranis :

Καὶ σὺ τί δὴ δρῶσας αὐτοὺς οὕτως ἀνδρείας ἐδίδαξας;

Sed et hic locus in vitio est; et legendum auctore ms. Oxoniensi :

Καὶ σὺ τί δρῶσας οὕτως αὐτοὺς γερραλοὺς ἐξεδίδαξας;

Vulgata lectio cum propter alia minus placet, tum ob hoc præcipue, quod τὸ τετραπόδιον sive in priorum pedum mensura non debet in dimidiatum verbum desinere. Idem Plutarchus Περὶ τοῦ μὴ χρῆν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν. Ὁ δ' Εὐριπίδης, ait, εἰπὼν, ὡς διδάσκει ποιητὴν ἔρωσ, κἄν ἄμουσος ἦ τὸ πρῖν, ἐνόησεν ὅτι, et quæ sequuntur. Nicias medicus apud Schol. Theocriti Idyll. xi :

*Ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, θεόκριτε· οἱ γὰρ ἐρῶντες
Πολλὰκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρῖν ἄμουσους.*

Sed quo me cunq̄ue recipio, omnia conspicio mendis et maculis inquinata. Ecce enim et huic medico medicina adhibenda est. Scribendum est, inquam,

[22]. καὶ γὰρ ἔρωτες
Πολλὰκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρῖν ἄμουσους.

Pag. 106. Περὶ δὲ τῆς Πασιφάης ἐξέθετο δρᾶμα Ἀ ducuntur, scenæ ponuntur in locis disjunctissimis maximeque diversis. Illic Icarum cernis et Pasiphaen : in Cressis Aeropen, Atrea, Thyestem. Hic Argis Peloponnesi, illic in Creta insula res aguntur. Aristophanes Vespis :

Περὶ δὲ τῆς Πασιφάης ἐξέθετο δρᾶμα Ἀ ducuntur, scenæ ponuntur in locis disjunctissimis maximeque diversis. Illic Icarum cernis et Pasiphaen : in Cressis Aeropen, Atrea, Thyestem. Hic Argis Peloponnesi, illic in Creta insula res aguntur. Aristophanes Vespis :

Κώριπιδης ὁ ποιητής. Inanem, mihi crede, operam sumpserit, qui Euripidis Pasiphaen instituerit quærare. Non temere dico atque equidem certe scio neminem ex scriptoribus veteris hodie superesse, qui tale quidquam memoriæ tradiderit. Mesyebius tamen, Σαρδῶ, ait, ἐν Πασιφάῃ τὸ σαρδόνιον ἢ σφραγὶς εἴρηται, quem si ad Euripideam fabulam respexisse quispiam existimet, caveat moneo, et existimationi suæ insidias parari cogitat. Alcæi quidem comœdia Pasiphae inscripta est, ut sciimus ex Didascalia Pluti Aristophanis : Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἄντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρου μὲν Λάκωνιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτην, Νικοφῶντος δὲ Ἀδωνίδι. Ἀλκαίου δὲ Πασιφάη. Sed Euripidis Pasiphaen nusquam cuiquam laudari reperies. Quid igitur fiet? Num nam Antiochensis, cum hæc scriberet, memoriola vacillavit γερωντικῶς, an mendacio conatus est fallere? Utrunlibet sane fecerit, haud arbitrario vapulabit : atque adeo dudum est, quod homunculum video σκύτη βλέπειν. Verum hercle quanquam admodum nupera est inter nos notitia ; me tamen et precatorem habebit et defensorem paratum : cum et alias soleam esse in amicitiiis fidelis. Dico igitur Euripidem tragœdiam quidem de Pasiphae publicasse, minime tamen Pasiphaen inscripsisse, sed Cretenses. Nec tu mihi de Κρήσαις hoc peperam intelligas, quæ ex Athenæo, Stobæo et aliunde satis in notitiam venerunt : sed de quibus hodie fortasse primum inaudivisti, Κρησὶ· quandoquidem et Joannis Meursii, qui de trium tragicorum fabulis accurate studioseque scripsit, diligentiam effugerunt. In Aristophanis Ranis his verbis compellat Euripidem Æschylum :

Ὁ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονωδίας,
Γάμους δ' ἀποσλοὺς εὐσφῆρων εἰς τὴν τέχνην.

Quo in loco hæc adnotat scholiastes : Ἐν γὰρ τοῖς Κρησὶν Ἰκαρον μονωδοῦντα ἐποίησε, καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν Ἰκάρου μονωδιαν [25] ἐν τοῖς Κρησὶ θρασύτερον γὰρ δοκεῖ τὸ πρόσωπον. Ἀπολλώνιος δὲ δὲ δύνάται καὶ εἰς τὴν Ἀερόπην τὴν ἐν τοῖς Κρηταῖς εἰρησθαι, ἣν εἰσήγαγε πορνεύουσαν. Οἴμαι δὲ διὰ τὰ ἐν τῷ Αἰδῶ. Τιμαχίδας δὲ διὰ τὴν ἐν τοῖς Κρησὶ μίξιν Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον. Absolvi- D mus, opinor, Joannem ab omni suspitione peccati : nunc et lucie scholiasti patrocinari oportet. Non enim deerunt qui, pervulgata via quorundam, qui germanos se putant esse Aristarchos, extemplo pro verbo Κρησὶ contendunt esse reponendum Κρήσαις. Peletentim tamen, et aliquantisper, oro, manum abstineant ; dum tribunos adeam qui intercedant tantæ temeritati. Ecce iterum scholiastes ad hæc verba Aristophanis :

Ἄλλ'. Ὁ Κρητες, Ἰδὸς τέχνα
Τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε.

Ταῦτα, ait, παρὰ τὰ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου. Bina profecto sunt dramata Κρητες et Κρήσαι, argumento longe dissimili. Personæ omnino aliæ in-

simis maximeque diversis. Illic Icarum cernis et Pasiphaen : in Cressis Aeropen, Atrea, Thyestem. Hic Argis Peloponnesi, illic in Creta insula res aguntur. Aristophanes Vespis :

Τοῦτο δὲ
Ἄθης διακρινεῖ πρότερον ἢ ἴω πείσομαι.

Ubi scholiastes, Ἐν Κρήσαις, ait, Εὐριπίδου, ὁ Ἄτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην κρινεῖ ταῦτα. Unde perspicuum est, in superiore loco corrigendum esse, Ἀερόπην τὴν ἐν ταῖς Κρήσαις. Porphyrius lib. iv, De abstinentia : Μικροῦ με παρήλαε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, δὲ τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Αἰδὸς προφήτας ἀπέχεσθαι φησι διὰ τούτων. Λέγουσι δὲ οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς τὸν Μίνω·

Φοινικογενεὺς καὶ τῆς Τυρίας
Τέκνον Εὐρώπης καὶ τοῦ μεγάλου
Ζηῆρος, ἀνάσσειν
Κρήτης ἐκατομπολιέθρου·
Ἦκω ἰαθῆους τοὺς προλιπῶν,
Οὐδὲ ἀσθιγενὴς τηρθεῖσα δρῶς
Στεφανοῦς παρέχει χαλῶδω πελέκει,
Καὶ ταυροδέτρῳ κραθεῖ
Σ' ἀτρεκοῦς ἄρμους κυπαρίσσου,

et quæ sequuntur. Ita locum hunc emendare conatus est Grotius in [24] Excerptis ex comœdiis et tragœdiis Græcis. Cujus auctoritatem Cantabrigienses in novissima Porphyrii editione secuti sunt. « Hoc fragmentum Euripidis (verba sunt Grotii) ἐν Κλεισὶ exstare dicit Erotion, ut quidem nunc legitur. At ex Cressis esse facile intelligitur, quod verba sunt chori ad Minoa. » Sed erravit in re levi gravioribus, opinor, studiis intentus vir supra comparationem atque æmulationem nostram longissima positus. Cum enim in Cressis, ut jam docui, Atreus et Aerope loquantur ; scena autem sine controversia sit Argos : vix aut nullo modo est, ut hæc Porphyriana ex eodem dramate petita videantur. Quod si sint, demiror equidem cur in Creta Minos cum his sacerdotibus sermonem instituat. Quæ enim hæc præstigia? quibusnam machinis hæc ἄνω καὶ κάτω? Eademne in fabula tam alienæ historiæ? duplexne scena, et geminus chorus? Modo Cretam spectemus, modo regiam Atrei? modo chorus virilis, Mystæ, inquam, Idæi Jovis, modo græcæ feminarum ad partes veniat? Inde enim fabula Κρήσαις nomen accepit, quod in ea chorus sit mulierum Cretensium, videlicet quæ Aeropen et Creta comitatæ sunt. Similem ob causam Φοινισσαι, Τρωάδες, Τραχίνιαί, aliæ bene multæ suis vocabulis nominantur. Nec tamen, quod chorus sit Cretensium, idecirco necesse est, ut in Creta scena sit posita : quando et in Phœnissis res Thebis aguntur ; chorus tamen constituunt mulieres Tyriæ : Τύριον οἶμα λιποῦσ' ἔβαν Ἀχροθῖνια Λοξίτζ Φοινισσας ἀπὸ νόσου. Sed quid tergiversamur? Scimus Aeropen Catrei fuisse filiam, Minois nepotem ; et quo tempore res hæc transactæ sunt, jam diu liberus suscepisse. Siquidem Agamemnonem et Menelaum patri fuisse conscios commemorant, cum cœnam illam feralem Thyestæ apponeret, Non

ergo de Minoe proavo longa dubitatio est, quin e numero vivorum pridem ante excesserit. Imo vero a filiabus Cocali trucidatus est, si Eusebio fides, prius circiter triennio; sed, secundum exactissimam rationem Gulielmi Lloidii episcopi Asaphensis,

[25] Ἄνδρὸς, δὲ οὕτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις, ante annis solidis quatuor et viginti, quam Atreus regnum cāpesseret. Quam ob rem haud facile patior, ut corrupta illa verba Erotiani Εὐριπίδης ἐν Κλεισὶ magis magisque a Grotio depræventur: sed, quod ad vulgatam lectionem proxime accedit, auctor esse ausim, ut posthac ἐν Κρησὶ corrigatur. Ita totum erit simplex et unum, omnia sibi constabunt, belleque convenient: Minos, chorus mystarum, Pasiphae, Icarus. Non opus erit κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα. Restat, ut de loci hujus Porphyriani miris quidem modis mendosi lectione accurate, quantum in nobis est, et exquisite disputemus:

Ἦκω ζαθέους ναοὺς προλιπῶν,
Οὐδ' αὐθιγενῆς τμηθεῖσα δρύς (a)
Στεγανούς παρέχει Χαλύβω πελέκει,
Καὶ ταυροδέτρῳ (b) κραθεῖ-
Σ' ἀτρεκέως (c) ἀρμούς κυπαρίσσου.

Quæ ita vertit Cl. Grotius:

*Sacra advenio templa relinquens:
Quas prisca domos dedit indigena
Quercus Chalyba secta bipenni,
Taurique sibi glutine jungens
De vera tigna cupressu.*

Haud ita facere debet qui interpretis munere fungitur. Nolim eum in cæteris scriptis eodem modo indiligentem. Unde enim ἀρμοὶ sunt tigna? quid ista sibi vult vera cupressus? Cur spreta est vulgata Porphyrii lectio ἀτρεκέως? Cur Erotiani auctoritas repudiata, qui locum hunc ideo citavit, ut ostenderet ἀτρεκέως ἀρμάς non significare ἀληθεῖς veras, sed ἀκριβεῖς, arctas nempe et exactas compages. Ejus verba sunt hæc: Καὶ Εὐριπίδης ἐν Κλεισὶ (leg. Κρησὶ) φησιν, Ἦκω ζαθέους, etc., κολληθεῖς ἀτρεκέως ἀρμάς· οὐκ εἶπεν Ἀληθεῖς ἀρμάς, ἀλλ' ἀκριβεῖς. Sic corrigendum esse facile videbit, cui ad manum est Erotianus: vulgo enim perperam, ἀλλ' ἀτρεκέως. Apagesis autem barbarum illud et solæcum [26] ταυροδέτρῳ, quo verbo nullus unquam scriptor est usus, aut per analogiam uti poterit. Quin etiam et versui consultum oportuit. Quis enim, qui non negligenter in his literis versatus est, illud omnino probare possit Καὶ ταυροδέτρῳ κραθεῖ — dimetrum scilicet brachycatalectum, ut proxime ante parœmiacum veniat. Affirmo tibi neminem unum tragicum comicumve in eo loco hoc metrum adhibere; multo etiam minus, quod Erotiani scriptura constituit Καὶ ταυροδέτρῳ κολληθεῖς. Quid quod ne in

Latinis quidem legitimi sunt numeri? in secundo versu quas prisca domos dedit indigena tribrachys est loco anapæsti vel cujuscunque pedis quatuor temporum. Quod vitium commune Grotio est cum Jos. Scaligero, Flor. Christiano, aliisque, opinor, omnibus qui sæculo hoc et superiore vel tragœdias Græcas Latine verterunt, vel ipsi scripserunt novas: quibus solemne est anapæstos suos passim, ubi nulla clausula est neque interpunctum, tribrachi vel trochæo vel cretico terminare; vel etiam vocali, aut littera M finire, versu proximo ab alia vocali vel H incipiente. Scilicet etiam hic ut alibi postremam in versu syllabam communem esse arbitrabantur. Næ isti, si olim stante re Græca vel Romana suas fabulas edidissent, sibilis et κλωγμοῖ; e scena explosi fuissent. Non enim Græcis ea licentia permissa,

Nec data Romanis venia est indigna poetis. Fas erat duntaxat versum illum, qui parœmiacus dicitur, trochæo claudere. Eo usque non aliter continuari debent anapæsti vel pares anapæsto pedes, ac si unicus esset versus. Quin et Seneca tragicus, ut scias eum de industria temperavisse, semel tantum atque iterum trochæo anapæstos clausit, nec nisi finita sententia: qui scilicet parœmiaci locus esset, nisi is scriptor nescio cur versum illum repudiasset. Veteres tamen Latinos minime aspernatos esse Parœmiacum, sed et hic Græcorum vestigiis instituisse scire dabitur ex istis reliquis, iisque, ni fallor, solis.

Attius Phinidis:

*Simul et circum magna sonantibus
[27] Excita saxis sæva sonando
Crepitu clangente cachinnant.*

Locus est apud Nonium in *cachinnare*. Sed nemo a me impetrabit, ut verba Attii sana esse concedam. Quorsum enim pertinent *magna sæva*, et *sonantibus sonando*? Peccaturus sum, uti spero, intra veniam, si parum prospere medicinam experior. Ex ipso fabulæ nomine magna suspicio est de Harpyiis verba fieri. Fallor itaque an sic legendum est

*Simul et circum stagna sonantibus
Excita saxis sæva Celæno
Crepitu clangente cachinnat.*

Illud *clangente proprie* et apte dictum est de Harpyiis.

Virgilius:

*At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, et magnis quatunt clangoribus alas.*

Quin et *stagna bene reposui*, approbante ibidem Virgilio:

Obscenas pelagi ferro sædare vinctres.

Attius Telepho:

*Jamjam stupido Thessala somno
Pectora languentique senentique.*

NOTÆ.

(a) Erotianus δοκούς, vetus editio Porphyrii δορός.
(b) Porph. ταυροδέτρῳ κρηθεῖς. Erot. τορλέτρῳ

κολληθεῖς.

(c) Porph. Ἀτρεκέως, Erot. ἀτρεκέως ἀρμάς.

Attius Eurysace :

*Super Oceani stagna alta patris
Terrarum anfracta revisam.*

Pacuvius Niptris :

*. . . Operite, abscedite, jamjam
Mittite : nam attriectatu et quassam
Sævum amplificati' dolorem.*

Attius Philoctecta :

*Hæc quis salis fluctibus' mandet
Me ex sublimi vertice saxi ?
Jamjam absumor : conficit animum
Vis volucris, ulceris æstus.*

Idem apud Cic. 11 Tuscul. : « Unde ignis lucet mortalibus clam divisus ? eum doctus Prometheus clepsisse dolo pœnasque Jovi fato expendisse supremo. » Qui locus sic ad anapæstos suos est reducendus :

*Unde igneis cluet immortalibus
Clam diviis nimis doctus (d) Prometheus
[28] Clepsisse dolo, pœnasque Jovi
Furti expendisse supremo.*

Ut ad Porphyrium revertar ; illud utique scire cupio, quo auctore vir illustriss. ταυροδέτρῳ κραθεῖσα de conglutinatione acceperit. Nam κραθεῖσα, nisi omnia me fallunt, est permista et temperata, non conjuncta et compacta : ταυροδέτρῳ autem, ut principio dixi, plane barbarum. Quin et ταυροδέτρος non alibi reperio ; neque vero intellego, qui commode dici poterit. Ut ἀλυσίδετος est ἀλύσει δεθείς, κηρόδετος κηρῷ, et si qua sunt alia : sic et ταυροδέτρος fuerit ταύρω δεδεμένος [tauro compactus, non glutine taurino]. Nam quis, obsecro, ταῦρον usurpavit ἀντὶ τῆς ταυροκόλλας ? Demirror tamen unde illa in Porphyrii et Erotiani codices irrepserint. Haud sane temere id factum videtur : itaque hæret hæc res ; neque prompte expedire possum. Ne tamen ἀσύμβολος hic veniam, donec aliquid melius succurrat, censeo ut ταυροδέτρῳ de medio auferatur (cum sine eo plena sit sententia, τῷ κολληθεῖσα ἄρμας, ex Homericis isto, ut videtur, adumbrata :

Κολλητὰς δ' ἐπέθηκα θύρας πυκνῶς ἀραρυίας.

Atque hoc pacto βάσις ista ἀναπαιστική, versus videlicet qui paræmiacum antecedit, monometrum erit acatalectum ; ut profecto plerumque est, et in hoc ipso quidem loco plus semel). Cætera autem porro sic legantur :

*Ἦκω ζαθέους ναοὺς προλιπῶν
Οἷς αὐθιγενῆς τμηθεῖσα δοκοὺς
Στεγανὰς παρέχει Χαλύβων πελέκαι,
Καὶ κολληθεῖσα
Ἄτρικεῖς ἄρμας κυπάρισσος.*

*Adsum a sancis templis, validas
Quibus indigena est sueta cupressus
Præbere irabes, cæsa securi
Chalybum, atque arctas
Compages glutine vincita.*

Alibi nimis occupatum habuit animum ὁ πάνυ, cum illud δρῶς comminisceretur. Cur enim querens vocaretur αὐθιγενῆς ? quid ? non alibi tam fre-

A quens quam in Creta nascebatur ? Ego vero, ut primum oculis verbum illud agnovi, continuo deprehendi κυπάρισσος a poeta scriptum esse, non κυπάρισσου. Eam enim illic memineram esse vere αὐθιγενῆ, et Creticam propterea appellari a Plutarcho : Ἡ Ἰσθμικὴν πέτρων ἢ Κρητικὴν κυπάρισσον· sicut et Idæam [29] a Nicandro et Virgilio : Σπέρματα βουπλεύρου τε καὶ Ἰδαίης κυπάρισσου. Nec salici lotoque neque Idæis cyparissis.

Plinius xvi, 33, de cupresso loquens, *Huic, ait, patria insula Creta : cum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit : et in Ænaria succissa regerminat.* Simili sane translatione, quam Euripides Cretæ indigenam vocat, ei patriam esse B Cretam Plinius commemorat. Sed in ejus verbis macula inest foedissima, quanquam haud valde δυσέκπλυτος. Quippe pro cæria non magna mutatione legendum est Tarra. Siquidem interpretatur hæc Theophrasti lib. 11 Hist. cap. 2 : Κυπάριστος δὲ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος, ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἀπὸ σταλέχους, οἶον καὶ ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν Τάρρῳ· παρὰ τούτοις γὰρ ἐστὶν ἡ κουριζομένη κυπάριστος. Mihi quidem hoc certius est, quam illa quæ apud Sagram. Sed quia difficulter hoc nonnullis atque ægre persuaderi video, agendum ex Solino πειθανάγκην admoveamus Θετταλικὴν, ut contra si quis sentiat, nihil sentiat. Ejus verba sunt cap. 17 : *Mira soli Cretici indulgentia : arborarii proventus abundantes : nam in hujus tantum insulæ parte repullulant cæsa cupressi.* Profecto aut Tarra in Plinio suo legit Solinus, aut Ænariam arbitratus est partem esse Cretæ. Quamne antea cap. 7 in insulis Italicis numeravit ? Oris esse ferrei oportet qui hoc dixerit. Quis autem credat cupressos in Ænaria sponte nasci ? Ecquisnam isthuc memoriæ prodidit ? non magis mehercule quam Batti Silphion aut auriferas malos Hesperidum. Verum ut ulterius progrediamur, etiam Solinum non ab omni parte sanum esse existimo. Valde enim suspicor ita scriptum esse antiquitus : *Nam in Tarra hujus insulæ parte repullulant : vel, in hujus tantum insulæ Tarra repullulant.* Nec enim a vulgata lectione longe nimis abscedo : nec probabilem causam reperire possum, cur abstineret eam partem insulæ suo vocabulo nominare. Dicerem etiam, si animus esset hariolari conjectura, similitudinem verborum Catoni imposuisse, cum cupressum Tarentinam appellaret. Siquidem urbs Cretæ Τάρρῳ, Tarentum autem Τάρας vocatur. Lanam quidem, et purpuram, mel, salem [30], oleam, ceram, porrum, pectunculos, ostreas, nucem, castaneas, ficus Tarentinas animadverti fuisse in pretio : cupressum Tarentinam cedo mihi unum, qui supra cæteras laudaverit, præter Catonem. Verum hoc obiter, et magis joco dictum existima, quam quod in ea sim sententia. Jam quod Euripides istam arborem dicit

NOTE.

(d) Vel catus, ductus.

firmissimas trabes templis præbuisse; firmat id adeo emendationem nostram : cum cupressum omnes uno ore testentur χρονιωτάτην esse atque ἀσπεστάτην · et quod caput est, egregie præter cæteras in deorum ædibus locum et honorem invenisse. Hermippus apud Athenæum :

..... ἐκ δ' Ατρήπιον τὰ κρεμαστὰ
Ἰστία καὶ βύβλους, ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιθάντων.
Ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάρισσον τοῖσι θεοῖσι.

Theophrastus, *Hist.* v, 5 : Τούτων δὲ χρονιωτάτα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. Τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεῷ τεθησαυρισμένα, τέσσαρας ἔκειτο γενεάς. Μόνα δὲ καὶ στιλθηδὸνα δέχεται Fallor, an oratio hæc σολοικίζει? Quo enim illud τὸ referri possit? lego : τὰ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεῷ, τεθησαυρισμένα τέσσαρας ἔκειτο γενεάς. Dicit materiem istam cupressinam per 4 sæcula sive cccc annos, ex quo primum cæsa est, reconditam fuisse priusquam ad valvas Ephesini templi adhiberetur : et tamen incorruptam duravisse. Ea Theophrasti sententia est. Profecto nihil hæc emendatione certius et evidentius. Ausim equidem dejerare non aliter legisse Plinium, siquidem ad hæc Theophrastea respexit, cum Ephesiac dicat Dianæ templum *tota Asia extruente quadringentis annis peractum esse, et, valvas esse e cupresso, et jam quadringentis prope annis durare materiem omnem novæ similem.* Scilicet tunc fere materia cædi solet, cum ædificii fundamenta jaciuntur : valvæ autem tum demum fieri, cum cætera omnia perfecta sunt atque absoluta. Hac quidem argumentatione Plinius videtur usus : rectene an perperam, nulla mihi quæstio est in præsentia. Illud adeo admiror, eruditus viris, qui tantopere locum hunc exagitaverunt, nihil hujus omnino suboluisse. Sed εἰς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὀρᾷ. Porro [31] etiam nostra ætate, ut referunt, qui ea loca viserunt, tanta cupressorum vis est in Creta, ut domorum omnium trabes contignationesque atque ædeo navigia ex ea materia construantur.

Pag. 109. Περὶ τῆς Φαίδρας ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης μετὰ ταῦτα συνεγράφατο δρᾶμα ποιητικῶς. Sine controversia respexit Malalas ad Euripidis Hippolytum : prioremne an posteriorem nec possumus resciscere, nec sane multum refert. Scimus utrumque salvum exstitisse per diversa tempora Erotiani, Pollucis et Stobæi. Quæ Stobæus ex Hippolyto citat, eorum ne dimidiam quidem partem hodie invenias. Frustra itidem quæras quæ Erotianus affert et Pollux. Aristophanes Ranis :

Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστι καθαρῶν,
Τὸ πρῆν δὲ δεικνεῖν καὶ τὸ καθεύδειν κώδιον ;

Taῦτα, ait scholiastes, ἐξ Ἰππολύτου δρᾶματος. Age quærat hoc, qui velit in investigando operam perdere. Verum aut librarii peccatum est, aut auctoris ἀμάρτημα μνημονικόν. Aliunde enim cognoscimus tralata esse ex Πολυτίδου δρᾶματος.

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστι καθαρῶν,
Τὸ καθαρῶν δὲ ζῆν.

▲ Hippolytus secundus qui hodie superest, Στεφανίας sive Στεφανηφόρος inscribitur : prior Καλυπτόμενος. Pollux, ix, c. 5 : Εὐριπίδης ἐν Ἰππολύτῳ καλυπτομένῳ πρὸς ἱππων εὐθύς ὀρμήσας στάσιν. Nec tamen omnino diversæ erant fabula, sicut Iphigenia in Aulide et in Tauris, Œdipus Tyrannus et in Colono, Prometheus Δεσμώτης; et Λυόμενος. Vix, imo ne vix quidem hoc fieri potest, cum drama posterius rem omnem, uti gesta est, complectatur; ab eo tempore quo primum θεήλατον privigni amorem Phædra conceperat, usque ad Hippolyti mortem : quædam etiam ex priore citentur, quæ et in altero reperlas. Quin mihi persuasissimum est eam ob causam Καλυπτόμενον esse inscriptum, quod in extrema fabula sic loquatur Hippolytus moribundus :

Κεκαρτέρηται τᾶμ' ὀλωλα γὰρ, πάτερ,
Κρύψον δέ μου πρόσωπον, ὡς τάχος, πέπλοις.

Proinde [32] in utraque fabula comperiebantur li versiculi. Similiter et alteri Στεφανηφόρου nomen est inditum, propter hæc verba Hippolyti non longe a principio :

Σοὶ τόνδε κλειτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμώνος, ὃ θεοποιῶνα, κοσμήσας φέρω.

Non igitur δρᾶμα novum erat Hippolytus Στεφανίας, sed correctum duntaxat, atque interpolatum, διασκευῆ τοῦ προτέρου. Vetus grammaticus argumento Hippolyti : "Ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἰππολύτος δεύτερος; καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος. Ἐμφαίνεται δὲ ὑστερος γεγραμμένος : τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορικὸς ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δρᾶματι. Qui nescit quid sit διασκευή et διασκευασμένον δρᾶμα, consuleret poterit Casaubonum ad Athenæum. Ejus ego scriinia non compilo ; sed Hesychii locum emendatum curabo, quem nec ille nec alius quisquam intellexisse videtur. Αὐδίζων, χορεύων διὰ τοὺς Αὐδοῦς, ὃ σώζονται μὲν, διασκευασμένοι δ' εἰσίν. Ita lege locum, cujus hæc est sententia : Magnes veteris comædiæ scriptor drama docuit Αὐδοῦς, qui tunc supersuerunt, quo tempore grammaticus qui primus hæc dixit, in vivis fuit ; sed sub incudem revocati, novaque lima perpoliti. Photius patriarcha : Αὐδίζων, Αὐδολ Μάγνητος τοῦ κωμικοῦ διασκευάσθησαν, lege ut apud Hesychium, Αὐδίζων.

Castigandus etiam Suidas, qui Αὐδίζων habet absque interpretatione. Idem Hesychius : Ψηνίζων, τοὺς ψῆνας λέγει τοὺς τοῦ Μάγνητος, scribe τοὺς Ψῆνας τοῦ Μάγνητος. Siquidem ille etiam fabulam Ψῆνας publicavit. Aristophanes Equitibus :

Ταῦτα μὲν εἰδὼς δ' ἴσθι Μάγνητος ἅμα ταῖς πολιαῖς
[κατιούσαις,
"Ὅς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων γλῆκς ἐστῆος
[τρόπια,
Πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἰεῖς, καὶ ψάλλων καὶ πτε-
[μυγίων,
Καὶ Αὐδίζων καὶ Ψηνίζων καὶ βακτόμενος βατρα-
[χελίους.

His verbis Magnetis fabulæ Βαρβιτίδες sive Βαρβιτίσται, Ὀρνίθες, Αὐδολ, Ψῆνες, et Βάτραχοῖν indicantur. Cogita autem, qui pax inter Hesychium

Photiumque et anonymum περί κωμῳδίας conciliari possit : hic enim omnia Magnetis scripta deperiisse dicit, οὐδὲν σώζεσθαι. Μάγνης Ἀθηναῖος ἀγωνισάμενος Ἀθήνησι νίκας ἔσχεν ἰα', τῶν δὲ δραμάτων αὐτοῦ οὐδὲν σώζεται· τὰ δὲ ἐπιφερόμενά ἐστιν ἑννέα.

Non nostrum inter eos tantas componere lites.

Pag. 148. [33] Ὁ γὰρ σοφὸς Εὐριπίδης δράμα ἐξέθετο περὶ τοῦ Κύκλωπος, ὅτι τρεῖς εἶγεν ὀφθαλμοῦς, σημαίνων τοὺς τρεῖς ἀδελφοὺς, et quæ deinceps sequuntur. Os hominis! Hoccine ut Euripides vel in somniis dixerit? Bene factum, quod etiam nunc Cyclops supersit. Quod si ita rem, prout narrat Joannes, se habere comperias : non recuso quin, quod gravissimæ pœnæ loco fore putes, per omne vitæ tempus noctes diesque versandi mihi sint et ediscendi adeo Annales hi Volusiani, Malalani volui dicere.

Pag : 210. Ὡς ὁ σοφὸς Εὐριπίδης δράμα περὶ τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου ἐξέθετο. Meleagri fabulæ mentionem faciunt Macrobius, Stobæus, scholiastes Pindari cum aliis. Latine convertit Attius. Hesychius : Καθωσίωσε, κατέλυσε, κατέθυσεν. Εὐριπίδης Μελεάγρω. Lego, καθωσίωσε, κατέθυσεν. Vox altera non aliter quam litura sananda est. Nempe primo mendose scriptum est κατέλυσε· postea librarius aliquis paulo doctior vel lector quispiam studiosus, in libri margine vel medio fortassis inter versiculos spatio veram emendationem dederat κατέθυσεν. Tandem evenit, ut utrumque vocabulum conjuncte in versu contextequē scriberetur. Hac sane ratione cum in aliis scriptoribus, tum in Lexicographis præcipue non raro peccatum est. Quæ quidem peccata cum haud cujusvis sit odorari, profecto, opus est, ut exemplis aliquot confirmemus sententiam nostram, ne temere quidquam et inconsulte loco movisse videamur. Ἐξέλεν, ἔβαλεν, ἔλαθεν. Ejiciendum est verbum posterius : ζέλλειν enim eidem Hesychio est βάλειν. Εὐήροτατον, εὐδιον, καλή γῆ, εὐήροτον, εὐγειον. Postrema ista ab emendatore quodam profecta sunt ; qui prima vitiosa non inepte quidem correxerat. Totus itaque locus sic constituendus est : Εὐήροτον, εὐγειον, καλή γῆ. † Φυρτοῖσιν, εἰκαλοῖς, συμπεφυραμένοις· οἱ δὲ ἄλφριτα ὀλῃ δεδευμένα συμπεφυραμένοις. Tam scio verbum ultimum a correctore quodam esse, quam me vivere. Nulla dubitatio est, quin ita scripserit Hesychius : Φυρτοῖσιν, εἰκαλοῖς, συμπεφυραμένοις· οἱ δὲ ἄλφριτα ὀλῃ δεδευμένα. † Ἄντιδι. ἄν τι ἐνέγμεθα, ἐναντιώμεθα. [34] Cum vocabulum hoc veniat pone Ἄντιμίσθωτος, scire licet ex litterarum serie sic auctorem scripsisse. Ἄντιενέγμεθα, ἐναντιώμεθα. Postea quidam, qui deprehendit erratum, emendavit, ἀντιδι - supra ἀντιενέγμεθα imposito. Scimus omnes ita fieri solere. Tandem autem ineptus quispiam librarius eam utriusque vocis continuationem fecit, quam hodie videmus. Ἐκλύτρισιν, ἐκλύρισον, κάλυψον. Illud ἐκλύρισον ex eadem est officina correctorum. Scripsit Hesychius Ἐκλύ-

τρισον, κάλυψον, ut ipse litterarum ordo testimonio est. Media enim incedunt inter Ἐκλυτος et Ἐκλωπίζει. Hoc non intelligens pusillus quidam criticus (qui enim id intellexerit, quod ne fandum quidem unquam auditum est?), emendare conatus est ἐκλύρισον, a verbo λυρίζω. Ὄνος mehercule πρὸς λύραν. Tantum enim τὸ ἐκλυρίζειν et τὸ κάλυπτειν significatione differunt,

Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

Alte profecto laet ulcus tetrum et κακοθέστατον· quod nisi lancinata prius Hesychii existimatione, negat ad sanitatem perducī posse. Siquidem erubescendo prorsus errore posuit Ἐκλύτρισον πρὸ Ἐλύτρωσον· quod rectissime quidem interpretaris κάλυψον. Ipse Hesychius : Ἐλύτροις καλύμμασι, σκεπάσμασι. Ἐλυτρα κυρίως τὰ ἐνειλήματα ἢ καλύμματα. Ἐλυτρον, δέρμα, θήκη, λέπυρον, ἐνειλήμα, κάλυμμα, σκέπασμα. Inde ἐλυτρώσθαι apud Hippocratem, et προσελυτροῦν apud Athenæum, involucro tegere : similiter ἐξελυτρώσαι, nudare, ex integumentis solvere. Hesych. Ἐξελύτρωσας, ἐγύμνωσας. Satin' hoc certum et exploratum est, ὧ φιλή κεφαλή Milli jucundissime? At enimvero exclamet hic aliquis : O juvenem confidentem et temerarium ! tune illum Hesychium, doctissimum grammaticorum Hesychium tantæ inscitiae affinem esse suspicari ausis, ut Ἐκλύτρισον scriberet ; nisi verbum illud alicubi legisset, apud auctores forte quos longa dies et nimia vetustas subtraxerunt notitiæ nostræ? I jam et frontem nega de rebus periisse. Placide tamen amabo, o quisquis es : et reprime te tantisper, dum alia nonnulla profero, quæ te quoque ipsum velis nolis in sententiam nostram cogent transire. Dum enim ex antiquis scholiastis, grammaticis, lexicis, quæ non contexebantur κατὰ στοιχείον [35], omni ex parte vocabula corradit, quibus hanc suam συναγωγὴν locupletet et referciat : sæpe usu venit ut ab imperitis librariis, qui parum accurate scripserant, vel a sui similibus ὀνοματοθήραις in errorem inductus sit : quæque nusquam gentium vel lecta vel audita sunt, lectoribus suis obrudat. Illud sis vide. † Δελεδώνη, ὁ μυλαῖος ἰχθύς. Suo loco hoc leges in littera Δ. Ego vero nugæ has esse meras tibi denuntio : scriptum enim oportuit Ἐλεδώνη, ὀσμύλος ἰχθύς. Piscis est de polypodum genere ; quem memorant Aristoteles, Athenæus, alii. Idem Hesychius : Ὀσμύλια τῶν πολυπόδων αἱ ὄζαιναί λεγόμεναι, καὶ ἰχθύδια ποιά ἅττα εὐτελῆ. Ὀσμύλια βολιτιναί θαλάσσιοι. Sic emendandi sunt hi loci. Videor autem mihi videre, quid errationis ansam Hesychio dederit. Nimirum in auctore suo scriptum erat ἢ δ' ἐλεδώνη vel μιστὰ δ' ἐλεδώνη vel simile quippiam : ille miser, cum sua ætate libri carerent signis accentus, δελεδώνην piscem effinxit, qualem neque Nereus, neque Neptunus, nec ipse pater Oceanus agnovit. Ecce aliud huic genuinum et germanum. † Θολκάζει χαλιναγωγέι. Nemo, ut opinor, inficias iverit, quin ita scriptum fuerit, absque

tamen notis accentus : Ἰππους θ' ὀλκάζει, vel Νῆας θ' ὀλκάζει. Ipse Hesychius : Ὀλκάζει, ἔλκει, χαλιν-αγωγῆι. Illud autem θολκάζει eodō quemquam mortalium qui legerit. † Ἐνδεκάταυσα, τῆνδε κώπην ἐπαρξάμην. Recta serie hoc scriptum offendet, ut et alia quæ deinceps a me profuerunt : quod certo indicio est non a librario, sed ab Hesychio ipso peccatum esse. Atqui ad hunc modum edidisse debuit : Ἐδεκάταυσα, τὴν δεκάτην ἐπαρξάμην. † Διατεύονται, μερίζονται, et Διατεύοντο, ἐμερίζοντο. Ea similitudo est δ et δι in libris calamo notatis, ut haud facile sit dignoscere. Inde est quod mendosa ea posuerit pro Δατέονται et Δατέοντο. quæ legas apud Homerum. † Σικυλλίαν, τὸ τοὺς κροσσούς ἀποσελεσθαι. Verbum hoc reperies inter Σίβολε et Σιδύνη. Ipse litteratum ordo satis argumento est ab Hesychio positum esse Σικυλλίαν, idque errore manifesto pro Σίλλυβιαν. Hesychius Σίλλυβα, κροσσοί· οἱ δὲ τὰ ἀνθέμια καὶ κοροκόσμια. Pollux vii, cap. 16 : Τοὺς δὲ θυσάνους καὶ σίλλυβα οἱ παλαιοὶ καλοῦσι ποιητὰ! [36]. Sic locus iste legendus est ex codice ms. qui fuit Is. Vossii. Θύσανοι autem cum Polluci tum Hesychio sunt κροσσοί. † Ἐραθέντα, ἐν ὕδατι ἀπεινιγέντα. Ἐραθέντι, ληφθέντι. Portentosi errores. Primo, oportuit scriptum Ἐρχθέντα. Ipse enim alibi : Ἐρχθέντα, ἐν ὕδατι πνιγέντα. Ita Photius patriarcha in Lexico ms. Ita Suidas. Locus est in Φ Iliadis :

*Νῦν δὲ με λευγαλέω πότμω εἰμαρτο ἀλάναι
Ἐρχθέντι ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παιῖδα θυφορδόν,
Ὅρ ῥά τ' ἐνανλος ἀποέρσει χεῖμῳι περὼντα.*

Iterum, illud Ἐραθέντι librarii peccatum est pro Ἐρεθέντι. Constat hoc ex elementorum ordine. Qui quidem est error auctoris, pro Αἰρεθέντι. Αἰ et E apud Græcos non differunt pronuntiatione; de qua re postea plura dicemus. Ecce alia monstra : † Ἐπαλογῆς, σπουδῆς, ἀνταποδόσεως. Quam turpiter autem hic se dedit ! adeo quidem ut hominis me pudeat pigeatque. Siquidem Ἀνταποδόσεως est ἐπαλλαγῆς, et Σπουδῆς est ἐπειγωλῆς· putidum autem isuum ἐπαλογῆς ipse habet secum *servetque sepulcro*. † Ἀχινάων, τῶν ἀχιδάων. Hercules, tuam fidem ! enimvero non ab omnibus portentis Græciam liberasti. Erat hominis cruditi sic edidisse : Ἐχινάων, τῶν Ἐχινάδων. Verbi sedes in Homeri D Bœotia est :

Οἱ δ' ἐκ Δουλιχίου Ἐχινάων θ' ἱερῶν.

† Ἡθέσει, ἀνθεῖ, ἀγνοεῖ, παρορῶ. Adeste huc, conjectores et interpretes portentorum. Negant usquam quidquam monstrosius vidisse. Scilicet hæc vera scriptura est, Ἀθέσει, ἀηθεῖ Etymologicon magnū. Ἀθέσειν, ἀγνοεῖν, ἀπειρώς εχειν. Ἀηθεῖν, λαυθάνειν, ἀνειστημονεῖν. Hesychius ipse : Ἀθθεῖν, μὴ ἠθεῖσθαι, μὴ νοεῖν· lege, ἀηθεῖν, μὴ εἰθίσθαι. Ἀθθεσκον (lege ἀθθεσσον), ἀσυνήθεις ἦσαν. † Ἐλεντήν, ἔλαιον. Mira vero grammatici eruditio ! Poteras haud paulo melius, Ἐλετηνόν, ἔλαιον· si quidem Homericus illius meminisses :

Οὐκ ἔπειδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσὶν οὐδ' ἐλετηνόν.

† Ἀρτεμῆ, ὕγεια. Pace quod tua dicatur, Hesychi, in his verbis οὐδὲν ὕγιες. Imposuit tibi depravatus aliquis codex : oportuit enim Ἀρτεμῆ, ὕγιε. Teripsum arbitrum capio, qui hæc alibi : Ἀρτεμῆ, ὕγων, ὕγιᾶ, σώφρονα. Ἀρτεμέα, ὕγεια (lege ὕγιᾶ), ὕγιῆ. Ἀρτελές (corrige Ἀρτεμές), ὕγιες. [37] Necdum peccandi finis : ecce enim de integro : † Ἀρτηνεστέραν, ὕγιεστέραν, ἐντιμοστέραν. Duplex erratum est, hoc librarii, illud auctoris. Apparet enim cum ex ordine, tum ex interpretatione, non aliter scripsisse Hesychium quam Ἀρτιμοστέραν· nempe vel scripturæ mendum, vel minutæ fugientesve litteræ, vel nimia festinatio in causa fuit cur illud exhiberet pro Ἀρτεμοστέραν. Cum autem ἀρτιμοστέραν non multum absimile sit τῷ Τιμησετέραν, ille secundam interpretationem liberalissime donavit de suo ; prout error errore generare solet. † Ἀτσιλινοῖς, περὶ τὰ λιὰ ἐξαμμάτων δεσσειν. Dic sodes, annon ænigma tibi videntur hæc ? Equidem non sum OEdipus : ausim tamen pro certo polliceri, rectam scripturam esse Ἀψίσι λίνου. Hesychius alibi : Ἀψίσι λίνου, ἄμμασιν ἀπὸ τῆς συναφῆς. Homerus quinto Iliadis :

*Μήπως ὡς ἀψίσι λίνου ἀλόντε παράηρου
Ἀνδράσι δυσμενέσσειν ἔλωρ καὶ κύρμα γένησθε.*

Quid ego de istis dicam, quæ pagella proxima mihi in oculos incurrunt ? † Ἀριστήραι, δοῦλαι. Deceptus est similitudine litterarum A et Δ. Siquidem oportuit Ἀριστήραι. Ipse alio loco : Δρηστήναι, διάκονοι, θεράπαιναί, lege Δρηστήραι. Verbo monendum est i, ei et η in Lexicis, præsertim apud hunc Nostrum, promiscue usurpari : vera enim analogia requirit ut δρησταιραι scribamus. Locus est Odys. T.

Τῶν αἰ τοὶ δῶμα κἀτα δρησταιραι ἔασιν.

Vide tamen, ut magnifice de se loquatur ad familiarem suum Eulogium. Οὐ γὰρ, αἰτ, ὀκνήσω μετὰ παρήσσιας εἰπεῖν, ἐτι τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀπλιωνος καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων εὐπορήσας, καὶ τὰ βιβλία προσθεῖς Διογενιανοῦ, ὃ πρῶτον καὶ μέγιστον ὑπάρχει πλεονέκτημα, ταῦτα δ' αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ γράφων ἐγὼ μετὰ πάσης ὀρθότητος καὶ ἀκριβεστάτης γραφῆς κατὰ τὸν γραμματικὸν Ἡρωδιανόν. Ego vero, qui Theodosii ms. ἐπιτομῆν τῆς Καθόλου Herodiani lectitavi, testificor parum huic promisso vel nullo modo satisfactum esse. † Ἀρήσθορεν, ἐπήδησεν. Vitiosius hoc quidem, quam illud alterum Ἀρῆσθορεν, ἐπήδησεν. Sed ex utraque parte ostendit, non lautissimam doctrinæ supellectilem sibi domi fuisse. Quæ enim hæc conglutinatio [38] verborum, quæ dissolvi denuo divellique desiderant ? Hom. Iliadis M.

*... ὁ δ' ἀρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἐκτωρ
Νυκτὶ θεῆ ἀτάλατος ὑπώπια.*

Ἀρενοσοκός, προβατοσοκός. Mirifice quidem, ut nihil supra. Atqui ἀρῆν ἀρῆνος, puto, dicitur, non ἀρένος· unde πολὺρῆνες, et δις ὑπόρῆνος. Imo, quin iambei principium fuerit apud Sophoclem Ἀρηνόσαςκός. . . . ne dubitandum est quidem.

Melius ipse alibi: Ἀρρηνοσοκῆς, προβατοσοκῆς, Ἀ Σοφοκλῆς Τυροῖ. Καὶ γράφεται δὲ ἐρρηνοσοκῆς διὰ τε τοῦ ἔω καὶ τῶν βόρων. Verum hic quidem locus a librario pessime acceptus est: ipse auctor procul abest a noxa. Lege Σοφοκλῆς Τυροῖ β', γράφεται δὲ καὶ ἐρρηνοσοκῆς διὰ τε τοῦ ε καὶ τῶν β' βῶν. Scribitur, ait, ἐρρηνοσοκῆς per litteram ε, et duplicem ρ. Etymologicum magnum: Ἐρρηνοσοκῆς, ὁ προβατοσοκῆς ἐν Τυροῖ β' Σοφοκλῆς. † Ἐμπήρους et Ἐμπηροὶ vitium exemplaris est pro Ἐμμήρους et Ἐμμηροὶ. Ipse alibi emendate: Ἐμμήρους, ἐν ὀμηρεῖα ὄντας, παρὰ τοὺς ὀμήρους τοὺς ἐπὶ συμβάσει διδομένους. Totus autem locus ad hunc modum constituendus est:

Ἐμμήρους, Δημήτριος ἐν Σικελίᾳ.
Λακκαδαμόνιοι ὄ' ἡμῶν τὰ τριχῆ κατέβαλον,
Καὶ τὰς τριήρεις ἔλιπον Ἐμμήρους, ἔπως
Μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο Πελοποννήσιοι.

Demetrius iste comicus fuit; et illa fabula inscripta est Sicilia. Quare peperam hactenus iudicantur viri docti; qui scriptorem eum historicum, orationem autem prosaicam esse censuerunt. Athenæus, lib. III: Δημήτριος ὁ κωμωδοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Σικελίᾳ. Etymologici auctor Σικελούς inscribit, non Σικελίαν· eum vide in Ἐμμήρους. † Χωρονομεῖν, ὀργιζέσθαι. Oportet ut coniventibus oculis hæc legerit Hesychius. Ego quidem meis vix fidem habeo, cum ista lego. Procul ulubio sic scriptum est a prima manu: χειρονομεῖν, ὀργεῖσθαι. Ipse alibi: χειρονόμος, ὀργιστής. Manuum iste motum cum certa lege et numero bonam partem saltationis olim constituebat. Plena sunt exemplorum omnia. Lucretius:

[59] Quod superest, non est mirum simulacra moveri
Brachiaque in numerum jactare et cætera membra.

Et postea:

Quid porro, in numerum procedere cum simulacra
Cernimus in somnis, et mollia membra movere,
Mollia mobiliter cum alternis brachia mittunt.

† Κάλυψιν, κάλυκα ἀντιστρόφως. Medium hoc verbum est inter Καλυδώνιον et Κάλυκας. Agnosco manum et ingenium correctoris: qui videlicet, cum in Hesychio suo legerat Κάλυψιν κάλυκα, idque animadverterat extra seriem et præpostere poni, ascripserat in margine e regione loci, Ἀντιστρόφως, nempe vice versa legi oportere Κάλυκα, κάλυψιν. Postea illud ἀντιστρόφως per inscitiam librarium insinavit se in versum. Quis hujus rei ante nos suspicionem habuit? Quin et alibi post vocem Προσβάλλοιτο, quæ et ipsa vitiosa est, hæc leges: Προσελθὼν, προσβαλὼν ἐξ ἀντιστρόφως. Dele hoc novissimum, quod nimirum ab emendatore est, qui annotaverat legendum esse e converso Προσβαλὼν προσελθὼν. Quo nihil verius dici potuisse censeo: sed in altero, quicunque fuit, longissime a vero absuit. Profecto plus toto cælo distant Κάλυξ et Κάλυψις. Ego vero pro explorato prorsus habeo sic scriptum esse ab Hesychio; Κάλυξιν, κάλυκα· nempe depravate loco

PATROL. GR. XCVII.

Κάλυξιν· ζ pro ξ· quem errorem millies erravisse eum, si hic locus esset, nunc possem ostendere. Quam recte autem Κάλυξιν interpretetur κάλυκα, melius est ut ipsum ad testimonium vocemus: Καλύξεις, ῥόδων καλύκια. Κάλυξις, κόσμος τις ἐκ ῥόδων. Habeo alia sexcenta, quæ hac vice condonabitur. Verum hercle si unquam usus fuerit, ut nova Hesychii editio procuretur; qui, ut in pudendos errores crebro inciderit, utilissimus nihilominus et pene necessarius est omnibus, qui ad veram eruditionem viam affectant:

Id tibi de plano possum promittere, Milli,
quinque plus minus millia mendorum me correcturum esse, si libuerit; quæ aliorum εὐστοχίαν et laboriosam diligentiam hactenus eluserunt. Ut, illuc unde abii, redeam: multos ubique Lexicorum locos contaminaverunt correctiones illæ in [40] librorum marginibus: quod ex illo tempore quo verbum mendosum cum altero junctim continuaretur in versu, non uti factum oportuit, litura tolleretur. Luculentum hujus rei exemplum exstat apud Julium Pollucem lib. VII, cap. 33, ubi inter varia nomina jactuum in ludo talaris nominantur ἄρτια et ἀρματῖαι, ἀντίτευχος et ἀντίτυπος, ἐπιφένων et ἐπιφέρων. Sed ex hisce binis non nisi singula quæque a Polluce profecta sunt, cætera qua dixi via insinuarunt se in orationem. Cui quidem sententiæ non invitus accedet, qui jam primam a me didicerit iambicos esse trimetros ex Eubuli fabula Aleatoribus. Locus hoc exemplo constituendus est. Ὁ μέντοι Μίδαξ καὶ τῶν μέσων βόλων ἦν. Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ εἰσιν, οὓς ὀνομάζει Εὐδούλους ἐν τοῖς Κυβευταῖς·

Κεντρωτὸς, ἰερὸς, ἄρμ' ὑπερβάλλον πόδας,
Κήρυκος, εὐδαίμων, κυνώτος, ἄρτια,
Δάκνων, ἀντίτευχος, ἀργῖος, δάκνων,
Τυμόκριτος, ἐλλείπων, πναλίτης, ἐπιθετος,
Σφάλλων, ἀγύρτης, οἰστρος, ἀνακμπτων, δο-
[μεύς,
Λάμπων, κύκλωπος, ἐπιφέρων, σόλων, σίμων.

Horum autem versuum ignorance tota via erravit Joannes Meursius, qui eos omnes inter jactus medios recenset. Nempe non Eubuli esse verba, sed Pollucis: et quia Midas esset τῶν μέσων βόλων, itidem et sequentes esse arbitratus est. Sed parum est dubitationis, quin boni fuerint Εὐδαίμων et ἄρμ' ὑπερβάλλον πόδας, qui nimirum aliis jactibus tanto anteiret, quanto qui pedibus iter faceret, a curru vinceretur; πεζὸς, ut aiunt, ἰδεύων παρὰ Λύδιον ἄρμα. Δάκνων autem et σφάλλων et ἐκλείπων merito opinor suo pro infelicibus haberi possunt. Sed ad Antiochensem redeo: nam sero sensi longe longeque declinasse me a proposito,

Singula dum capti circumvectamur amore.

Pag. 172 Καθὼς ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης ἐξέθετο δράμα ποιητικῶς, ὃν μέρος ὀλίγον ἐστὶ ταῦτα. Multa quidem transcripsit Malalas ex Iphigenia in Tauris; quæ ex usu fuerit ad Euripideam exigere, quo de ejus doctrina et fide cognoscamus: si quis [41] illa tam dura habeat, ut eam meli-

atiam devorare possit. Mihi enim, qui jam lentus et fastidiosus esse cœpi, dabis veniam; si plura rejiciens et aspernans, unumquidquid quod erit bellissimum carpsero. Velut illud p. 172, in oraculo: *Εἰ μὴ περάσας Πόντου κύματα Σκυθίας τε γοῖαν καταλόβοις, Αὐλίδος τε χώραν; et 173. κατέφθασεν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα χώραν τῆς Σκυθίας. Male vero sit vobis quantum est geographorum. Rogo vos, an Scythicam illam Aulidem silentio prætermisam oportuit quid? an ultra Cimmericorum fines latitabit ἀέρι καὶ νεφέλῃ κενταυρομένη, adeo ut nemo vestrum usque eo potuerit oculis contendere? Euge vero, ὦ Ἰωαννίδιον· profecto aptus natus es ad omnia abdita et retrorsa contemplanda: tam acris acie et mentis et oculorum.*

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Geminam Iphigeniam etiam pueri sciunt Euripidem docuisse, τὴν ἐν Ταύροις; et τὴν ἐν Αὐλίδι. Joannes, cum Tauros esse Scythias ab aliquo didicisset, etiam Aulidem, quæ Bœoticiæ oppidum est, regionem iis finitimam esse arbitratus est. P. 175: *Τούτους δὲ ἑσπαράτες βουκόλοι ἔδραμον πρὸς τὴν Ἰφίγιάνειαν λέγοντες αὐτῇ· Ἄγαμέμνωνος καὶ Κλυταιμνήστρας Κόρη, ἤκασι δύο νεανίσκοι παρὰ τὴν κυανέαν· quæ ex his Euripideis expressa sunt.*

Βουκ. Ἄγαμέμνωνος παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας

Ἰφ. Τί δ' ἔστι τοῦ παρόντος ἐκπλήσσον λό-

Βουκ. Ἦκουσιν εἰς γῆν Κυανέαν συμπληγά-

Πλάτῃ φυρόντες δίπτυχοι νεανίαι.

Vides Antiochensem hunc ita ἐπαριστέρως accepisse sententiam Euripidis; tanquam si εἰς γῆν Κυανέαν conjunctim dixisset. Vos iterum appello de terra hac Cyanea; vos qui geographiæ magistros vos pollicemini. Quid autem mussitatis? nam Joannem ea loca convisisse Cedrenus affirmat, prorsus οἰκοθεν ὁ μάρτυς. Damno itaque stultitiam meam, qui Κυανέαν cum συμπληγάδων componebam hactenus. Atque hercle vero serio, ne quid dissimulem, non placet iste locus: neque enim video cur ii bubulci [42] sermone Dorico uterentur. Quid, malum, an Siculos se esse somniabant, non Tauro-Scythias?

Δωρίσθεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσιν.

Atqui quantumvis essent Dorienses, si πλατειάζουσαν suam dialecton extra chorum adhibuissent, rus continuo vel in ultimas terras mandati essent non sine infortunio. Sciunt id qui harum litterarum gustum aliquem habent. Adde orationem πολωεαμῆν esse; ut quidem nunc habetur: sed certe, si pro sano locutus est, sic scripsit Euripides:

Ἦκουσιν εἰς γῆν, κυανέας συμπληγάδας Πλάτῃ φυρόντες δίπτυχοι νεανίαι.

aut, si illuc Κυανέαν antiquitatis causa servare velis, quandoquidem qua vixit Malalas tempestate jam in libris inveteraverat; in hunc modum:

Ἦκουσιν εἰς γῆν, κυανέαν συμπληγάδων Πέτραν φυρόντες δίπτυχοι νεανίαι.

velut postea loquitur, Κἀγὼ σε σώσω κυανέας ἔξω πέτρας. Eleganter autem κυανέαν πέτραν συμπληγάδων, ut nihil supra. Sic Virgilius:

Quales Thracia cum flumina Thermodontis.

et Lucretius:

Pulverulenta Ceres, et Etesia flabra Aquilonum.

et iterum:

Ut Babylonica Chaldaum doctrina refutans

et tertium:

Impellant ut eam Magnesia flumina saxi.

Sic legendi sunt duo loci novissimi; in libris vulgatis minus emendati feruntur. P. 176, Τοῦ Πελοπελου γένους σῆμαντρον ἔχει, ἐλαίαν ἐν τῷ ὤμῳ.

B Jam hoc pro explorato habeo, ἐλαίαν ab hac peduce positam· esse pro ἐλέφαντα. Cui enim fando auditum est, oleaginum humerum fuisse Pelopi?

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos

Hippodameque humeroque Pelops insignis eburno?

Ἐπεὶ γιν καθαρῷ λέβητος ἔξελε

Κλωθῶ κλέφαντι ζυδίμορ

Ἄμορ κεκαδμένον.

Alia multa [43] sunt apud Malalam ex eadem fabula tratata, quæ missa facio. Cur enim me mancipium faciam παραφρονούντος δεσπότου? Majoris fuerit et voluptatis et fructus cognoscere, quæ summus poeta Ennius de priore Iphigenia convertit. Julius Rulinianus de figuris sententiarum et elocutionis: *Aganactesis, indignatio, quæ fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia: Menelaus me objurgat, id meis rebus regimen restat.*

Dormitavit hic vir summus Ger. Vossius. Nam, si unam syllabam addideris, trochaicus erit catalecticus. *Menelaus me objurgat: id meis rebus regimen restat;*

quod genus versus commodissime inservit τῇ ἀνακτῆσει· ut diu est quod ipse in tragicis Græcis observavi; priusquam id de scholiaste Heruogenis didicissem. Idem Rulinianus postea: *Syncretis sive antithesis comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum: ut, ego plector, quod tu peccas: tu delinquis, ego arguor pro malefactis: Helena redeat, virgo pereat innocens: tua reconcilietur uxor, mea necetur filia.* Hunc etiam locum ad Ennii Iphigeniam refert Italorum doctissimus Hieronymus Columna: invito tamen et repugnante Vossio, partim quia auctor non laudatur, partim quia non vincita sed pedestris oratio est; ad quod mirum, ait, non attendisse Columnnam. Peccet Columnna, et peccat quidem, in versibus; ego vero, cum certis signis hunc Ennii fetum cognoscam, non committam ut alium, quam quo natus est, parentem sibi inveniat. Versus enim sunt Trochaici, ex eadem puto scena petiti, qua superior est:

Ut ego plectar, quod tu peccas; tu delinquis, ego

Pro malefactis? Helena redeat, virgo pereat innocens?

Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

arguar

cens?

Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

Non amplius, quod sciam, Euripides a Malala ci- A
tatur præterquam, p. 55 : 'Ο Ταῦρος ἐκ τῆς Εὐ-
ρώπης ἔσχεν οὖν τὸν Μίνω, καθὼς καὶ Εὐριπίδης
ἔ σοφώτατο; ποιητικῶς συνεγράφητο ὡς φησι,
Ζεὺς μεταληθείς εἰς ταῦρον τὴν Εὐρώπην ἤρπα-
σεν. Hæc quidem unde accersita sint, non certo
scio : nam credible est eum [44] in non una tra-
gædia hæc obiter attigisse ; ut in Cretensibus for-
tassis, ubi Chorus ad Minoem : Φοινικογενούς, παῖ,
τῆς Τυρίας τέκνον Εὐρώπης καὶ τοῦ μεγάλου Ζη-
νός. Veri tamen simile est ex Euripidis *Phrixo* tra-
lata esse. Eratosthenes in *Καταστερισμοῖς*. Ταῦρος
λέγεται ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι διὰ τὸ Εὐρώπην
ἀγαγεῖν ἐκ Φοινίκης εἰς Κρήτην διὰ τοῦ πελάγους,
ὡς Εὐριπίδης ἐν τῷ *Φρίξῳ*. Profecto qui *Eurorum*
Tragædiam esse volunt, narrant nobis insomnium
ex eburnea porta.

Pag. 181. 'Εν τοῖς χρόνοις τοῖς μετὰ τὴν ἄλωσιν
Τροίας παρ' Ἑλλήσιν ἔθαυμάζετο πρῶτος Θέμις
νόματι. Ἐξεῦρε γὰρ οὗτος τραγικὰς μελωδίας,
καὶ ἐξέθετο πρῶτος δράματα, καὶ μετὰ τοῦτο Μί-
νωος, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας τραγικούς χορούς
δραμάτων συνεγράφατο. Utinam vero Malalæ cum
præcursore suo melius conveniret ! nam Jubal, si
ei credimus, diu ante Trojæ excidium tragædias
facitavit. Verba, ne te ludere videar, sunt, p. 3 :
'Ο δὲ Ἰουβάλ κιθαρωδίας καὶ τραγωδίας τοῖς δαι-
μονικοῖς ἐπιτηδεύμασι προσεπενώθησεν. Quid quod
ad soccum haud minus idoneus erat, si inter-
pretem aulis, quam ad cœthurnum. Nam κιθα-
ρωδία Chilmeado est *comædia* ; qui, cum ad alios
ingenii cultus etiam musicæ studium adjunxerit ;
cur adeo ab artificio suo recederet, miror : clemen-
ter tamen, propter alia merita, suaque quasi lyra
est increpandus. Vix equidem crediderim in bi-
bliotheca vestra Oxonii, quantacunque est, Jubalia-
na Dramata reperiri. Scilicet ea omnia perierunt
olim ;

Quando ex diluvio magno exivere rapaces

Per terras amnes, atque oppida cooperere.

Quarum fabularum una cum ipsis etiam memoria
occidisset ; absque illo Hamartolo fuisset, qui om-
nia omnino meminuit, Quæ fuerunt, et quæ nullo
sunt tempore nata. Habeo tamen, quo desiderium
meum et dolorem consoler ; nam in mentem op-
portune venit fieri posse, ut locus iste vitiosus
sit, et in hunc modum emendandus : 'Ο δὲ Ἰουβάλ
κιθαρωδίας καὶ λυρωδίας τοῖς ἀρμονικοῖς ἐπιτηδεύ-
μασι προσεπενώθησεν. Et profecto quam magis
magisque cogito, nimirum acu rem tetigi ; sin
autem, nolim mihi quemquam posthac ne ju-
rato qui-tem credere. Tandem igitur aliquando
lite hac composita, quantum est tamen quod
fecimus, si Joannes ipse pugnantia loquatur ? Non
erim jam ab Illo capto primus mortalium Themis
Dramata fecit : [45] siquidem ante istam memoriam
Ægypti rex Pharao, ubi a negotiis et turbis requie-
scere volebat, solitus est comædias scriptitare.
Verba sunt Joannis, p. 76 : Τῶν δὲ Αἰγυπτίων ἔθα-

σάλευσα Πετισσώνιος; ὁ κωμῶδης Φαράῳ. Quid rides ?
Quasi vero novum nunc proferatur, regem ad
fabulas scribendas animum appulisse. Etiam Dio-
nysius Tyrannus poeta fuit tragicus, et Augusti
Ajax in spongiam incubuit. Quanquam, si emendate
loqui velimus, κωμῶδης non *comicus* est, sed
comædiæ actor. Histrioniam igitur fecit Pharao ;
Thrasonis, opinor, vel Pyrgopolinicius partes agens ;
ut Nero postea Œdipodis vel Creontis. Verum hæc
ipsius Malalæ stultitiam superant ; ut ea qui dixe-
rit, non pro homine sano loqui, sed ad agnatos
et gentiles deducendus esse videatur. Sine dubio
vitium est exemplaris ; quo tamen modo tollendum
sit, minus id possum conjectura assequi. Quid si
legimus, Πετισσώνιος, ὁ τῷ Μωσῆ Φαράῳ · *Pe-
tissonius, qui a Mose Pharao vocatur* ? Si caput sca-
berem, fortasse aliud melius possem exsculpere : sed
indignus est Joannes, cujus causa commentari
velim quidquam, nisi si quid ex facili nascatur.
Itaque ut ad Themis istum propius accedamus.
Eidem cum Antiochensi narrat, et in eodem do-
ctus est Iudo *scholiastes vetus* nescio quis apud
Stanleium in Vita *Æschyli* : 'Εν τοῖς χρόνοις ; Ὁρέ-
στου ἔθαυμάζετο παρ' Ἑλλήσι Θεόμις, ὁ; πρῶτος;
ἔξευρε τραγωδικὰς μελωδίας, καὶ ἐξέθετο πρῶτος;
δράματα. Καὶ μετ' αὐτὸν Μίνωος, καὶ μετὰ Μίνωα
Αὐλέας χορούς τραγικούς συνεστήσατο. Hæc habet
doctissimus noster Stanleius ex Bullengeri Teatro.
Et tamen neuter de Themide, de Minoe vel Aulea,
quod quam diligentissime factum oportuit, certio-
res nos facit. Concurrent jam omnes, quantum est
Βιβλιοτάφων, et capita inter se conferant : nun-
quam se expedient, neque quidquam de tergeminis
hisce tragicis resciscent. Narrat Clemens *Στρωμα-
τέων* primo τὸ ἥρων τὸ ἐξάμετρον Θέμιν μίαν τῶν
Τριτανίδων εὐρηκέναι, Minoem autem τοὺς νό-
μους : sed quod ad præsens negotium attinet, va-
cuum a se lectorem et hiantem dimittit. Quid enim
νόμοι Minois ad nomos musicos ? Τί πρὸς τὴν Διό-
νυσον ; neque heroes in tragædiis heroes [45]
hexametros dicebant. Itaque quantum video, per-
petua jam criticis sollicitudo et quasi crux consti-
tuta est : nisi Callimachi Πύναχα; et Aristophanis
Grammatici Commentarium longa nocte sepultos
D protrahere possunt in lucem. Verum heu, vos !
ecquid erit pretii, si nodum hunc solvero ? quod
quidem ea lege et conditione faciam ; ut dehinc
mihi cum vestra natione nullum omnino commer-
cium intercedat. Enimvero ab Antiochensi et Æcul-
no illo, quicumque est, scholiaste gravissime
peccatum est, cum in nominibus, tum in rebus
ipsis. Prorsus quot verba, tot errata. Neque enim
agnosco commentitios istos Theomin, Minoem
Auleam ; quorum ego loco non dubia conjectura
repono Thespin, Ionem, Æschylum : neque The-
spis ea, qua rentur, tempestate vixit ; nam Solonis
æqualis a Troicis temporibus longissime abfuit :
neque Ion Æschylo prior fuit : neque primus
Æschylus choros tragicos instituit ; quod contra

chorum, qui perpetua ante oratione totam fabulam decantabat, primus diverbiis et personis distinctit. Sed operæ pretium fuerit accuratius hæc omnia tractare. Ac de Thespide quidem minor est dubitatio, quia in discipulorum cathedris quotidie ista jactantur :

Ignotum tragicæ genus invenisse Camanæ
Dicitur, et plaustri vexisse poemata Thespis.

Suidas : Θέσπις ἐδίδαξεν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ἔδλυμπιάδος. Μνημονεύεται δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Ἄθλα Πελοῦ ἡ Φορβὰς, Ἱερεῖς, Ἠθίοι. Πενθεύς. Pentheus fabula a Polluce laudatur lib. viii, c. 12 : Τὸ ὄνομα ἐπενδύτης ληπτέον ἐκ τῶν Σοφοκλέους Πλυνητῶν, Πέπλους τένεται λινοπλυεῖς τ' ἐπενδύτας καὶ θέσπις δὲ πρὸς φησιν ἐν τῷ Πενθεῖ·

Ἐργῷ νόμιζε νευρίδας ἔχειν ἐπενδύτην.

De quo versu cum nihil in præsentia succurrat, quod mihi satisfaciatur, ejus emendationem in aliud tempus differam : Sophocleum illum sine mora expediam. Neque enim cum Casaubono, Meursio et Gatakero κτενίσαι substituerim ; cujus media syllaba est brevis : versumque redderet una syllaba breviorum. Non enim diambus est λινοπλυεῖς, sed pæon quartus. Neque Gatakeri νεοπλύντους [47] ἐπενδύτας probaverim ; nam sedes quarta spondæum non admittit ; poterat paulo rectius νεοπλύντους. Sed aliud quiddam prætulim, de quo auisim tibi firmissime asseverare :

Ἠέλιος τε νῆσαι λινοπλυεῖς τ' ἐπενδύτας.

Diversa ab illis, quas Suidas recenset, fabula habetur in veteri marmore Arundeliano ; quod nunc est Oxonii : ΑΦ ΟΥ ΘΕΣΠΙΣ Ο ΠΟΙΗΤΗΣ... ΑΧΙ... ΟΣ ΕΔΙΔΑΞΕΝ ΑΑ... ΣΤΙΝ Supple ΑΑΚΗΤΙΝ, ἄλκῃστιν non ἀλέκτιν, ut minus recte editores. Locus est illustris apud Clementem in Ἑρωματίων quinto, quem nefas quidem fuerit silentio prætermittere. Θέσπις μέντοι ὁ τραγικός διὰ τούτων ἄλλο τι σημαίνεσθαι φησιν ὧδε πως γράφων·

Ἴδε σοι σπένδω κναξζβι τὸ λευκὸν
Ἀπὸ θηλαμόνων θλίψας κνακῶν·
Ἴδε σοι χθύπτῃν τυρὸν μίξας
Ἐρυθρῷ μέλιτι, κατὰ τῶν σῶν, Πῦρ
Δικέρως, τίθεμαι βιωμῶν ἀγίων.
Ἴδε σοι Βρομίον αἰθοπα φλεγμὸν
Λεῖδω.

Hæc narrat Clemens ex Thespide : ex aliis aliæ, quæ ad eandem rem spectant. Persuasum est hactenus viris eruditis, magnam symbolicæ et ænigmaticæ veterum theologiæ vim in barbaris illis vocabulis contineri. Rem igitur haud ingratam facturum me spero, si refrigero hæc claustra, quæ a multis sæculis omnem ad hæc sacra aditum præcluserunt. Quod autem Herculem ferunt dixisse, cum in delubro quodam conspexisset simulacrum Adonidis, Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχειν· idem mihi jam usu venit, hoc adyto recluso. Videlicet erat olim ridicula et puerilis ratio ; ut ex quatuor et viginti litteris, semel duntaxat positis singulis, barbara quædam et infaceta verba conficerent, prout cuique

A libitum fuerit. Clemens hanc appellat στοιχειωτικὴν τῶν παιδῶν διδασκαλίαν. Postea certandum erat ingenio, ut sententiam istorum verborum aliquam omnibus vestigiis indagarent ; non eam quidem omnino alienam et absouam, sed a propinquo, si fieri potuit, et verisimili petitam. Tria [48] profert Clemens exempla eorum ὑπογραμμῶν παιδικῶν, quorum unum hoc est :

Μάρπτε, σφιγξ, κλώψ, ζυχθηδόν.

Ita scribi oportere res ipsa clamat ; non ut in editis, μάρπττε et ζυχθηδόν. Calculum jam pone, et omnes omnino litteras Cadmi, Palamedis, Simonidis, in quatuor istis vocabulis invenies. Ecce tibi secundum :

Βέδου, ζάμψ, χθῶ, πλῆκτρον, σφιγξ.

Ita legendum, non ut in vulgatis, ζάψ et χθών· nam eo pacto et μ littera deesset, et ν bis poneretur. Tamen ut Λάμβδα λάβδα, sic illud Ζάμψ auctores Græci ζάψ scripsisse et pronuntiasse videntur. Sic κάψα dicunt et κάμψα· sic λήψεται in antiquissimis mss. λήμψεται, et multa similia. Tertium denique est illud Thespidis :

Κναξζβι, χθύπτῃς, φλεγμῶ, δρόψ.

Male apud Clementem est editum, φλεγμὸς, δρόψ· ut liquido constabit, si digitis computans litterarum numerum velis inire. Quam mirifice autem Clemens hæc omnia, quantumvis inepta et ludicra, interpretetur ; malim ex ipso quam ex me audias. Aliter paulo hæc ultima ab Hesychio profertur ; nam pro κναξζβι χθύπτῃς, κνάξ habet et ζβιχ et θύπτῃς. Κνάξ autem interpretatur γαλὰ λευκόν, Ζβιχ (ita lege, non ζαβιχ) λευκόν, et θύπτῃς ὁ τυρός. Atque hujus auctoritate inductus Salmasius verba Thespidis ad hunc modum immutare voluit :

Ἴδε σοι σπένδω κνάξ ζβιχ λευκόν,

et :

Ἴδε σοι θύπτῃν τυρὸν μίξας.

Sed profecto non ea est Hesychii auctoritas ; neque plus habet momenti, quam Clementis et Porphyrii hominum multis partibus illo doctorum. Non enim librarii culpa est apud Clementem : neque ulla similitudo veri est χ litteram a verbo κναξζβι fortuito disjunctam fuisse, et tertio post versu repositam. Porphyrii autem hoc ἀποσπασμάτιον est ex libro mss. Oxonii.

[49] ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Περὶ τοῦ Κναξζβι, χθύπτῃς, φλεγμῶ, δρόψ ἔρμηνεία.

Ἐν Δελφοῖς εἰς τὸν ναὸν ἐπιγέγραπται τράγος ἰχθυὶ ἐπὶ δελφίνος ἐπιχειμένος. Κνάξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τράγος κατὰ ἀποκοπὴν τῶν στοιχείων τοῦ κως (ἴσθε κων) καὶ πάλιν ἀφαίρεσιν (ἴμο πρόσθεσιν) τοῦ ξ· κνάκον γὰρ καλεῖται, ὡς καὶ Θεόκριτος ἐν βουκόλοις λέγει· οἶον τράγος καὶ ἰχθύς, ὁ μὲν φλεγόμενος, ὁ δὲ δρόψ ἔψον. Λέγει δὲ ὅτι ὁ τράγος φλεγόμενός ἐστι πάντοτε ὑπὸ λαγνίας, ὅτι ἐάν τις τὰς βίνας αὐτοῦ ἀποσφαλίσαι (ἴσθ. ἀπασφαλίσῃ), διὰ τῶν κεράτων ἀναπνεῖ. Ἐχει δὲ καὶ ἑτέραν ἔρμηνείαν οὕτως. Τὸ κναξζβι γάλα ἐστίν, τὸ δὲ χθύπτῃς τυρός, ἐρυθρῷ

δὲ ἄνθρωπος· δρωῖν γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγονται. Καὶ ἄ
 ἑτερα δὲ πλεῖστα τοιαῦτα διὰ τῶν κτ' στοιχείων ἀπαρ-
 τίζοντα ἴδιον σκοπὸν εὗρομεν, οἷον· Βέδου, ζᾶψ, χθῶ,
 πλῆκτρον, σφιγξ, ὃ ἔστιν οὕτως· Βέδου ἔστιν ἡ ὑγρὰ
 οὐσία, ζᾶψ ἡ πυρώδης οὐσία, χθῶ ἡ γῆ, πλῆκτρον δὲ
 ὁ ἄηρ, σφιγξ ἡ τούτων φιλία διὰ τὸ συνεσφίγγεσθαι.
 Κλώδιος δὲ ὁ Νεαπολίτης οὕτως ἠρμήνευσεν τὸ προ-
 κείμενον· ἄηρ, θάλασσα, γῆ, ἥλιος. Καὶ ἕτεροί τινες
 φιλόσοφοί τε καὶ ποιηταὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν ἠρμή-
 νευσαν.

Non longe a principio sic scribe : Κνάκων γὰρ
 καλεῖται, ὡς ὁ Θεόκριτος ἐν Βουκολικοῖς λέγει. Lo-
 cus est Idyllio tertio :

καὶ τὸν ἐνόρησαν
 Τὸν Αἰθυκὸν κνάκωνα φυλάσσειο, μὴ τὴν κορυψῆ.
 Illud autem nimis festivum est, quod aliquanto
 post sequitur : Capras scilicet, si quis iis nares
 obturet, cornibus spirare. Sed pro κερᾶτων certis-
 sime emendandum est οὐάτων vel ἔτων. Varro, De
 re rustica : *De quibus admirandum illud, quod etiam
 Archelaus scribit; capras non, ut reliqua animalia,
 naribus, sed auribus spiritum ducere solere.* Idem
 narrant Plinius et Ælianus. Clodius iste Neapoli-
 tanus librum composuit adversus eos qui carne
 abstinere; ut testis est ipse Porphyrius Περὶ
 ἀποχῆς ἐμφύχων; neque alius quisquam illius me-
 minit, quod sciam. Fidem id facit, minime ψευδε-
 πίγγραφα hæc esse, sed ex Porphyrio bona fide
 excerpta.

P. 181. Καὶ μετὰ τοῦτο Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα
 Αὐλέας. Dixi meam sententiam : nimium aut vitio
 codicis aut memoriæ falsum esse Joannem ; et ad
 hunc modum a prima manu scriptum videri, Καὶ
 μετὰ τοῦτον Ἴων, καὶ μετὰ Ἴωνα Αἰσχύλος. Porro
 iste [50] Ion poeta fuit tragicus, natione Chius : de
 quo ideo plura dicemus, quia Thespide et Æschylo
 aliquanto est ignotior ; tum autem ut quasi
 specimen demus istius operis, cujus antea fecimus
 mentionem, quo *Reliquias omnis Græcæ poeseos,*
 philosophicæ, epicæ, elegiacæ, dramaticæ, lyricæ-
 que colligere volumus. Sed hæc fuerunt. Prin-
 cipio autem non injuria Chius noster una cum
 Æschylo memoratur, cui olim amicitia et familia-
 ritate conjunctus fuit ; ut ex Plutarcho constat in
 libro qui inscribitur Πῶς ἂν τις αἰσθοῖτο ἑαυτοῦ
 προκόπτοντο; ἐπ' ἀρετῆς. Αἰσχύλος, ait, Ἰσθμοὶ θεώ-
 μενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος ἑτέρου τὸ θεία-
 τρον ἐξέκραγε, νύξας Ἴωνα τὸν Χῖον, Ὀρέας, Ἐφη,
 οἷον ἡ ἀσκησις ἔστιν· ὁ πεπληγὸς σιωπᾶ, οἱ δὲ θεώ-
 μενι βοῶσι. Juvenis tamen cum sene versatus est ;
 et in eo quidem non leviter peccatum est a Joanne,
 quod Ionem Æschylo vetustiorē faciat. Utinam
 vero superesset hodie Batonis Sinopensis liber !
 Plura de Ionis ætate et evidēntiora dici possent,
 nunc soli in obscuro lubricoque tramite magis
 reptamus, quam pedetentim ingredimur. Platonis
 est Dialogus, quo Socrates sermonem instituit cum
 Ione quodam Ephesio ; quem a Chio non esse di-
 versum opinio est Lillii Gyraldi, Julii Scaligeri, Del-

rii et Menagii : quæ si vera est sententia, non
 opus est ut multa dicamus. Statim enim constabit
 Ionem Æschylo fuisse natu minore. Quippe So-
 crates natus Olymp. LXXVII anno IV, tantummodo
 XIII ætatis annum agebat, cum Æschylus ex vita
 excessit, videlicet Olymp. LXXXI an. I, Callia Athe-
 nis archonte. Sed de Ephesio isto pugnant adver-
 sus Gyraldum et Scaligerum eruditissimi quidem
 homines Leo Allatius et Joannes Jonsius : ille con-
 tumeliis fretus, et eo quod nullo auctore primus
 id dixerit Gyraldus, quodque Ephesius rhapsodus
 fuerit, non tragicus ; hic autem acerrimo telo ar-
 matus, quia ratio temporum reclamat : scilicet
 Ionem Chium Olymp. LXXII tragœdias docuisse non
 minus annos viginti priusquam Socrates nascere-
 tur, Olymp. dequum LXXVII, IV. Mihi quidem idem
 est animus, non unum et eundem fuisse Chium et
 Ephesium ; Chius enim et genere et opibus fuit
 clarus : qui cum Athenis [51] quondam tragœdia
 simul et dithyrambo vicisset, Chii vini cadum viri-
 tim cuique civium dedit ; ut memorant Athenæus
 et Cômici enarrator ad Pacem. Luculentæ vero di-
 vitia, quæ tam eximia liberalitati sufficere potue-
 runt. Ephesius homo mendicus et circumforaneus
 cantitando et gesticulando victum inopem quæri-
 tans, ut mos erat rhapsodis ; quos Homerus suus
 misella stipe et esuritione pascebat. Ipse de se lo-
 quitur apud Platonem : Δεὶ γὰρ με καὶ σφόδρ' αὐ-
 τοῖς (τοῖς θεαταῖς) τὸν νοῦν προσέχειν, ὡς ἂν μὲν
 κλαίοντας αὐτοὺς καθίζω, αὐτὸς γελᾶσομαι ἀργύ-
 ριον λαμβάνων· ἂν δὲ γελῶντας, αὐτὸς κλαύσομαι
 ἀργύριον ἀπολλύς. Chius in omni litterarum genere
 magnum nomen est consecutus : Ephesius præter
 Homerum nihil doctus cantare : sicut de se f. te-
 tur ; cum a Socrate interrogatus utrum Homerum
 solum calleret, an etiam Hesiodum et Archilochum ;
 respondit, minime quidem istos, sed Homerum so-
 lum : atque hoc satis esse. Et aliquanto post : Ὅταν
 μὲν τις, ait, περὶ τοῦ ἄλλου ποιητοῦ διαλέγεται, οὐδὲ
 προσέχω νοῦν, ἀδυνατῶ τε καὶ ὅτιοῦν συμβαλέσθαι
 λόγου ἀξιόν, ἀλλ' ἀτεχνῶς νυστάζω, et alia plura
 in hanc sententiam. Sic igitur persuasum ha-
 beo, Chio illi et Ephesio patriam, genus, fortunam,
 ingenium, studia, mores, omnia denique præter
 nomen et ætatem disparia fuisse. Et ætatem quidem
 cum dico, cave cum Jonsio et Gerardo Vossio et
 Menagio ad Olymp. LXXII Ionem Chium rejicias,
 qui in erubescendum errorem inciderunt inscii,

Et graviter magni magno cecidere ibi casu :
 ab hominum futilissimo Æmilio Portò decepti, qui
 Suidæ verba, Ἠρῆτο τὰς τραγωδίας διδάσκειν ἐπὶ
 τῆς πρ' Ὀλυμπιάδος, ita Latina fecit, tanquam si
 Ion Olymp. LXXII scribere cœpisset. Atqui, o bone,
 πρ' sunt LXXXII : et scholiastes comici non nume-
 rorum notas, verum integra verba exhibet, ἐπὶ
 ὀδθηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος. Facile igitur
 per ætatem licitum est, usum et consuetudinem
 Ioni Chio cum Socrate fuisse. Quin ipse in suis
 scriptis Socratis mentionem fecit. Diogenes Laert.

"Ιων δὲ ὁ Χρὸς καὶ νέον ὄντα τὸν Σωκράτην εἰς Σά-
 μων σὺν Ἀρχελάῳ ἐπιδημήσαι φησι. Quid Allatius,
 malevolentia et livor, non homo? quam falsus est
 animi, cum Gyraldum credidit primum in ea [52]
 opinione fuisse? Ecce tibi e transverso Suidas :
 Jampridem is in Διθυραμβοδιδάσκαλοι idem cum
 Gyraldo senserat. Καὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἐστὶ
 λόγος εἰς αὐτόν. Porcius haud præter solitum per-
 verse; ut nihil magis : *Exstat Socratis philosophi
 oratio in ipsum scripta.* Sed de dialogo Platonis in-
 tellexit Lilius; et recte quidem : eo solum nomine
 culpandus, quod errantem ducem secutus est. Jam
 vero, cum illud exploratum sit de Olympiade LXXXII,
 quis dubitet quin Ionem Æschylus anteierit ætate?
 siquidem obiit fere septuagenarius, triennio prius
 ad minimum quam Ion ad studium tragicum se
 applicaret. Præterea, narrat Ion (apud Athenæum)
 convenisse se in insula Chio Sophoclem poetam,
 cum prætor factus navigaret in Lesbum : et (apud
 Plutarchum) memorat solitum esse Periclem jactare
 se magnificentissime, quod Samios vicisset. Ea vero
 gesta sunt Olymp. LXXXIV, IV, a morte Æschyli
 annis quindecim. Didascaliz veteres in Argumento
 Hippolyti: Ἡ ὁκνή τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θῆβαις
 ἐπιμο Τροίῳ ἐπὶ Ἀμείνωνος ἀρχόντος Ὀλυμπιάδι
 πρῶτος ἔτι δ'. Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἴων, τρί-
 τος Ἴων. Itaque Olymp. LXXXVII, IV, Ion fabula
 certavit annis septem et viginti posteaquam Æ-
 schylus mortuus est. Denique hæc, sodes, vide ex
 Aristophanis Pace :

Θε. Ὄχι ἢν ἔρ' οὐδ' ἄ λέγουσι περὶ τὸν ἄρα,
 Ὡ ἀστέρης τινόμεθ', δταν τις ἀποθάνῃ;
 Τρ. Μάλιστα.
 Θε. Καὶ τίς ἐστὶν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;
 Τρ. Ἴων ὁ Χρὸς.

Scholiasies notat Ionem jam mortem obiisse : "Οτι
 ὁ μὲν Ἴων ἤδη τέθνηκε δῆλον. Addo, etiam eodem
 anno quo acta est ea fabula, XIII videlicet belli
 Peloponnesiaci, Olymp. XC, II, uti constat ex ipsa
 comædia, ubi Tryæus sic Pacem alloquitur :

Μὴ Δ', ἀ.λ.λ' ἀπόφρον δλην σαυτῆν
 Ἄρρηταιοπρεπῶς τοῖσιν ἔρασταίς
 Ἥμῖν, οἱ σου τρυχόμεθ' ἤδη
 Τρία καὶ δέξ' ἔτη.

Jam nusquam habet Malalas, quo abdat illud puti-
 dum et inhonestum caput. Tantum [53] abest ut
 Ion Æschylō natu fuerit grandior, ut superstes ei
 fuerit annos solidos xxxvii. Nunc tempus est ut de
 Ionis scriptis fidem liberemus. Et profecto non
 immerito propter multiplicem doctrinam a Calli-
 macho laudatus est Ion. Καὶ Καλλιμάχος, ait Sui-
 das, ἐν χωλιάμοις μέμνηται αὐτοῦ, ὅτι πολλὰ ἔγρα-
 ψεν. Nam ut poemata prius recenseamus; deinde
 quæ oratione prosa composuit : *Melica* Ionis lau-
 dantur et *Dithyrambica*. Schol. Aristophanis, et
 Suidas : Ἴων διθυράμβων καὶ μελῶν ποιητής. Har-
 pocraton : Ἐγραψε δὲ μέλη πολλά. Et dithyrambo
 quidem vicit, cum Atheniensibus viritum Chii cadum
 distribuit : ex Melicis carminibus exstat *Odæ*
 principium, Ἀοῖον ἀμροροῖσαν. Ἀστέρη μείναμεν,
 ἄλιου λευκοπέφυγα πριόδρομον. Sic lege apud

A scholiastem et Suidam : male in utroque ἀεροποι-
 ταν, et in altero λευκῆ πτέρυγι. *Pæanes. Hymni,
 Scolia* sive carmina convivalia. Schol. Aristoph.
Elegiaca. Idem et Suidas. Ex *Elegis* non paucos
 versus adducit Athenæus : ut lib. XI, c. 3 : Καὶ
 Ἴων δ' ὁ Χρὸς φησι,
 Χαίρετω ἡμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πατήρ τε,
 Ἥμῖν δὲ κρητήρ οἰνοχόος θέραπες
 Κιρράντων προχύταισιν ἐν ἀργυροῖς· ὁ δὲ χρυσὸς
 Οἶνον ἔχωρ χειρῶν γιζέτω εἰς ἔδαφος·

et quæ sequuntur : ubi Casaubonum nequidquam
 astuantem videas, ut elidiat ex istis sententiam
 commodam ; nam prius correctionis indigent, quam
 a quoquam intelligi possint. Non longe aberrabi-
 mus a scopo, si sic legerimus :

..... ὁ δ' ἕκαστος
 Οἶνον ἔχωρ χειρῶν ἰζέτω εἰς ἔδαφος.
 Comædia ut comici schol. Comædia ut Suidas. *Epi-
 grammata.* Idem schol. et Anthologia *Epigram.*
 lib. III, c. 26 :

Ἴωνος εἰς Εὐριπίδην.
 Χαῖρε μελαμπέπλοις, Εὐριπίδη, ἐν τυάλοισι
 Πιερίας τὸν δεινυκτὸς ἔχωρ θάλαμον.
 Ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὦν, ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον
 Ἴσον Ὀμηροῖσις ἀνδαίος χάρισιν.

Sed omnino [54] falsa est et ementita inscriptio :
 quam ratio temporum refutat et rejicit. Mirificum
 vero poetam Ionem, qui Euripidem mortuum epi-
 grammate celebraverit, ipse jam annos tredecim
 exstinctus ! Decessit Ion. Olymp. XC, 2, anno belli
 Peloponnesiaci XIII. Euripides autem et Sopho-
 cles ejus belli XXVI anno, Olymp. XCIII, 3, uti
 constat ex Aristophanis *Ranis*, quæ actæ sunt eo
 anno Dionysiis τοῖς κατ' ἀγροῦς : ut alia argumenta
 mittam ab eruditis viris occupata. Itaque loco Ἴω-
 νο; scribendum est fortassis Ἰωάννου, vel Βίωνος
 vel Δίωνος, ut cuique libitum fuerit. *Tragediæ* nu-
 mero XII, ut alii volunt XXX, ut alii XL schol. et
 Suidas. Tituli quidem undecim a veteribus gram-
 maticis adhuc servantur. Ἀγαμέμνων, idem schol.
 et Athenæus. Hesychius : Πεδανῶ ὑπνω, ἢ πεδανῶ
 κούφω, Ἴων, Ἀγαμέμνωνι, τινὲς δὲ οὐ βεβαίω. λεγ.
 ἡπεδανῶ, κούφω. Ἀλκμήνη. Hesych. Pollux I, 23.

Ἐν δὲ τῇ Ἴωνος Ἀλκμήνη, ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς
 παρασκευῆν ἦν, θυλακίσκη ὀνόμασται. Repone ex
 cod. Vossiano, ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευῆν
 θυλακίσκος ὀνόμασται. Ἀργεῖοι Hesych. Μέγα
 δράμα. Pollux I, 45. Hesych. in Ὀνοταζομένη, et
 Μετάγγετον, μεγάλη δράματι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων,
 οἷον ἀκμάζουσαν. Lego : Μεταγγαλίταν, Ἴων Μεγάλω
 δράματι. Homines ἀκμάζοντες ætate florentes capil-
 litio fere nigro sunt, proveccti canescunt. Sed ver-
 bum id inversum est ab Ione, et ad alia tralatum,
 quæ sunt annis et viribus integris : quasi diceretur
 exempli gratia Ἴππος μελαγχάλτας equus florenti
 ætate juvenens. Φρουροί. Schol. Aristoph. Hesych.
 Athenæus : Φοίνιξ. Julius Pollux : Ἴων δὲ ἐν Φοί-
 νικι σαφέστατον· Ἄλλ' ὃ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται
 θεοί. Enarrator Comici ad *Ranas* : Τοῦτο τοῦ Ἴω-
 νό; ἐστιν ἐκ Φοινίκης ἢ καὶ Οἰνέως· Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθός

ιδεῖν βίον ἀνέρος, πολιῆται. Repone ex certissima A conjectura ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως · et versus iste Heroicus est, non alienus a tragœdia.

El δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὧ πολιῆται. sic Athenæus lib. III et IV : Ἴων ἐν Φοίνικι, ἢ Καινέ. Itaque est Φοινίξ ἢ Καινεύς et Φοινίξ δευτέρως. Vide Hesychium in Τιμαλῆς. Athenæus sine lib. IV : Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ Ἴων φησίν. Ἐκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ρυθμῷ, [55] οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ. Non de nihilo est quod codd. mss. constanter exhibent τρέχοντα · ad quorum indicium sic legerim :

... ἐκτύπου, ἄγων βαρὺν
αὐλὸν, τρέχοντα ρυθμῷν...

ut in Euripidis Rheso.

Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.

Τεύκρος. Hesychius : Ἄιδροί, ἀίδριες, Ἴων Τεύκρω ἢ Ἄιδροφῶντι, ἀίδριον ἀναρειτικῷ, scribe Ἴων, et illud alterum Hesychii peccatum est scutica dignum. Quicumque fuerit *intersector* iste *stultorum*, homo sane metuendus, sine dubio trucidasset Hesychium si occasionem hanc nactus fuisset. Vera scriptura est Ἄνδριφόντη, ἀνδρῶν ἀναρειτικῷ, ex Homericō isto :

Μηριόνης ἀτάλατος Ἐρυσίῳ ἀνδριφόντη.

Ἀμφιθώτης, περιδότης · Ἴων Τεύκρω. Legō περιδότου. Βῶσας, βεδωμένος Herodot. inde ἀμφιθωτός. Idem alibi, Ἀμφιρῶτης, περιδότης. Iterum tibi, mi Hesychi, a stulticida illo cavendum est; nam cur non ego par pari referam, et barbariam tuam ulciscar nunc demum nato vocabulo? Ὀμφάλη. Schol. Aristoph. Harpocration. Hesychius : Ἐρῶπιζόμεν, Ἴων Ὀμφάλη · τινὲς ῥωπίζειν ἀπέδοσαν τὸ ἀτεχνεύσθαι, καὶ ἀμαθεύσθαι (pro ἀμαθάνειν) κακῶς. Ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτός καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ βέβαιος, καὶ τὰ ἔσω τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανὰ καὶ σείστρα κυρίως. Legō : ἀτεχνεύσθαι. Et : Ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτός καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ γέλυαι, καὶ τὰ ἐκ τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανὰ καὶ σῆστρα κυρίως. Quanto hæc meliora quam illa Palmerii! Hesychius alibi. Ἐρωςπιζόμεν, ἢ τεχνητούμεν, ἢ σύμμικτα σχήματα εἶχον. Iterum a librariis deceptus est. Sana lectio est : Ἐρῶπιζόμεν, ἢ τεχνητούμεν, ἢ σύμμικτα χρώματα εἶχον. Etymolog. magnum : Ἐρῶπιζόμεν, εὐμικτα καὶ συμπεφορημένα ἐποιούμεν · quod ferri quidem potest; sed emendatius fortasse profertur ab Eustathio : Φέρεται δὲ καὶ ῥῆμα τὸ ῥωπίζειν, ὃ δηλοῖ τὸ σύμμικτα καὶ συμπεφορημένα ποιεῖν. Quod ad βέβαιος attinet, terminatio ος in libris mss. minuto apice signatur : illa vero non oppido dissimilia γέλυαι vel γέλυαι et βέβαιαι. Aliis est potius γέλυη numero singulari. Eustathius : Ῥῶπος, λεπτός καὶ ἀτελής (leg. εὐτελής) φόρτος, ὡς δὲ Αἴλιος Διονύσιος λέγει, καὶ ποικίλος · γέλυη δὲ, φησίν, αὐτὴν ἔλεγον οἱ πάλαιοι. Hesych. Γέλυη, ὁ ῥῶπος, καὶ βάμματα, καὶ ἀτρακτοὶ καὶ κτένες. Photius patriarcha [56] : Ῥῶπος, μηδενὸς ἄξιον, Ῥῶπος, καὶ γέλυη, ὁ ποικίλος, λεπτός φόρτος. Jam σῆστρα cer-

tissima emendatio; ea sunt canistra virgultis aut juncis contexta. Hesychius : Σῆστρα κόσκινα ἢ κύμβαλα, duo verba confundit σῆστρα et σεῖστρα, quorum hoc ἀπὸ τοῦ σεῖσιν formatur, illud ἀπὸ τοῦ σῆσιν. Achæus vetustus Hesychium tragicum docuit Omphaleu satyricam : quo de genere persuasum prorsus habeo etiam hanc Ionis fuisse. Hercules servivit Omphalæ, Genio et Veneri assidue litavit : jussus et inter ancillarum greges pensa carpere, sicubi duro et inducto pollice fila rumperebat, e vestigio hominis caput sandalium committigabat. Nihil hic triste neque tragicum : ludus jocusque omnia. Favent huic sententiæ fragmenta, quotquot supersunt, quæ nihil nisi convivia, comessationes et symphoniās pollicentur. Hesych. Μεσομφαλοὶ, φιάλαι. Etym. Πῆτι Πικτωλοῦ ῥῶας. Pollux : Καὶ τὴν μέλαιναν στίμην ὀμματογράφον. Athenæus :

... Οἶνος οὐκ ἐν
Ἐν τῷ σκύρει
Ἐριανστῶν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἀγειν.
Αὐδός τε μαγάδης αὐλὸς ἠγείσθω βοῆς.

Et lib. X :

Ἄλλ' εἶα Λυδαὶ ψάλτριά, καλαιθέτων
Ἵμνων δοῖδοι, τὸν ξένον κοσμήσατε.

Ita lege, non Ἄλλ' αἱ Λυδαί, quod versus recusat. Et eodem libro : Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλη ἐμφανίσας τὴν Ἡρακλέους ἀδδηφαγίαν ἐπιφέρει ·

Ἐπὶ δὲ τῆς Εὐφημίας
Κατέπειρε καὶ τὰ κἄλα καὶ τοὺς ἀνθρώπους.

Casaubonus corrigere conatus est, τῆς εὐφραγίας. Nollem factum. Neque enim quisquam ita locutus est; neque, si fuerit locutus, eo magis conveniret huic loco; quia syllaba secunda foret brevis. Nihil aptius excogitari potest τῆς βουλιμίας · adeo quadrant omnia, similitudo, mensura, sententia. Libet illud asserre cum probationis tum boni hominis causa,

Ἐξω τὰν βούλιμον, ἔσω τὰν πλουθυγίαν.

Atque hæc quidem de Omphale scripseram; cum Strabo mihi ad manum non esset. Postea quam copia facta est eum adeundi, delectatus sum ejus suffragio confirmari sententiam meam. Verba sunt [57] lib. I De insulis, quæ continent quondam adhærentes, postea interfuso mari avulsæ sunt. Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας φησίν ἐν Ὀμφάλη Σατυρεῖς.

D Εὐβοῖδα μὲν γῆν λεπτός Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμῶν
Πρὸς Κρήτα πορθμῷν.

Locum hunc, ait Casaubonus, depravatam esse monere possum : emendare non possum sine ope codicum. Ego vero nullis adjutus codicibus, nisi tamen in integrum restituero; nihil deprecor, ne dentatis criticorum chartis et canina eloquentia conscindar. Lego autem sic :

Εὐβοῖδα μὲν γῆν λεπτός Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμῶν
Προβλήτα πορθμῷν ·

Homerus Od. ε.

Ἄλλ' ἀκταὶ προβλήτες ἔσαν, σπιλάδες τε, ἀγοί τε.

et hymno in Bacchum :

Ἴων δὲ ὁ Χῖος καὶ νέον ὄντα τὸν Σωκράτην εἰς Σά-
 μον σὺν Ἀρχελάῳ ἐπιδημησάτω φησι. Quid Allatius,
 malevolentia et livor, non homo? quam falsus est
 animi, cum Gyraldum credidit primum in ea [52]
 opinione fuisse? Ecce tibi e transverso Suidas :
 Jampridem is in Διουραμβοδιδάσκαλοι idem cum
 Gyraldo senserat. Καὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἐστὶ
 λόγος εἰς αὐτόν. Porius haud præter solitum per-
 verse; ut nihil mag's : *Exstat Socratis philosophi*
oratio in ipsum scripta. Sed de dialogo Platonis in-
 tellexit Lilius; et recte quidem: eo solum nomine
 culpandus, quod errantem ducem secutus est. Jam
 vero, cum illud exploratum sit de Olympiade LXXXII,
 quis dubitet quin Ionem Æschylus anteierit ætate?
 siquidem obiit fere septuagenarius, triennio prius
 ad minimum quam Ion ad studium tragicum se
 applicaret. Præterea, narrat Ion (apud Athenæum)
 convenisse se in insula Chio Sophoclem poetam,
 cum prætor factus navigaret in Lesbum: et (apud
 Plutarchum) memorat solitum esse Periclem jactare
 se magnificentissime, quod Samios vicisset. Ea vero
 gesta sunt Olymp. LXXXIV, IV, a morte Æschyli
 annis quindecim. Didascalice veteres in Argumento
 Hippolyti: Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις
 ἐπιμο Τροϊζήνι ἐπὶ Ἀμείνωνος ἀρχόντος Ὀλυμπιάδι
 πρῶτος ἔπει δ'. Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρί-
 τος Ἴων. Itaque Olymp. LXXXVII, IV, Ion fabula
 certavit annis septem et viginti posteaquam Æ-
 schylus mortuus est. Denique hæc, sodes, vide ex
 Aristophanis Pace:

Θε. *Ὀὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἄ λέγουσι περὶ τὸν ἄερα,*
ὡ ἀστέρης γινόμεθ', ὅταν τις ἀποδῶνῃ;
 Τρ. *Μάλιστα.*
 Θε. *Καὶ τίς ἐστὶν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;*
 Τρ. *Ἴων ὁ Χος.*

Scholias tenet Ionem jam mortem obiisse: Ὅτι
 ὁ μὲν Ἴων ἤδη τέθνηκε δῆλον. Addo, etiam eodem
 anno quo acta est ea fabula, XIII videlicet belli
 Peloponnesiaci, Olymp. XC, II, uti constat ex ipsa
 comædia, ubi Trygæus sic Pacem alloquitur:

Μὴ Δ', ἀλλ' ἀπόζηρον δὴν σαυτῆρ
Ἐνναίοπρεπῶς τοῖσιν ἐρασταῖς
Ἥμιν, οἱ σου τρυχέμεθ' ἤδη
Τρία καὶ δέκα ἔτη.

Jam nusquam habet Malalas, quo abdat illud puti-
 dum et inhonestum caput. Tantum [53] abest ut
 Ion Æschylo natu fuerit grandior, ut superstes ei
 fuerit annos solidos XXXVII. Nunc tempus est ut de
 Ionis scriptis fidem liberemus. Et profecto non
 immerito propter multiplicem doctrinam a Calli-
 macho laudatus est Ion. Καὶ Καλλιμάχος, ait Sui-
 das, ἐν χωλιάρμοις μέμνηται αὐτοῦ, ὅτι πολλὰ ἔγρα-
 ψεν. Nam ut poemata prius recenseamus; deinde
 quæ oratione prosa composuit: *Melica* Ionis lau-
 dantur et *Dithyrambica*. Schol. Aristophanis, et
 Suidas: Ἴων διθυράμβων καὶ μελῶν ποιητής. Har-
 procratio: Ἐγραψε δὲ μέλη πολλά. Et dithyrambo
 quidem vicit, cum Atheniensibus viritum Chii eadum
 distribuit: ex Melicis carminibus exstat Odæ
 principium, Ἀοῖον ἀμεροφοῖταν. Ἀστέρη μείναμεν,
 ἄελίου λευκοπέτρυγα πρόδρομον. Sic lege apud

A scholiastem et Suidam: male in utroque ἀεροφοῖ-
 ταν, et in altero λευκῆ πέτρυγι. *Pisanes. Hymni,*
Scolia sive carmina convivalia. Schol. Aristoph.
Elegiaca. Idem et Suidas. Ex Elegis non paucos
 versus adducit Athenæus: ut lib. XI, c. 3: Καὶ
 Ἴων δ' ὁ Χῖος φησι,
Χαιρέτω ἡμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πατήρ τε,
Ἥμιν δὲ κρητήρ οἰνοχόοι θέραπες
Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις· ὁ δὲ χρυσὸς
Ὀῖνον ἔχων χειρῶν ριζέτω εἰς ἔδαφος·
 et quæ sequuntur: ubi Casaubonum nequidquam
 astuantem videas, ut eliciat ex istis sententiam
 commodam; nam prius correctionis indigent, quam
 a quoquam intelligi possint. Non longe aberrabi-
 mus a scopo, si sic legerimus:

... ὁ δ' ἕκαστος
Ὀῖνον ἔχων χειρῶν ῥιζέτω εἰς ἔδαφος.

Comædia ut comici schol. *Comædia* ut Suidas. *Epi-*
grammata. Idem schol. et Anthologia *Epigram.*
 lib. III, c. 26:

Ἴωνος εἰς Εὐριπίδην.
Χαῖρε μελαμπέλοισ, Εὐριπίδη, ἐν γυάλοισι
Πιερίας τὸν δεινὸς ἔχων θάλαμον.
Ἴσθι δ' ὑπὸ χροῦδος ὦρ, ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον
 ἔσται,

Ἴσον Ὀμηρίαις ἀνδράσι χάρισιν.

Sed omnino [54] falsa est et ementita inscriptio:
 quam ratio temporum refutat et rejicit. Mirificum
 vero poetam Ionem, qui Euripidem mortuum epi-
 grammate celebraverit, ipse jam annos tredecim
 extinctus! Deceat Ion. Olymp. XC, 2, anno belli

C Peloponnesiaci XII. Euripides autem et Sopho-
 cles ejus belli XXVI anno, Olymp. XCII, 3, uti
 constat ex Aristophanis Ranis, quæ actæ sunt eo
 anno Dionysiis τοῖς κατ' ἀγροῦς: ut alia argumen-
 ta mittam ab eruditis viris occupata. Itaque loco Ἴω-
 νο; scribendum est fortassis Ἰωάννου, vel Βίωνος
 vel Δίωνος, ut cuique libitum fuerit. *Tragediæ* nu-
 mero XII, ut alii volunt XXX, ut alii XI schol. et
 Suidas. Tituli quidem undecim a veteribus gram-
 maticis adhuc servantur. *Ἀγαμέμνων*, idem schol.
 et Athenæus. Hesychius: Πεδανῶ ὑπνω, ἡ πεδινῶ
 κόρυφ, Ἴων, Ἀγαμέμνονι, τινὲς δὲ οὐ βεβαίω. leg.
 ἡ πεδανῶ, κόρυφ. Ἀλκμήνη. Hesych. Pollux X, 23.
 Ἐν δὲ τῇ Ἴωνος Ἀλκμήνῃ, ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς
 παρασκευὴν ἦν, θυλακίσκη ὠνόμασται. Repone ex
 cod. Vossiano, ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν
 θυλακίσκος ὠνόμασται. Ἀργεῖοι Hesych. *Μέγα*
δρᾶμα. Pollux X, 45. Hesych. in Ὀνοταζομένη, et
 Μελάγγετον, μέγα δρᾶματι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων,
 οἷον ἀκμάζουσαν. Lego: Μελαγγαίταν, Ἴων Μεγάλῃ
 δρᾶματι. Homines ἀκμάζοντες ætate florentes capil-
 litio fere nigro sunt, proveccti canescunt. Sed ver-
 bum id inversum est ab Ione, et ad alia trālatum,
 quæ sunt annis et viribus integris: quasi diceretur
 exempli gratia ἵππος μελαγγαίτας equus florenti
 ætate juvenens. *Φρουροί.* Schol. Aristoph. Hesych.
 Athenæus: *Φοίνιξ.* Julius Pollux: Ἴων δὲ ἐν Φοί-
 νικι σαφέστερον· Ἄλλ' ὃ θυρέτρων τῶνδε κομῆται
 θεοί. Enarrator Comici ad Ranas: Τοῦτο τοῦ Ἴω-
 νό; ἐστὶν ἐκ Φοινίκης ἢ καὶ Οἰνέως· Εἰ δ' ἐγὼ δρθῶς

ιδεῖν βίον ἀνέρος, πολιῆται. Repone ex certissima A conjectura ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως · et versus iste Heroicus est, non alienus a tragœdia.

Et δ' ἐγὼ ὀρθῶς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὧ πολιῆται. sic Athenæus lib. III et IV : Ἴων ἐν Φοίνικι, ἢ Καινέι. Itaque est Φοινίξ ἢ Καινέως et Φοινίξ δευτέρως. Vide Hesychium in Τιμαλφῆς. Athenæus sine lib. IV : Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ Ἴων φησίν. Ἐκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ρυθμῷ, [55] οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ. Non de nihilo est quod codd. mss. constanter exhibent τρέχοντα · ad quorum indicium sic legerim :

... ἐκτύπου, ἄγων βαρὺν
αὐλὸν, τρέχοντα ρυθμῷ...

ut in Euripidis Rheso.

Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.

Τεύκρος. Hesychius : Ἄϊδροι, ἀϊδριες, Ἴων Τεύκρω ἢ Ἀϊδροφῶντι, ἀϊδριων ἀναιρετικῷ, scribe Ἴων, et illud alterum Hesychii peccatum est scutica dignum. Quicumque fuerit *intersector* iste *stultorum*, homo sane metuendus, sine dubio trucidasset Hesychium si occasionem hanc nactus fuisset. Vera scriptura est Ἀνδριφόντη, ἀνδρῶν ἀναιρετικῷ, ex Homericō isto :

Μηριόνης ἀτάλατος Ἐρναλίῳ ἀνδριφόντη.

Ἀμφιβώτης, περιβόητος · Ἴων Τεύκρω. Legō περιβόητου. Βώσας, βεβωμένος Herodot. inde ἀμφιβώτος. Idem alibi, Ἀμφιβώτης, περιβόητος. Iterum tibi, mi Hesychi, a stulticida illo cavendum est ; nam cur non ego par pari referam, et barbariam tuam ulciscar nunc demum nato vocabulo ? Ὀμφάλη. Schol. Aristoph. Harpocraton. Hesychius : Ἐρρωπιζόμεν, Ἴων Ὀμφάλη · τινὲς ῥωπιζεῖν ἀπέδοσαν τὸ ἀτεχνεύεσθαι, καὶ ἀμαθεύεσθαι (pro ἀμαθαίνειν) κακῶς. Ἔστι γὰρ ῥῶπος, ὁ λεπτός καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ βέβαιος, καὶ τὰ ἔσω τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανὰ καὶ σείστρα κυρίως. Lego : ἀτεχνεύεσθαι. Et : Ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτός καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ γέλασι, καὶ τὰ ἐκ τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανὰ καὶ σῆστρα κυρίως. Quanto hæc meliora quam illa Palmerii ! Hesychius alibi. Ἐρωπιζόμεν, ἢ τεχνητευόμεν, ἢ σύμμικτα σχήματα εἶχον. Iterum a librariis deceptus est. Sana lectio est : Ἐρρωπιζόμεν, ἢ τεχνητευόμεν, ἢ σύμμικτα χρώματα εἶχον. Etymolog. magnum : Ἐρρωπιζόμεν, εὐμικτα καὶ συμπεφορημένα ἐποιοῦμεν · quod ferri quidem potest ; sed emendatius fortasse profertur ab Eustathio : Φέρεται δὲ καὶ ῥῆμα τὸ ῥωπιζεῖν, ὃ δηλοῖ τὸ σύμμικτα καὶ συμπεφορημένα ποιεῖν. Quod ad βέβαιος attinet, terminatio ος in libris inss. minuto apice signatur : illa vero non oppido dissimilia γέλασι vel γέλασι et βέβαι. Aliis est potius γέλασι numero singulari. Eustathius : Ῥῶπος, λεπτός καὶ ἀτελής (leg. εὐτελής) φόρτος, ὡς δὲ Αἴλιος Διονύσιος λέγει, καὶ ποικίλος · γέλασι δὲ, φησίν, αὐτὴν ἔλεγον οἱ πηλαιοί. Hesych. Γέλασι, ὁ ῥῶπος, καὶ βάμματα, καὶ ἀτρακτοὶ καὶ κτένες. Photius patriarcha [56] : Ῥῶπος, μηδενὸς ἀξίον, Ῥῶπος καὶ γέλασι, ὁ ποικίλος, λεπτός φόρτος. Jam σῆστρα cer-

tissima emendatio ; ea sunt canistra virgultis aut juncis contexta. Hesychius : Σῆστρα κόσκινα ἢ κύμβαλα, duo verba confundit σῆστρα et σείστρα, quorum hoc ἀπὸ τοῦ σείειν formatur, illud ἀπὸ τοῦ σῆθειν. Achæus vetustus tragicus docuit Omphale satyricam : quo de genere persuasivum prorsus habeo etiam hanc Ionis fuisse. Hercules servivit Omphale, Genio et Veneri assidue litavit : jussus et inter ancillarum greges pensa carpere, sicubi duro et inducto pollice fila rumpebat, e vestigio hominis caput sandalium committigabat. Nihil hic triste neque tragicum : ludus jocusque omnia. Favent huic sententiæ fragmenta, quotquot supersunt, quæ nihil nisi convivias, comessationes et symphoniās pollicentur. Hesych. Μεσομφαλοὶ, φιάλαι. Etym. Πῆτι Πακτωλοῦ ῥῶας. Pollux : Καὶ τὴν μέλαιναν στίμιν ὀμματογράφον. Athenæus :

... Οἶνος οὐκ ἐνι

Ἐν τῷ σκύφει ...

Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἀγειν.

Λυδὸς τε μαγάδις αὐλὸς ἠγείσθω βοῆς.

Et lib. X :

Ἄλλ' εἰα Λυδαὶ ψάλτριάι, καλαιθέτων

Ἰγμῶν δοῖδοι, τὸν ἔξρον κοσμήσατε.

Ita lege, non Ἄλλ' αἱ Λυδαί, quod versus recusat. Et eodem libro : Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλη ἐμφανίσας τὴν Ἡράκλειους ἀδδηφαγίαν ἐπιφέρει :

Ἰγὸ δὲ τῆς Εὐφημίας

Κατέπειρε καὶ τὰ κἄλα καὶ τοὺς ἀνθρώπους.

Casaubonus corrigere conatus est, τῆς εὐφαγίας. Nollem factum. Neque enim quisquam ita locutus est ; neque, si fuerit locutus, eo magis conveniret huic loco ; quia syllaba secunda foret brevis. Nihil aptius excogitari potest τῆς βουλιμίας · adeo quadrant omnia, similitudo, mensura, sententia. Libet illud afferre cum probationis tum boni hominis causa,

Ἐξω τὰν βούλιμον, ἔσω τὰν πλουθυγίσιαν.

Atque hæc quidem de Omphale scripseram ; cum Strabo mihi ad manum non esset. Postea quam copia facta est eum adeundum, delectatus sum ejus suffragio confirmari sententiam meam. Verba sunt [57] lib. I De insulis, quæ continenti quondam adhærentes, postea interfuso mari avulsæ sunt. Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας φησίν ἐν Ὀμφάλη Σατυρεῖς.

D Εὐβοῖδα μὲρ γῆν λεπτός Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ', ἀκτῆς, ἐκτεμῶν
Πρὸς Κρήτα πορθμῶν.

Locum hunc, ait Casaubonus, depravatam esse monere possum : emendare non possum sine ope codicum. Ego vero nullis adjutus codicibus, nisi tamen in integrum restituero ; nihil deprecor, ne dentatis criticorum chartis et canina eloquentia conscindar. Lego autem sic :

Εὐβοῖδα μὲρ γῆν λεπτός Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ', ἀκτῆν ἐκτεμῶν
Προβλήτα πορθμῶν.

Homerus Od. ε.

Ἄλλ' ἀκταὶ προβλήτες ἔσαν, σπιδάδες τε, ἀ-
[γοὶ τε.

et hymno in Bacchum :

... Ὡς ἐβόηη παρά θιν' ἀλλεῖ ἀτυρέτω
'Ἀκτῆ ἐπὶ προβλήτῃ.

Nec minus recte illud κορθῶ Pomp. Mela : Sicilia aliquando continens, et agro Brutio annexa, post freta maris Siculi, abscissa est. Idem Casaubonus legit Ὀμφάλη Σατυρικῆ, vel Σατυρικῶ videlicet δράματι· nam Ionis Omphalam, ut Achæi, satyricam fuisse putat. Postea tamen oblitus est hujus loci, cum aureolum illum libellum De satyrica composuit. Sic enim narrat p. 186 : *Scripterat et Ion Chius poeta tragicus Omphalam : sed id drama fuisse satyricum nusquam lego.* Tu revoca in memoriam quæ scripsimus supra paulo in hac Epistola, et sine cunctatione lege ἐν Ὀμφάλη Σατύροις. Illud etiam notandum, cum numero singulari conjungi Σατύρους· cujus rei exemplum tunc non habuimus. Sic Lycophronis Μενέδημον Σατύρους laudant Athenæus et Laertius. Janique etiam in memoriam redeo luculenti loci apud Galenum Comm. 1 n 1 v Ἐπιδημιῶν, ubi Sophocles citatur in Σαλαμῖνι Σατύροις. Is ita se habet. Νυνὶ δὲ ἀρχέσει τοῖς γραμματικοῖς ἀκολουθήσαντα, κατὰ τὴν ἐκείνων διάταξιν εἰπεῖν τι περὶ τῶν κατὰ τὴν πέμψιγα σημαίνοντων. Δοκεῖ μὲν γὰρ αὐτῆν ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς λέγειν. Ἀπῆξε πέμψιζιν οὐ πάλας φόρου (lege Ἀπῆξε πέμψιζε Ἰσνίου πέλας φόρου.

Sic Æschylus [58] Prometheus :

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχ' ἔς,
Σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μῆμα τοῖς πάσι βροτοῖς.

Apollonius Rhodius lib. iv, loquens de Colchis :

Τῶ καὶ ὑπέβηη τοῖς γε βαλὼν ὑπὲρ ἀνέμου γαίης
κῶλον ἔσω πόντοιο πανέσχαστον Ἰονίωτο.

Vel ad hunc modum, si id minus placet, æque comoda mutatione ;

'Ἀπῆξε πέμψιζε ἔξ ἔω σελευσφόρου.)

Καὶ αὐτὸς ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις· καὶ τάχ' ἂν κεραύνια πέμψιζε βροντῆς καὶ δυσσομίας λάβοι. (lege — καὶ τάχ' ἂν Κεραύνια Πέμψιζε βροντῆς καὶ δυσσομίας βάλοι.) Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ (imo vero Λυομένω.)

Εὐθείαν ἔρπε τήρθε· καὶ πρότιστα μὲν
Βορέαδας ἤξειε πρὸς πνοάς, ἴν' εὐλαβοῦ
βρόμον καταγίγοντα, μὴ σ' ἀναρπάσῃ
Δυσχειμέρω πέμψιγι ξυστρέψας ἄφρω.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ τῆς πέμψιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς κατὰ τὰς τὰς ἐπη· κἂν ἐθαύμασα τῆδε σκοπῶν πέμψιγα χρυσεῖαν ἰδῶν. (lege — Κάπεθαύμασα Τηλέσκοπον πέμψιγα χρυσεῖαν ἰδῶν.) Οὕτω καὶ Αἰσχύλος. Ἐξαντιαία; οὕτε πέμψιζε ἡλίου προσδέρεται, οὕτ' ἄστερον στόμα λητώας κέρης. (lege Αἰσχύλος ἐν Ξαντρίαις.)

'Ἄς οὕτε πέμψιζε ἡλίου προσδέρεται,
Ὅστ' ἄστερον ἄνδρ' ἄμμο Αητώας κέρης.

Ea fabula citatur in Catalogo dramatum et Scholiiis Eumenidum. Pollux, x, e. 26: Τὰς μέντοι λαμπάδας καὶ Κάμακα; εἰρηκεν ἐξαντρίας Αἰσχύλος. Ms. codex Is. Vossii habet ἐν Ξαντρίαις, ut et antea viri docti ex conjectura emendarunt. Porro Æschylus in his

A versibus se ipse imitatus est : nam hæc habet in Prometheus victo de Græcis sive Phorcilibus :

Μονόδοτες, ἄς οὐθ' ἡλῖος προσδέρεται
'Ἀκτίων, οὐθ' ἡ τῦκτερος μῆνη ποτέ.)

Ἐπὶ δὲ τῆς βαγίτιδος [59] (lege βανίτιδος) ὁ αὐτὸς φησὶ ἐν Προμηθεῖ·

'Ἐξευλαβοῦ δὲ, μὴ σε προσβάλλῃ στόμα
Πέμψιζε· πικρὰ γὰρ κού διὰ ζωῆς ἀτμοί.

Καὶ ἐν Πενθεῖ· Μηδ' αἵματος πέμψιγα πρὸς πέδω
βάλῃς. Ἐπὶ δὲ τοῦ νέφους δοκεῖ τετάχθαι κατὰ τὸδε τὸ ἔπος ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις παρὰ Σοφοκλεῖ· Πέμψιγι πᾶσαν ὀφθαλμῶν πυρὸς. (Scrib. Πέμψιγι πᾶσαν ὄψιν ἀγγέλω πυρὸς.) Καὶ παρ' Ἰδύκω· Πυκινὰς πέμψιγας πτόμενοι. Αἰλέκταν δὲ οὕτως ὁ λόγος αὐτῷ κατὰ τινα παραβολὴν ἐπιχειμαζομένων (lege

B ἐπὶ χειμ.) εἰρημένην, διὸ καὶ τῶν προγνωστικῶν οἱ πλείστοι ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς θυμους σταγόνων εἰρησθαί φασὶ τὰς πέμψιγας. Ὁ δὲ Καλλιμαχος φῶς· Μηδὲ διὰ πεμφίγων ἐνάγουσιν ἔα. Ὁ δὲ Εὐφορίων οὕτως· εἶπε δ' ἄνθη πέμψιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα. Versus est hexametrus, Εἰ πεδαναί, vel Ἴπεδαναί πέμψιγας ἐπιτρύζουσι θανόντα. I. e. murmure suo quasi lamentari videntur. Possis etiam legere, ἐπικλύζουσι. Quod ad Σαλαμῖνα Σατύρους; attinet, cujus gratia cætera emendavimus, nemo me adduxerit, ut verbum mendo esse vacuum existimem. Æschylus quidem fecit Σαλαμῖνα, sive Σαλαμινίας· Sophocles fabulæ, quæ eo titulo inscripta sit, nemo alius meminit. Ausim pro certo dicere lectionem rectam esse Σαλμωνεῖ Σατύροις. Hesychius bis : Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ.

C Quatuor hic invectus equis, et lampada quassans,
Per Graium populos, mediæque per Elidis urbem
Ibat ovens, divinumque sibi poscebat honorem,
Demens! qui nimbos et non imitabile fulmen
Ære, et cornipedum pulsus simularet equorum.

Hactenus quidem argumentum est satyris aptum, et conveniens ad hilarem et festum diem. Huc quoque fragmenta illa videntur pertinere; quæ verba sunt ejuspiam quæ faceret et urbane irridet joculari rem illam simiam Tonantis :

Καὶ τάχ' ἂν Κεραύνια
Πέμψιζε βροντῆς καὶ δυσσομίας βάλοι.
Forsan et petet Ceruvinia
Odre tetro et vi corusca Iulminis.

Et [60] illud alterum :

D Πέμψιγι πᾶσαν ὄψιν ἀγγέλω πυρὸς.
Nimbo ora velans nuntio tonitruū.

Atque hucusque Sophocles in eo dramate processit ; nam quæ sequuntur, plane tragica sunt, et lamentabili carmine deploranda.

At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non i'le faces, nec fumea tardis
Lumina), præcipitemque immani turbine adegit.

Et hæc quidem conjectura probabilis videntur : sed extra controversiam rem statuit Athenæus lib. xi: Κλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ κοττάθου ἐφεστηγός, ὄφου (leg. ἐφ' οὐ) τὰς λάτρυγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον, ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ χάλκεον ἔφη κάρη, λέγων οὕτως·

Τὰ δ' ἔστι κλισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος,

*Τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια
τίθῃμι, καὶ βυλόντι χάλκειον κάρα.*

Jam si potes, dubita, an drama satyricum fuerit necne. Profecto qui potest animum inducere, ut versus proximos autemet in tragœdia posse dici: auctor ego sum, ut prius quid sit tragœdia, quid satyra discat, quam de rebus aliquantum a vulgari notitia remotis sententiam ferat.

Undecima Ionis fabula *Εὐρυτίδαι*. Athenæus, lib. xi Plesych. Ἰήτος θρήνον σημαίνει, ὡς Σοφοκλῆς Τρωίῳ καὶ Ἴων Ἐρυτίδαις. Lege *Εὐρυτίδαις*. Ἀθίκτορας, ἀνεπάφους παρθένους, ὅσον Εὐρύτιδες. Pulchre fecisse sibi visus est, qui emendavit, ὅσον Εὐρυπίδης. Tu vero meo periculo repono, Ἀθίκτους κόρας, ἀνεπάφους παρθένους, Ἴων Εὐρυτίδαις. Eurytidæ autem, ne quis forte nesciat, sunt Euryti **B** Oechaliensis filii, quos Hercules occidit. Habes tragœdiæ argumentum. Non prætermittendus est insignis locus apud schol. Soph. ad Trachinias, Διαφωνεῖται ὁ τῶν Εὐρυτιδῶν ἀριθμός. Ἡσίοδος μὲν γὰρ (in Ἡοίαις, ut rufo, vel Ἡρωικῇ γενεαλογίᾳ) τέσσαράς φησιν ἐξ Εὐρύτου καὶ Ἀντιόχης παῖδας οὕτως.

*Ἡ δ' ὀπλοκσσαμένη καλλιζῶνος Στρατονίκη
[61] Εὐρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνυτο φίλιον*

*Τοῦ δ' υἱοῦ ἐγένοντο Δηῖον τε, Κλυτίος τε,
Τοξεύς τ' Ἀντίθεος, ἠδ' Ἴφιτος δέος Ἄρηος.
Τοὺς δὲ μὲθ' ὀπλοτάτην τέκτο ξανθὴν Ἰόλειαν
Ἀντιόχη κρείουσα, παλαιὸν γένος Ἀβυλλίδαο.*

Κρεόφιλος δὲ δύο Ἀριστοκράτης δὲ τρεῖς, Τοξέα, Κλυτίον, Δηῖονα. Satis jam pernosti, qui sint Ionis Eurytidæ. Sed haud plene satisfactum esset promisso nostro; si versus eos dimitteremus ex manibus, et mendum teterrimum silentio dissimularemus. Principio legendum Ἀντιόπη. Schol. Apollonii: Κλυτίος καὶ Ἴφιτος οἱ τῆς Ἀντιόπης παῖδες. Hyginus: *Clytius et Iphitus Euryti et Antiope Pylonis filii filii*. Quæ quasi manu nos ducunt ad cætera corrigenda. Jam enim Hygini auctoritate scribo Πύλωνος pro παλαιὸν γένος: atque adeo, ut pompam et præcæmia missa faciam, versum hunc integrum præstabo, sicut ab Hesiodo profectus est,

Ἀντιόπη κρείουσα Πύλωνος Ναυβολλίδαο.

Nam cedo mihi unum, qui Auboli vel Aubolidæ meminuit. Naubolus vero nemini ignotus esse possit, qui labris primoribus gustavit litteras humaniores. Apollonius Rhodius:

*Τῷ δ' ἐπὶ δὴ θελοιο κίεν Δαρδαίο γενέθλη
Ναύπλιος, ἣ γὰρ ἔην Κλυτονίου Ναυβολλίδαο,
Ναύβολος αὖ Ἀέρον.*

Convenient ætas, locus: ut, quanquam de hac re nullum verbum faciant alii scriptores, nihil tamen impediatur, quo minus Pylon Nauboli filius esse potuerit. Denique pro Κρεόφιλος lege Κρεώφυλος: qui poema composuit Οἰχαλίας ἄλωσιν: ad quod respexit scholiastes. De Creophylo consulantur Apuleius, Porphyrius, Strabo, Sextus Empiricus, Suidas, Scriptor certaminis Hesiodi et Homeri, Plato Πολιτικῶν x. Photius in Lexico ms.

Α Κρεώφυλος Πολιτείας ἴ. Ὁ γὰρ Κρεώφυλος, ὃ Σώκρατες, ἴσως ὁ Ὀμήρου ἑταῖρος: τοῦτον τινες καὶ διδάσκαλον Ὀμήρου λέγουσι γεγενῆσθαι, καὶ ἔστιν αὐτοῦ ποιήμα Οἰχαλίας ἄλωσις. Ἀρχαῖος μὲν ὄν ἔστι, νεώτερος δὲ ἱκανῶς Ὀμήρου. Pausanias Messenicis: Θεσσαλοὶ δὲ καὶ Εὐβοεῖ; λέγουσιν, εἰ μὲν ὡς τὸ Εὐρύτιον πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία: τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος ἐν Ἡρακλείᾳ πεποίηκεν ὁμολογούντα. *Heracleam* hanc diversam [62] esse totam ab Οἰχαλίας ἄλωσει sententia est Ger. Vossii. Ægidius vero Menagius as severanter affirmat pro ἐν Ἡρακλείᾳ scribendum esse ἐν Οἰχαλίᾳ. Demiror equidem viros excellentes ingenio et doctrina morbo minime desperato medicinam non reperisse: quæ, nisi me omnia fallunt, hæc est: Τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος Ἡρακλέα πεποίηκεν ὁμολογούντα. *Eubæensium autem sententiæ Creophylus Herculem induxit convenienter loquentem*. Enimvero pars magna illius poematis fuit Hercules; ut propemodum jam illud audire mihi videar:

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε βῆν Ἡρακλήδη.

Similis locutio est in istis, quæ occasione alia supra adduximus: Ἐν τοῖς Κρήσιν Εὐρυπίδης Ἰακρον μονοδοῦντα ἐποίησεν, et Ἐν ταῖς Κρήσσις Ἀερόπην εἰσῆγαγε πορνεύουσαν: neque opus est, ut plures testes excitemus. Sunt qui Οἰχαλίας ἄλωσιν ad Homerum referunt; sicut auctor est Callimachus apud Strabonem et Sextum:

*Τοῦ Σαμίου πόρος εἰμι, δέμω ποτὲ θεῖον Ὀμηρον
Δεξιμένον: κλυτῷ δ' Εὐρυτον ὄσσο' ἔπαθε
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν: Ὀμηρεῖον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα: Κρεωφύλω, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.*

Suidas in Ὀμηρος. Ἀναφέρεται δὲ εἰς αὐτὸν καὶ ἄλλα τινὰ ποιήματα, Ἀμαζόνια, Ἰλιάς μικρά, Νόστοι, Ἐπικυχλίδες, Ἠθιέπακτος ἦτοι Ἰαμβοί, Σικελίας ἄλωσις. Sed pro Σικελίας sine ulla dubitatione legendum est Οἰχαλίας. Addam illud quoque, quod, si bene Millium meum novi, prætermisum esse graviter tulisses: nimirum Ἠθιέπακτος esse verbum nihili, et aliquanto inferius sic scribi, Ἐπταπάκτιος. Καὶ Ἐπταπάκτιον, αἶτ, καὶ Ἐπικυχλίδας ἐποίησεν. Et prima quidem specie ea conjectura vera videbatur, ἔπτα scilicet Ἐπιγονοί. Meminiram enim et septem esse Epigonos, et ad Homericorum poematum numerum ascribi. Herodotus iv: Ἄλλ' Ἡσιόδῳ μὲν ἔστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημῆνα, ἔστι δὲ καὶ Ὀμήρῳ ἐν Ἐπιγόνουσι, εἰ δὲ τῷ ὄντι γὰρ Ὀμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησεν. Sed repudiavi continuo illam sententiam, ubi animadverti Epigonos esse ἔπη καὶ οὐκ Ἰάμβους, non senarios, sed hexametros. Scriptor certaminis Homeri et Hesiodi: Ὁ δὲ Ὀμηρος ἀποτυχὼν τῆς νίκης, περιερχόμενος ἔλεγε τὰ ποιήματα: πρῶτον μὲν τὴν Θηβαῖδα ἔπη ζ'. ἦς ἡ ἀρχή,

[63] Ἄργος ἄειδε, ὄσα, πολυδίφιον' ἐνθα ἀνακτες.
Ἐῖτα ἐπιγομένον (lege non dubitauerit Ἐπιγόνους)
ἔπη ζ' ὄν τ' ἀρχή.

Νῶν αὖθ' ἐπιτοξέων ἀνδρῶν ἀρχόμεθα, Μοῦσαι.

Alii et Thebaidem et Epigonos attribuunt Antimacho Colophonio. De illa quidem res est vulgaris : de his testem habeo Scholiastem Aristoph. ad Pacem : Παί. Νῦν αἴθ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα — σχολ. ἀρχὴ τῶν Ἐπιγόνων Ἀντιμάχου. Verum extra omnem controversiam rem posuit Joannes Tzetzes, qui utriusque scripti simul mentionem facit, in *Iliade interpretata allegorice*, quæ nondum edita est :

Τρία καὶ δέκα γέγραφε μνημόσυρον βιβλία, Μαρτίτην τε, καὶ Αἰγάτε, καὶ τῶν Μουσῶν τὴν μὲ-

τὴν Ἐπιγόνων μάχην τε γράφει, καὶ Θεβαΐδα. τὴν Οἰχυλλίαν, Κέρκωπας εἰς τοὺς θεοὺς τε Ὑμ-

καὶ τοὺς Ἐπτὰ ἐπάκτιον καὶ τὰς Ἐπικυκλίδας. Καὶ Ἐπιγράμματα πολλὰ σὺν Νυμφικοῖς τοῖς

καὶ τὴν Ὀδύσσειαν αὐτὴν μετὰ τῆς Ἰλιάδος.

In his etiam *Oechatiam* habes : sed aliud exemplar non τοὺς habet, verum τὴν ἐπτὰ ἐπάκτιον. Aut ego plane desipio, aut legendum est,

Καὶ τὴν Ἐπταεπάκτιον καὶ τὰς Ἐπικυκλίδας postremam enim vocem non Suidas tantum, sed et Herodotus ita exhibet, et Athenæus lib. II et XIV. Quin etiam apud Suidam illud ἐπταπάκτιον ad hoc exemplum corrigendum est : et pro ἠθιεπάκτιος scribendum videtur ἡ ζεπάκτιος, i. e. ἡ ἐπταεπάκτιος. Nam ζ' notat ἐπτά. Sic apud Hesychium : Ἐννεωρὸς θέτης· lege θ' ἔτης, i. e. ἑναέτης, quia θ' significat ἑννέα· et verbo uno interjecto, Ἐννήης, σώφρων, ἀληθής, ἀγαθός, πατρῷος. Librarii, ut compendium operæ faciant, πηρ scribunt pro πατήρ, et pro πατρῷος, πρῶτος quod in hoc loco depravatum est ex πρῶτος. vide Hes. in Ἐννήης. Cæterum de notione τῆς Ἐπταεπακτίου, ut et illud attingam, facillimum est multa comminisci : proxime tamen, opinor [64], ad verum accedent, qui Homerum putaverint in opusculo illo lusisse de hominibus quibusdam numero septem, qui ἐπ' ἀκτῆς, in littore, cibo vel somno curabant corpora, vel aliud quid jocosum et ridiculum faciebant. Homerus ipse in *Certamine cum Hesiodo* : Ἀνδράσι ληϊστῆρσιν ἐπ' ἀκτῆς ὄρπον ἐλέσθαι· et *Odyss.* Υ'·

Τὸν δ' ἄρ' ἐπ' ἀκτῆς εὖρε καθήμενον.

Et Herodotus in vita Homeri : Καὶ οὕτως ἀναλαβόντες αὐτὸν ἀνήχθησαν, καὶ ἴσχωσιν ἐπ' ἀκτῆς· οἱ μὲν δὴ ἀλιεῖς πρὸς ἔργον ἐτρέψησαν, ὃ δὲ Ὀμηρος τὴν νόκτα ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ κατέμεινε. Et aliquanto inferius : Καὶ ἀναχθεῖς μετὰ τινῶν ἔγχωρίων ἀπηνέστη εἰς τὴν Ἴων· καὶ ὠρμίσθησαν οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς. Atque hanc vel illam rem verisimile est argumentum et occasionem poemati dedisse. Venio ad ea quæ *oratione prosa* Ion composuit. Nam in eo genere libros edidisse testis est Plutarchus, *De fortuna Romanorum* : Ἴων μὲν οὖν ὁ ποιητῆς ἐν τοῖς δίσχαι μέτρον καὶ καταλογάδην αὐτῷ γεγραμμένους φησὶν, ἀνομοιότατον πρᾶγμα τῆ σοφίᾳ τὴν τύχην οὖσαν ὁμοιοτάτων πραγμῶν γίνεσθαι δημιουργόν. Et Suidas in *Διθύρ.* Ἐγράψε δὲ κομωδίαν καὶ ἐπιγράμματα

καταλογάδην καὶ πρῶτοντικὸν λεγόμενον. Portus vertit barbare, *Et Epigrammata oratione soluta*. Libenter vero videre vellem nobilia illa epigrammata pedestri sermone facta. Vah! adeone exaruerat penitus benigna illa vena ingenii? et exstincta erat prorsus ea mentis inflammatio, sine qua nemo fit bonus poeta? Quid? unane et generosum Ariusium in cellis evanuerat, quo memorant Ionem bene libenter plerumque esse usum? enimvero verissimum esse comperit, quod olim dixerat Epicharmus ;

Οὐκ ἐντεὶ διθύραμβος, δὲκ' ὕδωρ πίης.

Sed bene est, quod commoda mutatione propulsare possumus hoc dedecus a summo poeta. Sic enim Suidam emendo : Ἐγράψε δὲ κ. καὶ ἐπιγράμματα, καὶ καταλογάδην πρῶτοντικὸν λεγόμενον. Schol. Aristophanis : Ἐγράψε σκόλια, καὶ ἐλεγεία, καὶ καταλογάδην τὸν πρῶτοντικὸν λεγόμενον, ὃν νόλον ἀξιοῦσι τινεῖς εἶναι, οὐχὶ αὐτοῦ. Idem Scholiastes : Φαίνεται δὲ αὐτοῦ καὶ Κτίσις, καὶ Κοσμολογικὴς, καὶ ὑπομνήματα, καὶ ἄλλα τινά. Depravatum hunc locum sic corrige : Φαίνεται δὲ αὐτοῦ *Χίου κτίσις*. Etymologicon magnum : Λόγχας μερῶς Ἴωνες λέγουσιν, Ἴων ἐν Χίῳ κτῆσαι· Ἐκ τῆς Τῶ λόγχας λόγχας ποιεῖν. Certissime [65] legendum est Ἴων ἐν Χίῳ Κτίσει, Ion in *Originibus Chii*. Videlicet ipse fuit Chlus natione, et insula Teos Chio propinqua est, non Cio. Athenæus lib. X : Περὶ δε ταύτης τῆς Κρήσεως Ἴων ὁ ποιητῆς ἐν τῷ περὶ Χίου φησὶν, ὅτι εὐρών ὁ μάντις Παλαμῆδης ἐμαντεύσατο πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσιν τρεῖς πρὸς ἓνα κυάθους. Unum idemque est scriptum ; sed rideo eos qui hæc perinde ediderunt quasi essent versus iambici, non oratio soluta : de mendo autem, quo contaminatus est locus, nihil suspicari sunt. Quorsum enim pertinet illud εὐρών? Quid reperit? quod pueri clamitant se in faba reperisse? Ego vero ausim asseverare sic a doctissimo grammaticorum fuisse scriptum : Ὅτι ὁ οἰωνόμαντις Παλαμῆδης, etc. Pausanias in Achaicis Ionis quædam citat, ex hoc *Originum* libro, ut quidem conjicio : non tamen usquequaque servavit verba auctoris. Ion enim, ut hominem Chium facere par erat, in prosaicis scriptis Ionica dialecto est usus. Constat hoc ex superiore loco Etymologici, et Harpocratonis alio, et fragmento alius operis, quod *Ἐπιδημίας* inscribitur. Athenæus XIII : Ἴων οὖν ὁ ποιητῆς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ἐπιδημίαις γράφει οὕτως· Σοφοκλεῖ τῷ ποιητῇ ἐν Χίῳ συνήνησα, ὅτε ἐπλεῖ εἰς Λέσβον στρατηγός· et quæ sequuntur. Quanquam enim magnam partem perturbata ibi sunt verba, et in communem sermonem immutata : non obscura tamen restant vestigia Ionismi : ut κάρτα δοκίον, ἀφαιρέοντα, ἀσοτέρα, ἐπρησσε, βεκτήριος, ἐνωπήθη τῇ ἐπιβραπίσει. Is. Casaubonus ad locum ; Ἐνωπεῖσθαι, ait, si ita scripsit auctor, nove usurparii pro δυσωπεῖσθαι. Nempe, quod mireris, existimavit verba Athenæi esse, non Ionis. Atqui ἐνωπεῖσθαι vox

nihili est : ἐνωπήθη γερὶ Ionica, et a νωπεῖσθαι A formata. Hesychius : Ἐνώπηται, τεταπεινώται. Antiquum obtulit, cum depravatam illud protulit ex aitorum fide, nihil ipse suspicans vel sollicitus. Lege vero integre νενώνηται, loco mutili istius. Idem alibi Νενώνηται, τεταπεινώται, καταπέληχται. Lege hic quoque νενώπηται. Patriarcha Photius in Lexico ms. Νενώπηται, καταπέληχται καὶ κατεστύγναεν. Rectissime quidem Photius, ut ex hoc Ionis loco perspicuum est. Quid ego de Athenæi interprete dicam, qui Ἐπιδημία; Peregrinationes interpretatur : perinde ac si Ἀποδημία; inscriberentur [66]? Verum alibi quoque ἐπιδημιῶν meminuit Athenæus, ut l. iii : Τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ἰων ὁ Χίος ἐν Ἐπιδημίαις. Intellige *De adventibus clarorum virorum in Chium, sive De iis qui in Chio insula commorati sunt.* Similiter ac Polemo librum edidit *De Eratosthenis adventu ad Athenas.* Enarrator Comici ad Aves : Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας. Ex Epidemiis petita videntur vel Ὑπομνήμασι, quæ laudat Plutarchus in Vita Periclis; et Cimonis etiam non longe a principio : Ἦν δὲ καὶ τὴν ιδέαν οὐ μεμπτός, ὡς φησιν Ἰων ὁ ποιητής, ἀλλὰ μέγας οὐλῆ καὶ πολλῆ τριχὶ κομῶν τὴν κεφαλῆν. Quæ sine dubio est oratio pedestris, et magis Plutarchi verba, ut suspicor, quam Ionis. Magnus tamen Grotius ad iambos tragicos redigere conatus est :

*Τὴν γὰρ ιδέαν οὐ μεμπτός, ἀλλ' ἔην μέγας,
Οὐδ' ἴη τε πολλῆ τε τριχὶ τὴν κεφαλῆν κομῶν.*

Hæccine autem oratio, tam leves numeri tragicum quid spirant, et cothurno dignum? Haud vidi magis. Quid illud ibidem, bene multis interjectis? Ὁ δὲ Ἰων ἀπομνημονεύει καὶ τὸν λόγον, ᾧ μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἐκίνησε (Κίμων) παρακαλῶν μῆτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν, μῆτε τὴν πόλιν ἐτεροζυγα περιτθεῖν γεγενημένην. Grotius perinde hæc accepit, tanquam si ex tragœdiæ choro desumpta fuissent :

*Μῆτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν,
Μῆτε τὴν πόλιν ἐτεροζυγα
Περὶδσίρ γεγενημένην.*

Nos pusilli homunculi vix possumus carere venia; cum etiam maximi heroes labuntur identidem et hallucinantur turpissime. Scripsit Ion et *Philosophica*, ut *Κοσμολογικόν*. Schol. Aristoph. et, si Suidæ credimus, *De meteoris, et compositas* sive ornatas orationes : Οὗτος, αἶτ, ἔγραψε περὶ Μετεώρων καὶ Συνθέτους λόγους. Quo nihil ineptius vel falsius dici potuit. Imo neque magis contumeliose, si quis ἐπαριστέρως et perverse interpretari velit de sermonibus ad fraudem et fallaciam compositis, secundum illud Æschyli in Prometheo.

*... Μῆδ' ἐμ' οἰκτίσας
Εὐνθύλιπε μύθοις ψευδέσι, νόσημα γὰρ
Ἀσχιστοῦ εἶναι φημι συνθέτους λόγους.*

Error [67] autem ortus est ex perperam intellecto loco Scholiastæ Aristoph. ad Pacem. Poetæ scilicet dithyrambici verborum amant tralationes ex τῶν μετεώρων, ex astris; nubibus, aliisque quæ in sublimi stant; libenter etiam vocabulis sesquipe-

dalibus et coagmentatis utuntur. Demetrius περὶ Ἑρμηνείας. Δηρτέον δὲ καὶ σύνθετα ὀνόματα οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκαίμενα, οἷον Θεοπεράτους πλάνας, οὐδὲ Ἀστρων δορυπυρον στρατὸν, ἀλλ' εὐκρίτα τῆς ὑπὸ τῆς ἀληθείας συγκαίμενοις. Et Horatii illud :

*Sen per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit.*

Ipse Suidas alibi : Διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλὰ, καὶ συνθέτους δὲ λέξαις ἐποιοῦν καὶ ἔλεγον ἐνδιαεριανερηνχέτους· οἷος ἦν Ἰων ὁ Χίος ποιητής. Omnino vide Aristophanem in Pace, ejusque enarratorem. Itaque jam manifestum compertum et deprehensum est Suidæ mendacium. *Τριαγμόν*. Locus est illustris apud Harpocratonem; quem ex usu fuerit integrum describere. Ἰων. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιδόσεως. Ἰωνος τοῦ τῆς τραγωδίας ποιητοῦ μνημονεύει ἂν νῦν ὁ ῥήτωρ (atqui nec in ea oratione nec in reliquis quæ nunc exstant, est ulla mentio Ionis, quod sciam) ὅς ἦν Χίος μὲν γένος, υἱὸς δὲ Ὀρθομένους, ἐπικλήσιν δὲ Σούθου. Ἐγράψε δὲ καὶ μέλη πολλὰ καὶ τραγωδίας, καὶ φιλοσόφον π. σύγγραμμα τὸν Τριαγμόν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλιμάχος ἀντιλέγεσθαι φησιν, ὡς Ἐπιγένους. Ἐν ἐνόις δὲ καὶ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς. Ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε· Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου πάντα τρία, καὶ πλέον τούδε, πλέον ἐλάττων τούτων τριῶν ἐνδῶ, ἐκάστου ἀρετὴ τρία, σύνεσις, καὶ κράτος, καὶ τύχη. Male ista percepit interpres; qui ita vertit : *Velut ex eo Dem. Sc. et Ap. N. ista commemorant.* Ego vero sic interpungendum esse censeo : καθὰ Δ. ὁ Σ. καὶ Α. ὁ Νικαεύς. Ἀναγράφουσι δὲ, nimirum aut Eratosthenes in *Descriptionibus temporum*, aut potius Callimachus in *Tabulis omnis generis librorum*. Nam ἀναγράφειν est in tabulas recensere et mittere, in catalogum referre. Ipse Harpocraton alibi : Εὐήνος. Δύο ἀναγράφουσι Εὐήνου ἐλεγείων ποιητῆς, ὁμωνύμου ἀλλήλοις· καθὰ περ Ἐρατοσθένους ἐν τῷ περὶ Χρονογραφιῶν. Athenæus xv : Καὶ τὸν λόγον τοῦτο ἀνέγραψε Καλλιμάχος ἐν τῇ τῶν Ῥητορικῶν ἀναγραφῇ, in *Catalogo librorum Rhetoricorum*. Hunc autem morem in Tabulis istis tenebat Callimachus, ut cujusque libri prima verba describeret; sicut hic lit apud Harpocratonem. Unum tantummodo exemplum afferam, [68] quia pridem hæc ab eruditissimis occupata. Athen. lib. vi : Τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλιμάχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι, γράφων οὕτως· Δεῖπνα ὄσοι ἔγραψαν. Χαιρεφῶν Κυρηθίων. Εἶθ' ἐξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· Ἐπειδὴ μοι πολλάκις ἐπέστελλας. Στίχων τοε'· Καὶ ὁ Κυρηθίων δὲ ὅτι παράσιτος, προεῖρηται. Ita locus iste corrigendus est. Chærephon parasitus ad ἐμότεχνου suum Cyrebionem epistolam misit, in qua describit cœnam quondam sine dubio ὀπῆρε apparatus Χαιρεφῶν Κυρηθίων· Ἐπειδὴ μοι πολλάκις ἐπέστελλας, etc. Quod si vulgatam lectionem servare

velis, Χαίρετων, Κυρηδίων, jam non Chærephon-
tis verba forent, quæ Athenæi sententia est; sed
Cyrebionis. Illud autem exordium Τριαγμού non-
dum a viris doctis emendatum esse demiror; qui,
etsi dissimulant et mussant, juxta id intelligunt,
ac si in Ovidii *Getica* incidissent. Me auctore sic
lege: 'Ἀρχὴ δὲ μοι τοῦ λόγου Πάντα τρία, καὶ οὐτε
πλέον οὔτε ἔλασσον τούτων τριῶν Ἐνὸς ἐκάστου
ἀρετῆ, τριάς· σύνεσις, κράτος, καὶ τύχη. Ubi sin-
gula quidem verba sunt communia: qui tamen ex
ipso characterē et forma dicendi non sentit Ioni-
sum, nihil sentit. De *Epigene* vero, quo me ver-
tam nescio, ita res et hinc et inde magnam habet
difficultatem. Nam ecce tibi Suidas: qui non Epi-
genem, sed Orpheum auctorem faciat Τριαγμῶν.
'Ὀρφεύς, inquit, ἔγραψε Τριαγμούς, λέγεται δὲ εἶναι
'Ἴωνος τοῦ Τραγικοῦ. Cumque Epigenem video
enarrationem Orphæi fecisse, Clementi memoratam
Στρῶμ. 1. 'Ἐπιγένης ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα
ποιήσεως Κέρκωπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν
εἰς Ἄδου Κατάβασιν καὶ τὸν Ἰερὸν λόγον. (Proclus
tamen in *Timæum* lib. v, ipsum Pythagoram hujus
auctorem laudat. "Α γὰρ, ait, Ὀρφεύς δι' ἀπορρή-
των λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας
ἐξέμαθεν, ὄργασθεις ἐν Λεϊθήροις τοῖς Θρακίοις
'Αγλαοράμῳ τελεσὰ μεταδιδόντος, ἣν περὶ Θεῶν
'Ὀρφεύς σοφίαν παρὰ Καλλιόπης τῆς μητέρας ἐπιτύ-
σθη. Ταῦτα γὰρ φησὶν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ λόγῳ.
Unde constat Ἰερὸν, ut alia scripta Pythagorica,
dialecto Dorica fuisse compositum) et v. 'Ἐπιγένης
ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα παρ'
'Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενός φησι, Κερκίσι χαμπυλόχρωσι,
τοῖς ἀρότροις μητύεσθαι, etc. Cum hæc, inquam,
lego, propemodum adducor in eam opinionem, ut
Harpocracion hoc exemplo scripserit: ὅπερ Καλλι-
μαχος ἀντιλέγεσθαι φησιν, ὡς καὶ Ἐπιγένης. [69] E
diverso ubi illud venit in mentem, Orphæi ipsius
et Pythagoræ quoque mentionem factam esse in
illis Τριαγμοῖς, continuo sententiam eam abjicio, et
manifesti erroris Suidam arguo. Clemens Στρ. 1.
'Ἴων δὲ ὁ Χίος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς καὶ Πυθαγόραν εἰς
'Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ. et Diogenes Laert.
'Ἴων δὲ ὁ Χίος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς φησὶν αὐτὸν (τὸν Πυ-
θαγόραν) ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα. Ita-
que constat Suidam alterutrius verba perperam ce-
pisse: et præstabilius est receptam Harpocracionis
lectionem sartam et tectam lueri. Nempe ut suspi-
cor libri Epigenis cum Ionis scriptis conjuncti fe-
rebantur: is enim commentarium fecerat in Ionis
Tragædias; quod scias in Athenæo lib. xi, cap. 5,
ut nihil miri sit, si librorum, qui omnia pertur-
bant et miscent, alii tanquam Ionis Τριαγμούς in-
scripserint, alii ut Epigenis.

Pag. 181. Καὶ μετὰ Μένωα Αὐλέας τραγικοῦς
χορούς δραμάτων συνεγράψατο. Permirum fortasse
videatur, Mēii doctissime, tenebrionem illum Au-
leam pro Æschylo a Joanne dici. Quid autem ad-
mirationis habet, cum in memoria quis teneat tot
alias hallucinationes hominis? Etiam p. 73, cita-

A tur Αὐλέας ὁ σοφώτατος de Endymione, quem in
monte Carizæ luna consopivit, ut eum dormientem
oscularetur. Suspicio et hic quoque significari
Æschylum, qui in fabula *Caribus* sive *Europa*
non potuit non eam historiam attingere. Illud autem
quam longe abest a vero, quod Æschylum narrat
primum instituisse choros tragicos? E diverso
partes chori, antea quam Æschylus tragædias fa-
ceret, erant altero tanto longiores, quam post.
Sed ea res nisi pluribus verbis explicari non potest:
tota fere scenæ ratio et historia est illustranda:
complures auctorum loci qua corrigendi, qua novo
modo interpretandi: multi errores amovendi, jam
ipsa vetustate cani et venerabiles. Nemo enim unus
ex cohorte eruditorum, qui in eo argumento tan-
topere laborarunt, scire adhuc potuit, quid Thespis,
quid Æschylus et Sophocles inventis addiderunt.
Itaque tam odiosa disceptatione patienter carere
possis in præsentia: imo vereor ut citra fastidium
epistolam perlegas, [70] etiam absque ista concer-
tatione nimium loquacem. Me quidem et moræ per-
tæsum est et ineptiarum.

Pag. 214. Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης, οἱ ἦσαν ὀρ-
χῆσεως εὐρεταὶ καὶ ποιηταί. Quid narras? nimirum
nostra nos opinio fefellit, qui credidimus te Anti-
ochiæ esse natum. Siquidem auctor est Lucianus
Antiochenses de saltatoribus optime omnium judi-
care potuisse: te autem cum aliarum omnium, tum
hujus artis imperitissimum videmus. Rogo te, homo
hominum ignavissime, nunquamne sacras Scriptu-
ras lectitasti? nonne ibi frequens saltationis men-
tio diu diuque, antequam Stesichori nasceretur?
quid? ne Homerum quidem per transennam aspe-
xisti? jam ergo eum audias licet:

'Ὀρχιστὺς, μολπή τε, κάπερ ε' ἀναθήματα δαι-
[τός.

"Ἄλλω μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήτα ἔργα,

"Ἄλλω δ' ὀρχιστὺν, ἐτέρω κίθαριν καὶ αὐδὴν.

Scio tamen quid in fraudem te impulit, nempe
nomen Stesichori, tanquam si primus ἐτόησατο
χορούς· et poemata quædam Bacchylidis, quæ
'Υπορχήματα inscripta sunt, et a Stobæo citantur,
et Athenæo lib. xiv. Ἡ δὲ ὑπορχηματικὴ ἐστίν,
ἐν ἣ ἄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται· φησὶ γοῦν ὁ Βακχυ-
λίδης· Οὐχ ἔδρος ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς. Locus ali-
quanto integrior est apud Dionysium Halicarnas-
sensem: Οὐχ ἔδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαί-
γιτος Ἰωνίας χρῆ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας
ἀδρὸν τι δεῖξαι. Omnes Cretici præter unum pedem
qui in pæonem solutus est; adeo ut, cum hunc
locum lego, coram oculis videre videar ὀπορχου-
μένους et subsultantes. Nec tamen princeps et in-
ventor hyporchematum Bacchylides; sed, ut qui-
busdam videtur, Pindarus; ut alii volunt, Xenodamus.
Vide Clementem, Athenæum, et Plutarchum
περὶ Μουσικῆς.

Pag. 135. Γλαῦκος, ἰσχυρὸς, φρόνιμος, εὖσε-
βής. Atqui, o Malala, tantum abest, ut sapiens
fuerit iste Glaucus, ut ejus uomen in proverbii
consuetudinem venerit, de homine qualis tu es,

qui nescit quid sit in rem suam : qui permutat A
Χρυσέα χαλκείων, εκατόμβοι' ἔρραβολῶν.

Sed est [71] potius ut librarii hoc esse facinus existimem (præsertim si non idem istud Ισχυρός iterasses), et orationem esse continuandam ad hoc exemplum : Αἰνείας εὐπώγων, γλαυκὸς (cæsius) φρόνιμος, εὐσεβής. Agnosco rium Æneam; et ita plane Isaacius Porphyrogenetus.

Illud p. 329, Καὶ κατηνέχθη ὁ Σίμων ἐπὶ τὴν πλατεῖαν καὶ ἐψόφησε, satis quidem congruenter ad Hellenismum vertit interpres, sed non apposite ad sententiam. Quid si interpretemur τὸ ἐψόφησε, ut, quod in N. T. de Juda Iscariota dictum est, ἐλάκησε μέσος, *trepuit medius*? Hesychius : "Ἐλακεν, ἐψόφησεν· et λακεῖν, ψοφῆσαι. Pagina autem 16 same dormitavit interpres, ut in opere longo et ingræτο facile queat somnus obrepere. Ἀχαῖα, Πελονη, ἢ καλουμένη Πελοπόννησος Ἀχαια, Pelena, quæ et Peloponnesus dicta est. Obsecro quis istud vel fando audivit? Scribe Ἀχαῖα, Πελλήνη et verte Achæa, Pellene, et quæ Peloponnesus vocatur. Πελλήνη est Achææ urbs. Vide geographos. Apollonius Argon. 1 :

Ἀστέριος δὲ καὶ Ἀμφίων Ὑπερασίου υἱος,
 Πελλήνης ἀφικανὸν Ἀχαιίδος.

Vereor ne putidum sit adnotare, Βώττιος, Βόττιος et Βώττιος vitiose dici apud Malalam pro Βρούττιος, sive Βρέττιος. Hoc quidem exploratum est; cum eandem plane narrationem ex Brutio afferant Georgius et Hieronymus. Ita p. 200, Θάλης καὶ Κάστωρ καὶ Πολύβιος depravate pro Θάλλος. Similiter enim Castorem, Thallum et Polybium de rebus Assyriacis una citat Syncellus. Et adhuc p. 121 Callimachus ἐν Ἐτησίοις, pro Αἰτίοις. Neque enim Αἰτία inscribuntur, ne quis erret, sed Αἴτια ut in Epigrammate lib. 1 *Anthol.*, cap. 67 :

Καλλιμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παγγιον, ὃ ἐξυλί-
 νος ρούς.

Αἴτιος ὃ γράφας Αἴτια Καλλιμάχων.

Appello ad elegantiorum hominum iudicia, annon melior aliquanto sit lectio ex conjectura nostra :

Αἴτιος, ὃ γράφας Αἴτια, Καλλιμαχος.

Cæterum [72] homo Malalæ germanissimus Fulgentius Planciades, *Jentaculum*, inquit, *gustatio dicitur. Callimachus Inesia : Jentaculum proferre Jovi*. Diceres hunc a Joanne Ἐτήσια illa mutua pettisse. Illud vero incredibile videatur, Cyrenæum illum Latine loqui et quidem versu : nam sic lego. *Jentaculum proferre Jovi*.... Sed minuit admirationem, quod Fulgentius et Mnasæ Εὐρωπιαχὰ et Demosthenis Philippica viderit Latino sermone conscripta. Sicut Ovidianæ Ibis vetus enarrator putidissimos versus eosque Latinos Eupolidi et (oculare hominis confidentiam!) Democrito astringit.

Illud prætereā pag. 52, Καθὼς Δήμαρχος ὃ σοφώτατος συνεγράψατο περὶ τοῦ αὐτοῦ Διονύσου, corrupte exhibetur loco Δείναρχος. Nam Georgius eandem historiam memorans, Δείναρχος, ait, ὃ

ποιητῆς, οὐχ ὃ ρήτωρ et Hieronymus : *Dinarchus poeta, non rhetor*. De quo in diversis sententiis ierunt viri docti. Verba Demetrii Magneti in opere Περί τῶν Ὁμωνύμων apud Dionysium Halic. : Δείναρχοι δὲ ἐνετύχομεν τέτταρσιν, ὧν ἔστιν ὃ μὲν ἐκ τῶν ρητόρων τῶν Ἀττικῶν· ὃ δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας· ὃ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τούτοις, Δήλιος δὲ τὸ γένος, παπραγματεύμενος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα· τέτταρτος δὲ ὃ περὶ Ὀμήρου λόγον συνταθετικῶς. Et Gerardus quidem Vossius in præclaro opere De Historicis : *Dinarchus, ait, Delius Cretenses fabulas collegit, ut cognoscimus ex Dionysio Hal. Videur idem signari ab Eusebio, ubi de Bacchi gestis loquens, ait, "Ως φησι Δείναρχος ὃ ποιητῆς, οὐχ ὃ ρήτωρ*. Condonamus quidem ei ἀμάρτημα μνημονικόν· neque enim Delius fuit Cretensium fabularum collector, sed securus iste nescio quis; quem vix est ut existimem eas versibus edidisse, saltem hoc non exploratum est. Scaliger in Græca Eusebii p. 31. *Viderint, ait, eruditi, an tertius Dinarchorum Δήλιος τὸ γένος, παπραγματεύμενος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα, sit iste poeta, quem innuit Eusebius. Nam sane mihi ignotus est*. Hactenus quidem accedo, ut aut iste sit poeta, de quo Eusebius, aut nullus ex quatuor. Sed amabo, quid sibi vult illud πρᾶγμα? nam, quantum ego video, nulla ei subest sententia neque scientia. Latine sic veritas : *Dinarchus genere Delius, qui aliquid dixit, et aliquid fecit* [73]; sive, *qui aliquid versu dixit, aliquid re ipsa*. Profecto non multum in Demetrio perdidimus, si omnia sic dixit. Sed opinor neminem inficias iturum, quin mutatione commoda et illi suus honos, et orationi sua sententia restitui possit, si legamus : *πεπραγματεύμενος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ γράμμα, id est, qui quædam heroico carmine conscripsit, alia oratione prosa* : vel (quia τὸ γράμμα quodvis scripti genus nonnunquam significat), *τοῦτο δὲ δρᾶμα, qui et poemata heroica et dramata edidit*.

Domnus iste *χρονογράφος* non aliunde quam a Malala cognosci potest, a quo sæpissime ad partes vocatur. Antiochensem fuisse certissimis signis deprehendes, ubi per otium licebit locos istos consulere : probabiliter etiam dixeris, deduxisse eum historiam ab exordio mundi usque ad Justiniani tempora. Itaque inclinat animus, ut hunc fuisse Dominum illum existimem, qui ea tempestate fuit Ecclesiæ Antiochensis episcopus. Nam sane sicut hic a Joanne p. 265 Dominus vocatur : ita istum patriarcham hi Domnum, illi Dominum, appellant. Accedit huc, quod plerique omnes, qui aggressi sunt tempora describere, fuerunt episcopi; Victor, Prosper, Theophilus, Eusebius, et Georgius episcopus designatus.

Equidem nescio, utra res majorem admirationem attulerit, tot nomina hominum propria a Joanne corrupta esse, an ea menda a doctissimo interprete dissimulata fuisse et silentio prætermissa : verbi gratia p. 101 et 171 Τυδάριος pro

Τυνδάρωσ. Ἀνδρόγῃος 107 pro Ἀνδρόγῃωσ. Πλη-
σιώνησ 121 pro Πλησιόνησ; atque ea quidem non
mater erat Atlantis, verum uxor. Ἰωδάτης 103 pro
Ἰωδάτης. Μηδῖαν τὴν τοῦ Ἄετοῦ 97 pro Μηδῖαν
τὴν τοῦ Ἀιήτου. Πέλωψ et Πέλωπος 99 et 104 pro
Πέλωψ et Πέλωπος. Ἀμφίωνα 55 pro Ἀμφίωνα.
Αἰνεΐδης pro Αἰνεΐδα. Ἰωκάστη 59 pro Ἰοκάστη.
Ἐτεωκλέουσ 63 pro Ἐτεοκλέουσ. Ἀμφίραροσ 63 pro
Ἀμφίραροσ. Δευκαλίων ὁ υἱὸσ Ἐλευνοσ τοῦ Πήκου,
84 pro Ἐλληνοσ. Nec tamen Deucalionis pater erat
Hellen, sed filius. Ἀντιφάντην 145 pro Ἀντιφάντην.
Τηλέφου regio Latinorum 205 pro Τηλεμάχου,
quorum hic Ulyssis et Penelope filius, ille Her-
culis et Auges. Duorum verborum similitudine
tota historiæ ratio est perturbata. Sed propemo-
dum omni fide majora sunt [74] errata p. 135, ubi
Græcorum duces recenset, qui contra Trojanos
arma ceperunt. Nam ut de numero navium, etsi ea
ratio longe vitiosissima est, nihil dicam; ecce tibi
Μενέλαοσ καὶ Ἀήτιοσ, pro Πηνέλαοσ καὶ Ἀήτιοσ.
Homerus :

*Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεωσ, καὶ Ἀήτιοσ ἦρχον,
Ἀρκεσίλαοσ τε, Προβοήτωρ τε Κλένιοσ τε.*

Μέγησ ἐκ Δολιχῃσ τῃσ Ἑλλάδοσ, ex Doliche Hella-
dica, pro ἐκ Δουλιχίου ἐξεναντίας τῃσ Ἑλλάδοσ.

*Οἱ δ' ἐκ Δουλιχίου, Ἐχιδῶν ὁ Ἰεράωρ
Νήσωρ, αἱ ναυοισι πέρην ἄλοσ Ἑλλιδοσ ἄντα,
τῶν αὐτῶν ἡγεμόνευσ Μέγησ ἀτάλαντοσ Ἄρη.*

Ἄρητωρ καὶ Τευθίδησ. Euge vero, Malala, qui de
oppidi nomine heroem confluxisti. Siquidem in
Homero legimus Ἀγαπήνωρ ἐκ Τεγέησ.

*Οἱ τ' ἔχον Ἀρκαδίην καὶ Κυλλήνησ ὄροσ αἰψυ,
καὶ Τεγέην εἶχον καὶ Μαντινέην ἐρατεινέην,
τῶν ἦρχ' Ἀγκαλοιο πατῃσ κρείων Ἀγαπήνωρ.*

Ex Tegea eum profectum esse Epitaphium satis
indicat :

*Ἄρχοσ δδ' ἐκ Τεγέησ Ἀγαπήνωρ Ἀγκαλοιο υἱὸσ
Κεῖθ' ὕπ' ἔμοῦ, Ταγίωρ πελοπόροων βασιλεύσ.*

Πρόθοωσ καὶ Μαγνίτωρ. Enimvero apud Malalam fa-
cilius heroes nascuntur quam fungi post pluviam.
O fortunatam Antiochiam tanto alumno! Ineptus
adeo Homerus, qui pro isto Magnitore gregarios
quosdam milites vilissima capita e Magnesia
duxit :

Μαγνήτωρ δ' ἦρχε Πρόθοοσ Τεσθηρόνοσ υἱὸσ.

Εὐμενοσ σὺν νηυσιν ια', pro Εὐμηλοσ.

*τῶν ἦρχ' Ἀδμήτιο φίλοσ πατῃσ ἐνδεκα νηῶν
Εὐμηλοσ.*

Νηρεὺσ ἐκ Μυκῆνησ, pro Νηρεὺσ ἐκ Σύμησ.

Νηρεὺσ δ' αὐτῶν Σύμηθεν ἀγε τρεῖσ νῆησ εἰσασ

Καλίασ ἐκ Τρίκκησ σὺν νηυσιν μ'. Ecce tibi jam
tertius heros Chalias, qui a corrupto vocabulo
Οιχαλίασ prodiit, non aliter ac vermes in pu-
trescenti cadavere nascuntur.

[75] *Οἱ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακῶ-
[εσσαρ],*

*Οἱ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλίησ.
εοσ ducebant Podalirius et Machaon. Λεοντεὺσ καὶ*

Πολυπήτησ, scribe Πολοποῖτησ. Ἀμφιγενείασ ἐξ
Ἰλίου σὺν νηυσιν μ ν. Profecto si Troicis temporibus
Malalas vixisset, non decem annos totos Græci
consumpsissent in unius urbis obsidione : tot iis
terræ filios misisset auxilio. Ἀμφιγενείασ et Πτε-
λέουσ oppidorum meminit Homerus :

*Οἱ τε Πύλοσ τ' ἐτέμεντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινέην,
καὶ Κυπαρισσῆντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον,
καὶ Ἰτέλειοσ καὶ Ἐλοσ καὶ Δώριον.*

Ἀχιλλεύσ ἐκ τοῦ Ἄργουσ τῃσ Ἑλλάδοσ, ex Argis
Hellas. Et Argos et Hellas Thessaliæ sunt urbes,
ut pueri sciunt : sed hic locus fatalis est ad Mala-
læ hallucinationes.

Νῦν δ' αὐτοδοσ (leg. αὐτοδοσ) δεσσοι τὸ Πελοστικόν

*Οἱ τ' εἶχον Φθίην ἢδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
τῶν αὐτῶν πεντήκοντα τῶν ἦν ἀρχοσ Ἀχιλλεύσ.*

Φιλοκτήτησ ἐκ Μοθόνησ, vitiose pro Μηθώνησ, et
Σώρθησ, Φίλιπποσ, Ἄντιφοσ σὺν νηυσιν οη'. Quis
autem porro mirabitur e cerebello Jovis Minervam
esse natam ; cum Antiochiensis hic ex insulso suo
capite progerneret absque ope Vulcani

Ductores Danaum delectos, prima virorum ?

Sorthem heroem nōminat pro insula Carpatho, ut et
Philippum pro Phidippo.

*Οἱ δ' ἀρα Νίσυρον τ' εἶχον Κρητάθοσ τε Κάσοσ τε
τῶν δ' αὐτῶν Φειδιπποσ τε καὶ Ἄντιφοσ ἡγεμόσθη.*

Notum est jam a multis sæculis morem inva-
luisse apud Græcos, ut eodem sono efferrentur ai
et ε, oi et u. Tam captiosa pronuntiatio mendis in-
finitis libros opplevit : ut Mal. p. 47 et 49. Τῶν υἱῶν
τοῦ Αἰχίονοσ τῶν Πενθεῖ, pro Ἐχίονοσ, et e diverso
49 et 55. Ὄροσ Κιθερώνιον pro Κιθα:ρώνιον et 106.
Ἀντίωνι pro Ἀντίαω, et alia non pauca exstant ex
eo genere, sic 214 et 171. Τοῦ Ἰακοσ υἱοῦ τοῦ Ναυ-
πλοῦ, pro Οἰακοσ, et Σχυνέωσ 169, pro Σχυνέωσ.
In codicibus manu notatis promiscuus fere est vo-
calium horum [76] usus. Hoc diligenter animad-
verso, deploratissimos locos emendabit nullo ne-
gotio, qui ingenium et iudicium in numerato ha-
buerit. Plutarchus de Iside et Osiride : Ἐμπροκλήσ
δὲ τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν φιλότρητα καὶ φίλαν,
πολλάκισ δὲ ἀρμονίαν καλεῖσθαι μέροπι τὴν δὲ
χειρόνα, νεῖκοσ οὐλόμενον καὶ δῆριν αἰματέσσαν.
Frustra hic Plutarchus per annos ducentos criti-
corum auxilium imploravit. Tu verte at in ε, et
lege Ἀρμονίαν καλεῖ θεμερωπῖν. Possuni excitare
ipsum Empedoclem testem hujus correctionis, apud
Plutarchum Περὶ εὐθυμίας.

*Ἐγθ' ἦσαν Χθονίη τε, καὶ Ἑλλοπή ταναῶπις,
Ἄρησ θ' αἰματέσσα, καὶ Ἀρμονίη ἱμερωπῖς,
Καλλιτώ τ', Αἰσχροῦ τε, Θώωσά τε Δειραῖη τε,
Νημερτήσ τ' ἐρδέσσα, μελάγαρποσ τ' Ἀσάφειν.*

Ubi libenter legerim Δηναῖη τε, ut contraria inter
se comparentur. Scio nunc quid in animo tute
tecum volutes : sed illud tibi confirmare possum
syllabam primam verbi ἱμερωπῖς esse productam
atque longam. Primus id reposuit Henricus S'

phanus ex conjectura, quantum ego ex re ipsa conjecturam facio. Veteres editiones repræsentant καὶ ἀρμονίη γε μερῶπις. Itaque hic quoque legendum est ἀρμονίη θεμερῶπις. Hesych. Θεμερῶπις, ἔρασμα, ἀγχόνη. Lege ἔρασμα ἀρμονίη, auctoritate Empedoclis : nisi si inavis ἔρασμα αἰσχύνη ex Æschyli Prometheus : Ἐκ δ' ἐπληξέ μου τὴν θεμερῶπιν αἰδῶ. Αἰδῶς est αἰσχύνη. Perperam huic lectioni scholiastes, et Etymologici auctor θεμερῶπιν vocem nihili anteponunt, tanquam θερμαίνουσαν τὴν ὤπα. Atqui eo pacto θερῶπις esset dicendum : neque enim vel fando auditum est Θέρμερος. Pollux tamen lib. vi, c. 40 : Τὸ δὲ θεμερύνεσθαι καὶ κηλιδιᾶν κωμικά· ms. κηλιδῖν vel κηλιδιᾶν, lege θεμερύνεσθαι καὶ κηλιδῖν, vel κηλιδιᾶν, vel κηλιδιᾶν. Hesychius : Θεμερον, σεμνόν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι, θεμερύνεσθαι. Θεμέρη, βεβαία, σεμνή, εὐσταθής. Θεμερόφρονας, συνετοῦς, σώφρονος. Sed ut planissime constet, opus est ut strophen et antistrophen inter se conferamus : in quibus hi versus respondent ex adverso

Ἐκ δ' ἐπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ.
 Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέσμως κρατῶναι

Ubi pro [77] ἀθέσμως ex necessitate metri conjecti legendum esse ἀθετῶς. Quam conjecturam firmavit Hesychius. Ἀθετῶς, ἀθέσμως, ἢ συγκαταθετιμένως. Αἰσχύλος. Προμηθεὶ δεσμώτῃ· lege, οὐ συγκ. sine consensu et approbatione reliquorum deorum. Respexit ad hunc locum : neque enim alibi in ea fabula occurrit. Plane jam imperitus sit oportet, aut ab invidentia laboret, qui de θεμερῶπιν contra veniat. Experiamur, quid in alteram partem possit hæc observatio. Hesychius : Ἐναστρος, ὠστεμένης, Ἀχαιὶς Ἀλφεισίβοιαι ἀντὶ τοῦ ὑαστάς γὰρ βάχκας ὑάδας ἔλεγον. Prodigiosa plane oratio. Nunc vicissim ε muta in αι, et lege : Ἐναστρος ὡστε Μαινάς· Ἀχαιὶς Ἀλφεισίβοιαι. Ἀντὶ τοῦ Ὑάς. Τὰς γὰρ Βάχκας Ὑάδας ἔλεγον. Agnoscis, opinor, principium senarii ex Achæi fabula Alpheisibœa. Similiter οι passim loco υ, Hesych. Κοίτημα, γένημα, pro Κύημα, et vice versa Στυχοῦσι, διατυποῦσι, pro Στοχειοῦσι. Idem : Στοχειώσις, διατύπωσις, ἢ πρώτη μάθσις. Itaque Suidas in Lexico diphthongos αι et οι alieno loco proxime ante ε et υ collocavit. Exstat in Bibliotheca publica Oxonii liber antiqua manu notatus, continens mille regulas de recta scribendi ratione : quarum xi. docent quando αι scribere oporteat, et quando ε : totidemque ubi οι, et ὕbi υ. Eum codicem, cum ante inter ἀδεσπῶτους ferretur, deprehendi ex proœmio versibus senariis scripto litteris præ vetustate pêne effugientibus obtutum oculorum, Theognoti esse grammatici quem laudat aliquoties Etymologici scriptor. Et quidem omnia ibi reperi, quæ iste Theognoto accepta retulit. De ætate hominis resciscēs ex præfatione, cujus initium est,

Τῷ δεσπότη μου, καὶ σοφῷ στεφνήρω
 λέοσσι, τῷ κρατοῦντι πάντων ἐν λόγοις,
 Θεύγητος εὐγηγῶς τις ὡς ἦν οἰκέτης.

Constitueram hic Epistolæ finem imponere : sed intervenit amicus meus, aurium convicio rationem efflagitans, cur Joannes Malelas mihi dicatur, qui a Vossiorum utroque, Usserio, aliisque omnibus qui in hunc usque diem ejus mentionem fecerunt, Malela nominatur. Ego vero, inquam, ne in virorum quidem maximorum [78] verba juraverim : sed in aliam sententiam, ubi commodum est, tanquam invitus, meo jure discedo. Roget igitur quispiam, cur Malela potius sit vocitandus? hoc scilicet ab iis responsum ferret; apud Constantinum sic appellari, Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα, et apud Damascenum, Ἰωάννου τοῦ καὶ Μαλάλα· nusquam alibi commemorari, præterquam apud Tzetzem Ἰωάννης τις Μελέλης. Atqui, si ita res se habet, vulgo et passim reperias τοῦ Σουῖδα, τοῦ Θωμά, τοῦ Ἀριστέα, τοῦ Φιλιτᾶ, τοῦ Τριόπα, τοῦ Σκόπα, τοῦ Κρατεῦα· nec tamen propterea vel Suida grammaticus dicitur, vel Thoma apostolus, vel Aristeia de LXXII interpretibus. Ratio videlicet linguæ Græcæ vix aut nullo modo patiat, ut in A litteram virilia nomina casu recto terminentur. Atque ea causa est, cur peregrina virorum nomina, quæ in A exeunt, a Græcis inflectantur in ας, Γάλας, Σύλλας, Νουμάς, Σενέκας, Ἀγρίππας. Quod si adeo jam exploratum est, nominativum Græcum esse Μαλέλας· nolim ego Latine vertens postremam litteram abjicere præter morem et consuetudinem eorum temporum, quibus maxime viguit honos et gratia Latini sermonis. Velustiores quidem, ut auctor est Quintilianus lib. i, c. 5, non in a et s litteras exire temere masculina Græca nomina recto casu patiebantur. Ideoque et apud Cælium legimus, Pelia Cincinnatus; et apud Messallam, Benefecit Euthia; et apud Ciceronem, Hermagora : ne miremur, quod ab antiquorum plerisque Ænea et Anchisa sit dictus. Priscianus lib. v : Apud Græcos in ας desinentia, apud nos in a terminantur; ut Μαρσύας, Σωσάας, Βυρρίας Χαϊρέας, Τουρπας, Βαγδάδας; Marsya, Sosia, Byrrhia, Chærea, Turia, Bagrada. Libri autem vi, p. 681 et 701, plerumque ait et frequenter hoc fieri solere. Et his fortassis auctoribus tueri se posse arbitrentur, qui e contraria parte dicunt. Mihi vero longe videtur secus : sed oportet haud jejune de hac causa, et tanquam in transitu, sed plene copioseque disputare. Principio nulla controversia est, quin indigena Latinorum sermo nullum habuerit nominativum in ας cum genitivo Ἰσοσυλλάβω. Quapropter antiquitus, sive Græcus quispiam in Latina civitate viveret, sive Græca scripta in Latinum converterentur, ejusmodi nomina per a plerumque scribere et pronuntiare placuit [79]. Atque hoc quidem ex ingenio et consuetudine linguæ vernaculæ ab iis est facilitatum. Comici igitur in Græcis interpretandis eam rationem tenuerunt; Chærea, Sosia, Byrrhia, Plania, Clinia, Demea, Phædrina, proferentes. Nimirum auribus vulgi ista dabantur. Nec tamen deerant etiam antiqua illa memoria (pace Quin-

thani dixerim), qui ad Græcorum exemplum instituerent loqui : quantum ex eorum reliquiis conjectura consequi possum. Apud Gellium lib. III, c. 7, verba sunt Catonis Censoris, qui, ea tempestate in Rep. floruit, qua Plautus in scena : *Leonidas Lacedæmonius laudatur*; Plauto tamen in Asinaria servus dicitur *Leonida*. Claudius Quadrigarius apud Gellium l. III, c. 8 : *Ad nos venit Nicias familiaris tuus*. Lucilius apud Donatum :

*Aute fores autem et triclini limina quidam
Perditu' Tiresia tussi grandævna' genebat.*

Ubi legendum est *Tiresias* : nisi si syllabam natura brevem propter cæsuram produci existimas. Priscianus lib. VI : *Hic Calchas, Calchantis; quamvis hic Calchas, hujus Calchæ, antiquissimi declinabant*. Sed in his locis fortasse fides exemplarium suspecta esse possit : in illo Plinii lib. XXXV, c. 10, nullus datur suspicioni locus : *Decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, præsertim civitate donatum ibi et carmine, quod est in ipsa pictura his versibus :*

*Dignis digna loca picturis condecoravit
Reginæ Junoni' Supremi conjugii templum
Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus,
Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.*
Ea sunt scripta antiquis litteris Latinis. Elotas est Εἰλώτας, εἰλώτης. Gruterus Epigramma hoc profert, tanquam a Boissardo visum in hortis Julii III, Pontif. Romani :

Digne doctiloqueis pictureis, et quæ sequuntur. Sine dubio falsarius aliquis in lapide inscribendum curaverat, a Plinio id mutuatus. Profecto male operam lusit in versu primo corrigendo. Editio Veneta anni MCCCCLXXXIII habet *Dignis digna loco*. Logo igitur :

[80] *Dignis dignu' loco picturis condecoravit.*

Lucilius : *Samnis spurcus homo vita illa dignu' lo-*
[coque.
Dignus loco est Τὼν μύλων et in bonam vel malam partem capi potest. Nihil verius hac emendatione. In eadem est editio *Ætolia oriundus*, longe quidem melius, quam quod in Indice Scaligeri est, *Ætiola oriundus*. Lucretius lib. II :

Denique cælesti sumus omnes semine orundi.

Sive mavis cum vulgatis libris, *oriundi* : certe trisyllabon sit necesse est. Sic igitur vetustis illis mos erat, ut interdum quidem in AS, frequentius in A Græca nomina vellent exire. Postea vero, ut ait Quintilianus, *recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare*. Proinde hoc institutum tenuerunt

Lucretius, *Id quod Amazagoras sibi sumit :*

Varro De R. R. antiqui tamen ut qui maxime, amator sermonis : *Archytas, Hegesias, Athenagoras, Mnaseas, et apud Nonium in Scaturex. Ismenias, Thebogenes fuit Scaturex, lege Thebagenes, θεβαγενής*. Et similiter Cicero, apud quem vulgo occurrunt *Archias, Gorgias, Phidias, Cineas, Prusias, Arcesilas, Charmadas, Critias, Dingoras, Ippias,*

Lysias, et si qua similia. Nam de *Hermagora* Ciceronis, vereor ne vitioso codice usus sit Quintilianus. Profecto enim omnes omnino, qui nunc supersunt, mss. constanter habent *Hermagoras*. Sed melius est ex ipsis locis experimentum iudicii capere, libro primo *De inventione* : *Hujus constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur : e' ibidem : Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem.* Repone hic paulisper, *Hermagora inventor, et Hermagora habuisset*; non sentis vocalium concursum vaste hiantem? Ego vero Ciceronem ita scripsisse ne ipsi quidem Ciceroni affirmanti crediderim. Quid dicam de scriptoribus ævi Augustæi? quid de insequentium ætatum? nempe eadem tum consuetudo invaluit, ut in ac caderent Græca nomina. Spero mihi fidem apud te esse; ne necesse habeam infinita hic exempla enumerare. Quod tamen cum exceptione dictum velim; ut, quanquam eruditi homines eum, quem dixi, morem servaverunt, nomina tamen servorum, aut quicumque, ut principio dixi, in Latina civitate vixere, [81] vulgaris usus, penes quem jus est loquendi, plerumque immutaverit ad Latinam consuetudinem. Inde est apud Ciceronem, *Phania* Appii libertus. Frustra enim græcissart dominus, cum ab omnibus conservis et notis sine ç littera *Phania* is vocabatur. Sed a Plinio memoratur *Phanias physicus* : nempe is in Græcia vitam egerat, nullum habuerat Romæ dominum aut patronum. Inde illud Horatii, *Credat Judæus*

Apella, id est, quivis Judæus : ut locum explanem parum hac memoria intellectum. Judæi habitabant trans Tiberim, et multo maximam partem erant libertini, ut fatetur Philo in Legatione ad Caium. *Apella* autem libertinorum est nomen, satis frequens in inscriptionibus vetustis. Cic. epist. 25, lib. VII : *Ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris*. Itaque *Credat Judæus Apella*, quasi tu dicas, *Credat superstitiosus aliquis Judæus Transiberinus*. Inde illud alterum, *Obeundus Marsya* : quo modo etiam loquuntur Ovidius, Silius, Lucanus. *Marsya* scilicet in foro collocatus et donatus quasi civitate Romana, non potuit non in ore vulgi quotidie versari; et præterea eo nomine fuerunt servi Phryges. In veteri marmore, M. HELVIUS M. L. MARSTA. Vulgi autem auctoritatem libenter hic secuti sunt poetæ; cum secundum Græcam pronuntiationem *Marsyas* in hexametro non staret. Sic *Cassius Chærea* tribunus plebis, notissimus ob Caii Cæsaris cædem : aliter apud Plinium statuarius, qui nunquam, credo, Italiam viderat; et apud Varronem tertius Atheniensis, qui de re rustica scripsit, *Chæreas*. Ita Persius (priusquam Cornutus Stoicus versum immutaverat metu Neronis), *Auriculas asini Mida rex habet*; et ad id exemplum Justinus : nullam aliam ob causam, præterquam quod id nomen frequenter mancipiis est inditum, præsertim ex Phrygia emptis. Terentius Phormione : *Puer ad me occurrit Mida*. Vetus lapis apud Sponium p. 289, ΜΙΔΑ ΚΥΒΙΚΤΙΑΝΤΣ. Nequeo tamen conjectura augurari, cur qui

Nepoti *Perdiccas*, Curtio et Justino et quibusdam aliis *Perdicca* nominetur. Siquidem apud utrumque cætera omnia Græco more proferuntur, *Amyntas*, *Bagoas*, *Philotas*, *Ophellas*, *Jollas*, *Gobryas*, *Alcetas* frater *Perdiccæ*. [82] Nullus memini *Perdiccas* inter Italorum servos aut libertos: neque quidquam aliud causæ invenire possum. Nam cognomenta Libertinorum (ea ipsis nomina fuerunt, priusquam manu mitterentur), si Græce in Ας caderent, Latine terminationem plerumque ceperunt. Non tamen usquequaque increbuisse eam consuetudinem ex antiquis inscriptionibus animadverti. Nam ecce tibi hæc nomina ex Grutero, Reinesio, Sponio. Ἀχιλλᾶς. *M. Cornelius Achilles*. *L. Pontius Achtilas*. Ἀλεξᾶς, ὑποχοριστικὸν ab Ἀλέξανδρος. *Q. Hortensius*. *Q. L. Alexa*. *Suarellius Alexa*. Ἀνδρέας. *C. Quinctius Andrea*. Ἀπελλᾶς (Ἀπολλᾶς apud Athenæum) ab Ἀπολλῶδωρος. *T. Claudius Apella*. Ἀρποκράς ab Ἀρποκράτης vel Ἀρποκρατίων. *M. Lollius Arphocras*. *C. Herennius Harproca*. Ἀρτεμᾶς ab Ἀρτεμίδωρος. *C. Cæcilius Artemas*. *Cecilius Dexter et Artimas fratres*. *Æ. Fl. Ariema*. *L. Laberius Ariemas*. Ἀθηναγόρας. *Vircius Athenagoras*. Κλεόπας, in Nov. Test. vel fortasse Κλεοπᾶς a Κλεόπατρος, vel Κλεόφιλος. *Ti. Cleuphas*. Κλεινίας vel Κλινίας. *Julii. Clinias*. *Q. Pomp. Clinias*. Κτησία. *M. Aur. Ctesias*. Sic *Dama* apud Persium, si Græcum est a Δαμᾶς vel Δημᾶς quod est diminutivum a Δημήτριος. *Mettius Damas*. Ἐπαφρᾶς ab Ἐπαφρόδειτος. *G. Avillius Epaphra*. *M. Cornelius Epaphra*. *C. Curtius Epaphra*. *C. Julius Epaphra*. *P. Nonius Epaphra*. *C. Pricilius Epaphra*. *S. Propertius Epaphra*. *C. Veincus*. *C. L. Epaphra*. Et e diverso, *Epaphras* postremum præstitit officium. Γλαυκίας. *Glaucias Lib.* Γοργίας. *Gorgias Lib.* *L. Abuccius Gorgia*. Spon. 288. Ἡρᾶς ab Ἡρόδωρος. *L. Abuccius Hera*. *M. Petronius Heras*. *P. Sulpicius Hera*. *P. Valerius Hera*. Ἡρακλᾶς ab Ἡρακλεῶδωρος *Clem. Stromat.* v. *L. Æmilius Heracla*. *C. Annius Heracla*. *C. Camelius Heracla*. *L. Clodius Heracla*. *L. Cornificius Heracla*. *Q. Cornelius Heracla*. *L. Creperius Heracla*. *L. Licinius Heracla*. *F. Longinus Heracla*. *C. Stiminus Heracla*. *Q. Petinius*. *Q. L. Heraclas*. Ἐρμᾶς ab Ἐρμῶδωρος. *Herma accommodator*. *L. Æmilius Hermas*. *P. Annius Herma*. *C. Cassius Herma*. *Cornelius Hernia* (vitiose pro *Herma*). *M. Junius Hernia* (lege *Herma*). *Q. Lollius Herma*. *M. Mag. Herma*. *Octavius Herma*. *C. Quinctius Herma*. *P. Stadius Herma*. *P. Turannius Herma*. *Q. Vibius Herma*. *M. Ulpius Aug. Lib. Herma*. [83] Ἐρμαγόρας. *L. Mæcius*. *L. F. Hermagoras*. Ἐρμείας. *Aurelius Hermias Aug. Lib.* *T. Didius Hermias*. *M. Helvius Hermias*. *C. Julius Hermia*. *Sex. Pompeius*. *Sex. Hermia*. Spon. 221, leg. *Sex. L. Her.* Ἀεοντᾶς fortasse ὑποχοριστικὸν a Ἀεόντιος. *L. Arcius Leontas*. *C. Julius Leontas*. *M. Herennius*. *M. L. Leontas*. Ἀεωνᾶς. *Artemidorus* p. 249. Ἀεωνᾶς ὁ Σύρος παλαιότης. *Fabius Leonas*. *C. Oppius*. *C. L. Leonas*.

PATROL. GR. XCVII.

Μηνᾶς a Μηνῶδωρος. *D. Lallius Mena*. Μητρᾶς; a Μητρῶδωρος. *C. Fyrnius Metras*. Νικίας. *M. Annius Nicia*. *Cluvius A. L. Nicia*. *A. Plautius Nicia*. Νικητάς. *Aur. Niceta*. Ὀνησᾶς ab Ὀνησιφόρος. *Q. Virius Onesas*. Παπίας. *C. Marcus C. F. Papia*. *Munatius Papa* (an depravatam loco *Papia*, an a Πάπας). *M. Plutius M. L. Papia*. *C. Purellius Papia*. *L. Valerius Papia*. Φιλώτας. *A. Annius Philotas*. Φιλᾶς a Φιλῶδημος. *M. Hirrius, Phila*. Φιλᾶς. *L. Magius Phileas*. Φανίας. *Phania* apud Terentium et Ciceronem: *Fl. Phaneas*. *M. Tiltius M. L. Phantias*. Θεωδᾶς vel Θεοδᾶς a Θεῶδωρος. *A. Fæsonius Thuda*. *Q. Veionius Teuda*. Θεωνᾶς. *Alexandriæ episcopus*, *Theonas* apud S. Hieron. *Livius Theona Aug. L.* et *Livius Theona ab Epistulis Græc.* Ζάβδης. Hierosol. episcopus, *Zabdas* S. Hieron. et *Zabde* in monumento L. Valerii: *Sauscius Sabda*. Ζηνᾶς a Ζηνώδωρος. *L. Calpurnius Zena*. Enimvero jam percontari eos velim, qui sine S. littera *Malela* pronuntiant, quo auctore didicerint Joannem hunc Antiochensem captivum in Italiam abductum servitutem ibi serviisse; tandem autem, postea quam libertatem receperat, ad historiam scribendam se contulisse? Sin autem; cur obsecro, cum Evandri matre et cascis illis allium obolentibus, aut cum fæce Romuli loqui malunt; quam cum Cicerone, et bonis auctoribus Latinitatis? Mihi quidem non longa deliberatio est, utros imitari velim. Sed hæc nimium fortasse studiose atque anxie: nisi quod omnino respondendum fuit iis, a quibus sum provocatus. Siquidem Gerardus Vossius, qui nescio an ab interprete Damasceni in errorem ipse inductus sit, certe aliis exemplo suo et auctoritate viam ad errationem munivit, non certo iudicio, sed inconsiderate præterque morem videtur egisse. Quippe qui nunquam alias [84] abjecerit S: ne tum quidem cum auctores haberet, quos etsi perverse, saltem aliquatenus imitaretur. Apud quem *Chæreas* vocatur Historicus et *Clinias*, *Marsyas* Macedonicarum rerum scriptor et Delphicarum *Apellas*: nec tamen *Chærea* et *Clinia* in Comœdia, neque Horatii *Marsya* et *Apella* tenacissimam ejus memoriam fugere potuerunt.

Tantum quod hæc scripseram, Milli jucundissime: cum ecce mihi nova res atque improvisa nuntiatur, quæ de sententiæ me meæ statu prope modum dejecit. Enimvero, quod in superiore causa probanda tantopere desudarem, nihil fuisse; neque in ea disceptatione prorsus ἔσχοπα τετοξευμένα. Nam apud Constantinum et Damascenum τοῦ Μελᾶλα posse nomen indeclinabile esse: neque abhorreere ab usu Græcorum, ut nomina barbara sine variatione casuum proferantur, τοῦ Ἀρμού, τὸν Ἀνούθ, τῷ Ἀσκούμ, τοῦ Βλάχ, τοῦ Ἀψχάλ, etc., sexcenta dari masculina in A, ut ὁ Σισάρα, ὁ Σάλα, ὁ Φουᾶ, ὁ Σιῆξ in Vet. Test. ὁ Ζαρᾶ, ὁ Ἀβία in Novo: Syrorum nationem (Syrum autem esse hunc Melalam) amare nomina in A litteram exeuntia, *Maruta*, *Barsona*, et pleraque omnia: sic et Arabas quompe

23

Abdalla, Mashalla, Taphala, et si qua sunt alia : Δ στρατηλάτου Ῥωμαίων · et 202, κατὰ Σουίνκα καὶ *occurrere denique apud Cantacuzenum* Ἰωάννης Περάλτα, et apud Theophanem Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμούλα, Joannem cognomento Hemula, secundum Victorem Tununensem. Ego vero, quanquam fortasse præstabilius esset, ut ex amicorum consilio supersederem labore respondendi, libera esse judicia sinerem : consilium tamen devorare eam molestiam ; et eo quidem animo, nullum ut certamen instituum, neque enim temperato calamo res agitur ; sed ut semel defungar, nec tacendo committam, ut odiosæ mihi de lana caprina fides succrescant in posterum. Dico itaque neque esse illud, de quo viri docti asseverant, neque posse. Nam ecce tibi Joannes Tzetzes qui cum Ἰωνιωτέρως πως protulerit Μαλέλης, certe secundum me judicasse videatur. Crebro enim ex syllabæ permittantur inter se, Λαωνίδας Λαωνίδης, Ἐρμῆς Ἐρμῆς, Ἀπελλᾶς Ἀπελλῆς, Μαλέλας Μαλέλης. Eodem accedit, quod in syllaba secunda statuitur accentus, τοῦ Μαλέλα tanquam ab ὁ Μαλέλας non Μάλελα neque Μαλελά, ut plerumque assolet in vocabulis peregrinis [85]. Verum illud in primis est admiratione dignum, quod ut de Græco nomine cognitio habeatur, ἐπ' ἄλλοθρόους ἀνθρώπων ; et ad Barbaras nationes provocant. Siquidem ex Hunnorum gente sunt Ἀσχοῦμ et Βλάχ, de quibus vide ipsum Malalam p. 159 et 170. Verum age quandoquidem sic agi placet, cedo quos volent arbitros. Stabimus etiam Hunnorum iudicio : neque homines plebei, sed reges et regibus proximi pronuntiabunt. Verba sunt Malalæ p. 59 : Καὶ ἤνεγκεν ἅμα αὐτοῦ κατὰ Ἀττιλᾶ. Maximo regum, bona tua venia libenter rogaverim, qui Græce vocaris casu recto. Cur autem occupato molesti sumus ? Respondebit pro eo Malalas ibidem : Ὁσαύτως δὲ καὶ Ἀττιλᾶς ἐτελεύτησε. Sic omnes uno ore. Apud Priscum Thracem in Collectaneis Constantini Porphyrogeniti ; corrigendus obiter Suidas, qui Πρίσκος ait Παντίτης ἔγραψεν ἱστορίαν Βυζαντικὴν καὶ κατὰ Ἀτταλον, lege haud cunctanter, Βυζαντιακὴν καὶ κατὰ Ἀττήλαν vel Ἀττήλα · apud Priscum, inquam, aliquoties legas Ἀττήλας καὶ Βλήδας. Is Attilæ frater erat, a Jornande Bleta dictus, a Prospero depravate Bleba, a Theophane D Βέλας · Ἀττιλᾶς, inquit, Ὀμουδιῶν παῖς ἀποβαλὼν Βέλαν τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν. Verbum illud divinum facito, et scribe ὁ Μνουδιῶν παῖς vel fortasse Μουνδζίου. Jornandes enim Mundzuccum nominat, et Sigebertus Mundzuch, perperam vero Nicephorus Callistus Νουμίδιον. Quid Attilæ patruus, Ρούα ne declinabile an Ρούας ? De hoc statuet idem ille Priscus ; cujus verba sunt, Ρούα βασιλεύοντος τῶν Οὐννων et παρὰ τὸν Ρούαν ἀρκενεῖσθαι. Ita Βάλας dux Hunnorum apud Procopium, Vandalorum Ἀμμάτας, Gothorum Γρίπτας et Βίσσας, et Μόρρας et Μαρκίας, et Ἀλβίλας et Οὐσδριλας. Eant nunc et ab Hunnis malum sibi mendicent. Apud Malalam reperio p. 210 : Τζίττα

Σίμμα · et 111, μετὰ τοῦ ἡνίοχου Καλλιόπης · et 165, μετὰ τοῦ φυλάρχου Ἀρέθα · plane ut apud Constantinum est τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα. Placetne jam, ut Joannem ipsum nobis arbitrum capiamus ? æqua, opinor, et honesta postulatio est. Sententiam vero is suam ostendit p. 204 : Ὅστις Τζίτας · 203, Σουίνκα ; δὲ καὶ Σίμμας · 110, Καλλιόπης τις ἡνίοχος · 166, Ἀρέθας τις ὁ φυλάρχος καὶ Γνούφας. Et adhuc dubitent, si possunt, utrumne qui hæc [86] scripserit, ullo modo est ut ὁ Μαλέλα vocatus fuerit. Jam Σισάρα et Φουά quam inviti et recusantes in argumentum ducuntur ! Recte quidem factum a LXXII viris ; quod cum vetusta illa et Ogygia nomina litteris Græcis mandarent, ad syllabam de sermone barbaro expresserunt. Nam qui annis ante permultis excesserant e vita, nulla, credo, iis futura erat consuetudo cum Græcis. Quod si alii juniores, quibus eadem quæ veteribus illis nomina, usum et commercium cum Græcis habuerunt, sine dubio eorum nomina declinata sunt ad normam Græci sermonis. Sic I Paralip. cap. viii, est quidam Ἀνανία, et cap. xii Βερχία, vel, ut in ms. Regio est, Βαραχία. Eadem occurrunt nomina in Test. Novo (Syrus enim interpres et hic et illic *Hhananio, Brachio*) : cum Græca tamen terminatione, Ἀνανίας, Βαραχίας. Similiter antiqui illi Ἰακώβ, Ἰωσήφ, Σαούλ perpetuo nominantur : juniores vero, qui cum Græcis rem habuerunt, Ἰάκωβος, Ἰωσήπος, Σαῦλος. Quo exemplo etiam Σισάρας et Σάλας et Φούσας essent dicti ; si Antiochiæ vixissent vel in alia quavis civitate Græca, et memoriam rerum gestarum litteris consignassent. Neque vero inficior Syrorum, atque Arabum nomina frequenter in A littera terminari : servatam esse a Græcis eam terminationem pernego. *Abdalla, Masalla, Taphala*. Ita quidem Arabes. Quomodo autem Græci ? Theophares, p. 294 : Μουαμῆδ ὁ τοῦ Ἀδδελᾶ. Perii equidem, in A hoc exit, et contra me facit. Sed nolo ens in lætitiā frustra conjicere. Illud enim perincommodè intervenit ibidem ὁ Ἀδδελᾶς υἱός, et apud Zonaram Μασάλας ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγός, apud Malalam Ταφαράς ὁ φυλάρχος. Eadem mihi de Syriacis nominibus sententia est. Porphyrius apud Eusebium Scaligeri : Πτολεμαῖος δὲ ἀναπακτήσας, ὅτι τῷ Πηλουσίῳ προσέβαλεν ὁ Δημήτριος, ἔτε τῶν κατ' Αἴγυπτον πραγμάτων ἐχόμενος, πέμπτει βασιλέα τῆς Ἀσίας Ἀλέξανδρον, ὡς υἱὸν Ἀλεξάνδρου, ἃς διὰ τὸ ὡς ἀγοραστὸς εἶναι τοῦ Πτολεμαίου Σαβίνου ἐπακλήθη πρὸς τῶν Σύρων, et Josephus : Ἀλέξανδρον τὸν Ζεβινᾶν ἐπιλεγόμενον. Et eodem nomine Antiochensis episcopus Ζεβίνος Nicephoro, Ζίδεννος *Zebennus* Eusebio et Hieronymo vocatur. Atqui ἀγοραστὸς, *empicus*, Syriace est *Zbino* vel *Zbina*. Ita Græce dixeris [87], Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεύς, ὃς διὰ τὸ φιλόλογος εἶναι Μαλέλας ἐπακλήθη πρὸς τῶν Σύρων, vel, ut proprius Syrorum pronuntiationem subsequitur Damascenus ipse Syrus, Μαλέλας.

Nam *Malolo* vel *Malala* est orator, eloquens, loquax. Non difficile est conjectura assequi, utram ob causam cognomento illo auctus fuerit Joannes, *Δαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν*. Ipse Porphyrius a popularibus suis Syris *Malcho* sive *Malcha* vocabatur: Græce vero non *Mάλχα*, sed *Mάλχος*. Ita *Cipha* saxum *Κηφᾶς*, *Thoma* gemellus *Θωμάς*, et si qua sunt alia. Mal. p. 41. 'Αντιόχον τὸν ἐπίκλην Κούζωνα. Mirum ni ex illorum sententia cognomentum Antiochi fuit *Chusona* casu recto, ut *Malala*: cum ambo sint Antiochenses. Quid ergo sibi volunt ista p. 63. 'Αντιόχον τὸν Κούζωνα τὸν ἔγγονον 'Αντιόχου τοῦ Κούζωνος? Quod si usquequaque Syriaca nomina imitari et exprimere debemus, cur, obsecro, 'Ιωάννης dicitur, non 'Ιωανάν *Μαλάλα*? nam Syris est *Jahhanon*, ut LXXII viris 'Ιωανάν. Sed ecce tibi Cantacuzenus, qui p. 874. *Λατίων τις*, ait, 'Ιωάννης *Περάλα* προσαγορευόμενος. Scias autem in quantas angustias adducti sunt, cum homines χθές καὶ πρώην γεγονότας sæculo demum XIV, post Christum natum inveterata jam barbaria, causæ suæ patronos adoptant. Rem sane lepidam et jocosam. Joannes hic Antiochensis bene Græce *Μαλάλα* dici potest, quia Italo cuiusdam nomen erat *Giovanni Peralta*. Sic enim Cantacuzenus p. 174. *Μάλιστα δὲ Ντζιουάν Περάλα* ὁ τούτων ἡγεμῶν. Græcus iste est sermo hodiernus: ita giostra τζούστρα, gingiva τζιντζίδα, jecur τζηγάριον. Vah! quam velim progrediantur longius, atque una opera probent Ντζιουάν Μαλάλα dicendum esse: facinus pol magnam et memorabile fecerint. Iud vero durum, quod apud Theophanem est 'Ιωάννης ὁ ἐπίκλην 'Ημοῦλα. Nec a Victore solum vocatur *Hemula*, sed Anastasio etiam, qui Theophanem in Latinum convertit: a Liberato Diacono Joannes *Mela*; nisi fortasse depravati sunt codices. Ex Græcis verò scriptoribus solus Theophanes et semel duntaxat cognominis ejus mentionem facit: cæteris simpliciter Joannes vocatur, Nicephoro [88] Patriarchæ, Nicephoro Callisto; sicut et Leontio Byzantio, Chronicoque Orientali. Quo magis adducor, ut vitiosum esse illud verbum existimem; et istum apicem, qui in libris mss. terminationem ας signare solet, ab indiligenti librario mutatum esse vel prætermissum. Præsertim cum cuncta id genus nomina præter hoc unum ab ipso Theophane per ας scribi videam; 'Αρέδας, 'Αττίλας, Μασάλας, 'Αβουλάδας, Κουτζίνας, alia quamplurima. Itaque hoc in loco, ut mea fert opinio, facta est Theophani injuria. Nec, quod Anastasius et Victor *Hemula* Latine nuncupant, non *Hemulas*; magis id quemquam movere debet, quam quod *Attila* a Latinis dicitur, quæ Græcis est 'Αττίλας. Nam peregrina ejusmodi nomina Græci Latini que neutri ab alteris, sed ab ipsis Barbaris utriusque acceperant. Toto igitur cælo erravit Priscianus, cum *Turia* et *Bagrada* (Africae sunt ista flumina) dectinari putat a *Τουρίας* et *Βαγράδας*. A Græcis quidem 'Ιθάς, Μιχ-

φας et *Βάρκας* sunt dicti, qui a Latinis *Juba*, *Micipsa*, *Barca*. Nec tamen hæc quæ proxime nominavi, de Græcia petita sunt; sed ex Africa recte itinere deportata sunt in Italiam. Quid enim, cum illi 'Αμύλας, 'Αννίθας proferunt, hi *Hannibal* et *Hannibal*; non signi hoc satis est, unde utraque sunt accersita? Nempe hi masculina nomina Africana in A libenter retinebant; Græcorum aures tanquam absona et inconcinna repudiabant. Sed ut concedam illud 'Ημοῦλα a Theophane profectum esse: non ego monachum aliquem adversus omnium auctoritatem magistrum dicendi capere velim; sed illum ipsum ad nationis suæ exemplum, addo etiam suum, componere. Vir multiplici doctrinæ copia præditus Eustathius Thessalonicensis episc. accurate disputans de Homericis illis ἱππῆλατα Πηλεὺς et 'Ερμείας ἀνάκχητα, etc., non *Σισάρα* et *Σάλα*, non 'Ημοῦλα ad partes vocat; nam *Giovanni Peralta* qui potuit, priusquam is nasceretur? quod contra ex omni memoria duo duntaxat memorat masculina Græca in A, eaque minime a se lecta, sed Eudæmonis fide Pelusiotæ; ejus opinor, cujus librum de Orthographia Stephanus Byzantius, et Suidas et Etymologici scriptor citant. Horum unum Illyricum esse nomen, ex epigrammate quodam, Πατήρ δ' ἔμ' [89] ἔφυσε κόπαινα, ἦτο: Κοπαίνης. Syracusanum alterum ex Sophrone, ὁ Μύριλλα. Democopum videlicet architectum, cum theatrum exædificasset Syracusam, populo viriim unguentum distribuisse, et ex ea re cognomento vocatum esse Myrillam: nempe ἀπὸ τοῦ μύρου Μύριλλαν. Ego vero Eudæmonem illum jubeo κρόμμυ' ἐσθίειν, ut hominem infortunio matrem: siquidem religio erat Pelusiotis cepas gustare. Nam profecto de Syracusiorum dialecto cras credo, hodie nihil. Theocritus Syracusanus, qui idiomate vernaculo perpetuo est usus (Μοῦσαν δ' ὀθεινὴν οὐποτ' ἐφειλκυσάμην) annon Σ litteram ubique servat, *Δαμοίτας*, *Μενάλας*, 'Αμύντας, *Διοκλειδας*? Non Apollo *Δαφνίτας* Syracusis colebatur? Non *Nicetas* Syracusius philosophus a Cicerone laudatur in *Academicis*? non eorum sermone γαφάγας *lunbricus* apud *Etymologicon*? non dissimulo apud Hesychium scriptum esse *Γαφάτα*, *σκόληξ*: sed vero duplici errore. Nam excidit Σ littera, ut usu venire solet, cum proxime subsequatur altera: T autem facillime mutatur in Γ, ut alibi *Στένωτρον*, *εὐρυπωδέστερον*, *συριγγώδες*, pro *Στενωτρον*, *εὐριπώδες*, *στενόν*, *συριγγώδες*. Ne ipse quidem Sophron aliter locutus est. Athenæus lib. VII: Καὶ παρὰ Σώφρωνι ὁ θυνοθήρας, et *καρχαρία*; aliquanto inferius, p. 306, *Σώφρων*, *θυνοθήρα* δὲ γαστήρ *καρχαρία* ὁ κάτινος δῆσθε. Priora verba quæ Casaubono molestiam creabant, sic lege: *Σώφρων* *θυνοθήρα*. 'Α δὲ γαστήρ, id est, *θυνοθήρα*. Nimirum iste liber *θυνοθήρας* inscriptus est. *Etymol.* in 'Ηζ. 'Ὡς φησι Σώφρων ἐν *θυνοθήρα*. Male alibi ἐν *θυνοθήρα*. Quod si verum est illud de Democopo, vulgi joco cognomen suum

adeptus esse videatur, quia fortassis ea tempestate A Syracusis scorto cuiusdam non ignobili nomen fuerit Myrilla. Nam mulieris id quidem nomen esse proprium certiores nos facit poeta nescio quis inter Lyricos II. Stephani. Στρατόκλεις φίλος Κυθήρης, Στρατόκλεις φίλος Μυρίλλης. Ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα, Κομάει, τέθηλε, λάμπει. Ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει, Ῥόδον ἐν κόραις Μυρίλλα. Quod ad Κόπαινα attinet, etsi non facile lidem habeam, viderit de eo verbo epigrammatis auctor; qui fortasse, cum barbarum Illyrium βαρβαρίζοντα induxerit, bene moratum carmen fecisse videatur. Quod si quis [90] Illyriorum exemplo Ἰωάννης ὁ Μαλέλα proferre velit: id quidem perinde est,

tanquam si ὁ Κάτο dicens et ὁ Κίκερο, se egregie loqui Græce contendat; quia apud Aristophanem Caris Cantilena est, Θρεττανεὺδ τὸν Κύκλωπα· et Scythæ istius Attica elegantia :

Ὡς ἐλακρός ὡσπερ φύλλο κατὰ τὸ κώδιο.
Ἢ γράδι ὡς καρτερό σοι τὸ τυγάριο,
Κοὺ δύσκολ' ἀλλὰ πρᾶο· ποὺ τὸ γράδιο.

Sed nimium diu, mi Milli, in litigiosa hac disputatione te demoratus sum. Dabis autem veniam necessitati; nam postea, per me licet, alii ut volent loquentur, non equidem invidio, neque intercedo. Imo enimvero invitissimus hæc scripsi,

Ὡς οὐχ ὑπέρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

ADDENDA.

Ecce iterum Crispinus. Cum enim adhuc supersit B charitæ aliquantulum, ut narrat typographus; nimium ei parcere stulta, ut ait ille, foret clementia. Percurram igitur Epistolam totam, adnotaturus identidem, si qua vel retractari diligentius vel corrigi debeant.

Principio, bene quidem factum quod (pag. 4) de etymologia τοῦ Ἡρικεπαίου supersedi inquirere. Quamvis enim Ἡρι in Græcorum verborum compositione non infrequens sit, Ἡριπέλη, Ἡριγένεια, Ἡριγέρων, Ἡριθαλές· nihilo tamen minus peregrinam esse vocem mihi videor certo comperisse. Siquidem κει syllaba, quod jure mireris, plane aliena est atque absona a consuetudine cum Græci tum Latini sermonis. Σκειπ. quidem in σκέπω, περισκεπής, σκέπαρνον, etc., κει. autem nusquam occurrit, quod sciam, præterquam in Κέπος. Eam ego vocem, cum solitaria sit atque unica, vix dubito, quin olim pronuntiaverint *Keffos* non *Kepfos*: prout hodie Σακῶν *Saffo* dicimus, non *Sapfo*. Apud Latinos autem κει syllabam brevem frustra quæsieris. *Conceptio*, *perceptio* et similia, κει. habent productam a *percepi*, *concepi*. — *Anceps*, *aucers*, *princeps* κει in scriptura exhibent, non κει: neque vero casibus obliquis faciunt *aucerpis* aut *princepis*.

Ep. p. 12. [91] Ut egomet vineta mea cædam, falso credidi tres istas Sophoclis fabulas ex una tetralogia fuisse, continuatione serieque historiarum in eam opinionem adductus. Ἄλλ' οὐ πεσὼν γὰρ ἐκείμην. Culpa enim postridie deprehensa etiam amoveri facile potuit, si per typothetam licuisset. Ἄλλὰ τὸ πρὸν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀγνύμενοι περ. Certum est eas tragædias longo interjecto intervallo fuisse editas. Antigonen ita placuisse ferunt, ut ea gratia prætura Sophocli decerneretur in bello adversus Samios. Ergo acta esse videtur anno III, Olymp. LXXIII, ætatis Soph. LVI, secundum Mar-

mor Arundel. OEdipus vero tyrannus secundas tantum obtinuit, et victus est a Philocle: quin et OEdipum Coloneum, quem extrema senectute fecit omnium novissimum, editionis tempore antecessit. Argumentum OEd. Tyr. Εἰσι δὲ καὶ οἱ Ἡρότερον αὐτὸν, οὐ Τύραννον ἐπιγράφοντες, διὰ τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν καὶ διὰ τὰ πρᾶγματα. Ita scribendus est iste locus, quem minus intellexit magnus Camerarius. Sunt qui hanc fabulam OEdipum Priorem inscribunt, non OEd. Tyrannum: quia prior erat cum tempore actionis, tum serie rerum gestarum. Ea hujus loci sententia est.

Ep. p. 14, vers. 3. Auget vehementer suspicionem nostram ipse Clemens in Protreptico, qui postquam versus eos tanquam Sophocleus protulit, ὁ- C τὸς μὲν, ait, ἦδη καὶ παρακεκιδυνημένος ἐπὶ τῆς σκηνῆς τὴν ἀλήθειαν τοῖς θεαταῖς παρεστῆγαγεν. Ergo et Clementis iudicio in capitis venisset discrimen, quicumque eos olim in scenam detulisset. Si alibi citantur hoc exemplo:

Θῆητοι δε πουλυκερδεῖα πλανώμενοι
Ἰθρυσάμεσθα πημάτων παραψυχήν,
Θεῶν ἀγάσματ' ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ λεσαρτίων τύπους.

Quamobrem, quia nullus jam locus est censure nostræ in πολλὸν et χαλκίων, alia afferam argumenta oportet, cur subdititii sint. Multis sane nominibus non placet illud πουλυκερδεῖα. Nam quid, obsecro, facit πουλὺ in tragædiæ diverbio? est enim ex dialecto Ionica. Neque vero δεῖα spondæus in sede [92] quarta ferri potest contra morem consuetudinemque Tragicorum. Theocritus: Καὶ φιλοκερδεῖν βεβλαμμένον ἄνδρα παραλεῖν. Neque porro πουλυκερδεῖα de *avaritia* possis accipere cum interprete Clementis: verum ea sententia nimium quidem inepta atque insiceta, quasi si *prudencia* sive *astutia* homines in errore incidere. Πολυκερδεῖα enim est πολυδραία· ut Ulysses Homericus:

Ὁὐκ ἔτι εἰκόμενοι, πολυιδρωμένοι νόσοι,
'Αλλ' ὁ μὲν ἦν δλοχον πολυκερδελήσιν ἄνωγε.

Sed et alia fertur scriptura nihilo melior : ὀνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίᾳ πλανώμενοι. Mibi quidem, salvo aliorum iudicio, nos multi mortales, parum ornate dici videtur pro elegantia Ἀττικῆς μελιττης. Sed utcumque de ea re visum fuerit eruditibus : rogatos eos velim, qui luculenter Græce sciunt, utrum καρδίᾳ πλανώμενοι domesticus sit sincerusque sermo Græcus, an potius peregrinus, et πονηροῦ κύμματος? Nimirum suo se indigio prodidit Judæus iste sorax. Neque enim Hellenismus est, verum Hebraismus purus putus ex sacra Scriptura translatus atque expressus. Psal. xciv, (et *Epist. ad Hebræos*) Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· καὶ αὐτοὶ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδοὺς μου. Isaias xxi : Ἡ καρδία μου πλανᾷται. Imo enimvero negamus ista,

Ἡ χρυσοτεύκτων ἢ λεφαντίνων τύπους ab homine Græco nedum a Sophocle proficisci posse. Τύπος hoc in loco est ipsa statua, αὐτὸ τὸ ἀγαλμα, οὐκ εἶδος τοῦ ἀγάλματος, ut apud Isocratem in fine Evagoræ : τοὺς μὲν τύπους ἀναγκαῖον παρὰ τοῖς εἶναι παρ' οἷς ἂν σταθῶσι. Dicerent vero Græci Ἡ χρυσοτεύκτους ἢ λεφαντίνους τύπους θεῶν, non χρυσοτεύκτων. Velut εἰκόνας dicunt χαλκᾶς Ὀλυμπιονικῶν, non χαλκῶν. Artemidorus : χάλκαται γὰρ εἰκόνας τῶν ἐλευθέρων ἀνατίθενται. Ita passim et vulgo, ut quidem testimoniis uti putidissimum foret. Neque vero aliter Latini. Lucretius : Si non aurea sunt juvenum simulacra per ædes, non aureorum. Plinius xxxiv, 7 : Ligneæ potius aut fictilia deorum simulacra. Juvenalis : Effigies sacri nitet aurea cercopithecii. Horatius : Quid referam, quo pacto in imagine cerea largior arserit ignis. Itaque τύπους ἐλεφαντίνων θεῶν nihil minus est quam Græca oratio : ea tamen utitur Sibylla lib. iii : ξυλίων θεῶν εἰδῶλα dicens pro ξύλινα.

Ὅτινες οὐκ ἀπάτησι κενᾶς, οὐδ' ἔργ' ἀνθρώπων,
Χρῦσα καὶ χάλκεια, καὶ ἀργύρου ἢδ' ἐλεφαντος,
Καὶ ξυλίων λιθίνων τε θεῶν εἰδῶλα καμόντων,
Πήλινα, μιττόχριστα, ζωγραφίας τυποειδείς,
Τιμῶσιν, ὅσα κεν τὸ βροτοὶ κενεόφροσι βουλή.

Eadem habet Protrepicus Clementis. Quis porro inficiabitur in eodem doctos esse ludo subjectorem hunc Oraculorum, et commentitium illum Hecataem? Quod si vicero de versibus falso Sophocli attributis, etiam illud evidentissime constabit, quod olim Philo Herennius et patrum memoria Jos. Scaliger suspicati sunt : nempe librum illum *De Judæis*, qui sub Hecataei nomine ferebatur, a Judæo quodam Hellenista fuisse confectum : velut Aristeam illum pari facinore, quem supposititium esse convincunt post eundem Scaligerum alii bene multi, in quibus omnium doctissime et copiosissime Humfredus Hodus, cui multum olim debebit Historia ecclesiastica.

Ep. p. 33. Εὐηρότατον. Suidas in Lexico : Εὐηρότατον τὸ καλὴν ἔχον γῆν, τὸ κάλλιστον τῆς γῆς. Εὐήροτον τὸ καλῶς ἤροτριμμένον. Vides enim utrumque vocabulum agnoscere, εὐηρότατον quidem com-

A parativum, absolutum vero εὐήροτον. Quid igitur fiet? An supplex ad Hesygium adeam, pacem ejus oratum et peccati veniam? Imo enim satis ostendunt ea verba et mendii vetustatem, et emendationis mex præstantiam. Quippe nisi ego plane desipio, sic in comparatione dicendum esset, Εὐήροτον, εὐηροτώτερον, εὐηροτώτατον. Quod si reponere velis εὐηροτώτατον apud Suidam : jam ea vox inverso ordine post Εὐήροτον collocanda esset. Ergo quocunq; te vertas, hallucinatio Suidæ est, qui sine dubio sua male confinxit ex Hesychianis, vel ex illis unde sua transtulit Hesychius.

Ibidem. Ἀντινι, ἀντιδενέγμεθᾶ. Liquido possis dejerare, Hesygium scripsisse ἀντινι, id enim series litterarum efflagitat; et illud ἀντιδι ex correctore natum esse, qui κακῶ κακὸν λάσατο. Scriptura a prima manu fuit in hunc modum : Ἀντινιγέμεθα, ἤναντιώμεθα. Hesychius autem, qui, ut videtur, non leviter tum lippicbat, sic legit et scripsit : Ἀντινιγέμεθα, νι et η paulum oppido inter se differunt, et [94] facillima sane erratio est. Nihil hac conjectura probabilius dici potest. Ἀντινιγέμεθα ab ἀντιφέρομαι, ἤναντιώμεθα. Ipse Hesychi. Ἀντιφέρεται, ἐναντιοῦται, et Ἀντιφέρεσθαι ἐναντιοῦσθαι, et Suidas : Ἀντιφέρονται, ἐναντιοῦνται. Sed Ἀντιδιαφέρομαι nusquam lego.

Ep. p. 47, v. 4. Πέπλους τε νῆσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας. Vox ea bifariam accipi potest. Aut νῆσαι eiiit ὕφανα· quemadmodum πέπλοι ἐθνητοι ab Homero vocantur, Ἐνθ' ἐνὶ πέπλοι Λεπτοὶ ἐθνητοι βεβλήατο, ἔργα γυναικῶν. Qui a Sophocle εὐφραῖς vocantur in Trachiniis : Ὅπως φέρεις μοι τόνδε γ' εὐφῆ πέπλον. Aut erit νῆσαι, σωρεῦσαι, accumulare vestem, in arcis reponere, ut mos erat antiquorum. Homerus :

Ἄς φάτ'· ὁ δ' ὀψόροφον θάλαμον κατεθήσατο
| πητρὸς
Εὐρῶν, ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο
Ἐσθῆς τ' ἐν χηλοῖσιν, ἄλις τ' εὐώδες ἐλαιον.

Et alibi :

Ἐλέγη δὲ παρίστατο φωριαμοῖσιν,
Ἐνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποικίλοι· ὅς κάμεν
| αὐτῆ.

Possis etiam, et magis quidem apposite ad nomen Tragœdiæ Πλυντριάς, νῆσαι reponere, *Lavato*, etc. Πέπλους τε νῆσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

Epist. p. 60, v. 29, adde : Idem Hesychius : Κυδρός, ἐνδοξος, καὶ τὰ ὁμοία, γαυριῶν, πεποιθῶν· εὐρίτιδες συγκαπὸν δὲ τοῦ κῦδος Καλλίστρατος πεποιθῶς. Nunquam quidquam vidi inquinatius. Lege γαυριῶν, πεποιθῶς, Ἴων Εὐρίτιδαις· συγκαπὸν δὲ τοῦ κῦδος. Καλλίστρατος. verbum enim novissimum πεποιθῶς est emendatio τοῦ πεποιθῶν. Vide Epist. pag. 53, 34, 39. Et Callistratus quidem κῦδος a κυδρός deducit συγκαπὸν τοῦ κῦ, alii vicissim κυδρός a κῦδος derivant ἐπενθέσει τοῦ κῦ. Etyim. magn. Κῦδος, κυδότερος, κυδότατος, πλεονασμῶ δὲ τοῦ κῦ γίνεται κυδρός.

Ep. p. 78, v. 30, adde : Martianus Capella lib. iii, cap. de Analogia : *Aneas, Pythagoras*

Lycas faciunt *Æneæ*, *Pythagoræ*, *Lycæ*. Quando nostra ratione nomina, quæ genitivo in *E* exeunt, nominativo *A* finiuntur; ut *Catilinæ Catilina*. Sed hæc Græca sunt, ideo in nominativo *S* litteram retinent. Quædam tamen perdunt *S* litteram in nominativo, ut *Nicæa*, *Medæa*. Ergo in his nominativis consuetudo servanda est. Ubi legendum est, *Nicia* et *Demea*. Vide Epist. pag. 83.

Ep. p. 75, v. 35. Sed nusquam alibi tam frequens earum vocalium [95] inter se permutatio est, quam in 2 codd. mss. longe antiquissimis, Alexandrino uno in bibliotheca Regia, qui integra exhibet Biblia et Epistolas S. Clementis ad Corinthios: Cantabrigiensi autem altero, mutilo quidem et decurtato; quippe qui Acta duntaxat habeat et evangelistas; verum idem e regione ostendat interpretationem veterem Latinam ad verbum de Græco expressam, dignissimam sane quæ ex oblivione atque tenebris tandem aliquando in lucem edatur. Servantur etiam Oxonii Acta apostolorum, vetustate quidem pari, sed versione multum diversa; et in Gallia denique Epistolæ sancti Pauli, qui codex et antiquitate et Latina versione atque adeo Scripturæ et voluminis forma Cantabrigiensi nostro similimus est et germanissimus. Atque hæc quidem talia exemplaria, cum aliis omnibus ubivis gentium, quod sciamus, longe longeque et dignitate et tempore antecedant, neque quidquam hodie supersit simile aut secundum, cum tinea (proh dolor!) atque muribus luctantur, et utut his incendia pepercerint, ipso senio intra annos paucos non dubie peritura sunt. Tu vero, Milli doctissime, qui omnium mortalium maxime in eo studio versatus es, non patieris hanc laudem tibi præripi, sed maturabis veneranda illa pignora et monumenta vetustatis a situ et interitu vindicare. Scimus enim te horum omnium editionem instituere,] quæ una pagina et in uno conspectu codicem Alex. qui familiam ducet, et Cantabrigiensem cum versione sua, atque ubi hic deficit, Oxoniensem deinceps atque Gallicum præsentet: quæ singulas litteras atque apices exemplarium, etiam ubi a librariis peccatum est, accurate et religiose subsequatur. Nihil illi purpuræ assuetur discolor aut diversum; nullæ interpolationes, nullæ notæ accentuum, quorum omnis hodie ratio præpostera est atque perversa: adeo ut qui tuam editionem sibi comparaverit, ipsa illa propemodum archetypa versare manibus atque oculis usurpare videatur. Ea res olim, ut certum est augurium, et Britannicæ nostræ splendori erit, et Ecclesiæ præsidio: tuos vero utique labores amplissimis præmiis [96] atque immortalis gloria compensabit. Macte ista pietate et diligentia esto. In te omnes ora atque oculos convertimus, te num in hoc curriculum vocamus: ipsi codices celerem tuam opem implorant et flagitant: quid cessas per medias laudes et faventium plausus secundo rumore ingredi? Tu vero, ut polliceri de te possum, facies id sedulo; simul atque exhibi Novum

tuum Testamentum, jam fere ad umbilicum usque perductum: quo in opere, nisi vererer coram in os te laudare, dicerem quam longo intervallo aliorum omnium in eo genere labores post te reliqueris. Ea typorum elegantia est et magnificentia; ea in adnotationibus eruditio elucet, in variis lectionibus industria: quippe etenim ad eam copiam comparandam omnia S. Patrum scripta, omnes antiquas versiones, et infinitam vim codd. mss. curiose excussisti. Enimvero mihi stomachum subinde movent imperiti quidam homines et nullo usu bonarum litterarum præditi, qui omnem operam, quæ in variis lectionibus colligendis impenditur, aut inutilem esse existimant aut Ecclesiæ periculosam. Eorum ego sermones, quanquam indigni sunt quorum ulla ratio habeatur, uno in præsentia exemplo retundam: quo perspicuum erit minuta quædam et prima utique specie levissima posse magnas difficultates expedire. Locus est cap. iv in Epist. ad Galatas, qui ab ineunte fere Christianismo usque ad hanc memoriam doctissimos viros exercuit: 22. Γέγραπται γὰρ ὅτι Ἄβραάμ δύο υἱοὺς ἔσχεν ἓνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἓνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. 23. Ἄλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας. 24. Ἄτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα· αὐταί γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθήκαι· μία μὲν ἀπὸ θρόου Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννώσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. 25. Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ θρὸς ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. 26. Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Memini equidem, Milli, me non ita pridem a te rogatum, ut de perfidicili hoc loco iudicium meum interponerem, vehementer approbasse sententiam tuam, quam in illa tua editione posuisti. Neque enim eundem montem et Agarem vocatum esse et Sinam, neque vero ullum usquam gentium eo nomine notatum esse, neque porro Agarem servam (si de serva malit [97] quispian, quam de monte accipere) in eadem allegoria et monti respondere posse, et legi quæ ex monte promulgata est: atque his de causis in diversæ consilia itum esse ab antiquis, quorum alii Σινᾶ, sed plures Τὸ γὰρ Ἄγαρ e libris sustulerunt: quæ autem nostra et Patrum memoria viri magni commentati sunt, tantum abesse ut locum faciant explicitiorem, ut novis etiam obscuritatibus involvant. Qua quidem occasione, ne omnino ἀσύμβολος essem, cōnjecturam, ut acis, extemporalem in medium attuli, quæ etiam tum visa est ad veritatem proximè accedere. Scilicet e regione verbi Σινᾶ adnotasse olim quæpiam enarrationis causa, Σινᾶ θρὸς ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, Σινᾶ ἰσὶ; quem memorat Apostolus, mons Arabiæ est; ea autem verba non multo post, ut sæpe usu venit, de libri margine in orationem ipsam irrepsisse: nam Apostoli quidem ea non esse, sed παρεμβεβλημένα, ex ipso statim vultu et colore totiusque adeo corporis filo cognosci posse: et proinde me paratum esse ὄδε-

λίξειν hunc locum, nisi quid tibi secus videretur. **A** bo, Apostolus tali usus est constructione verborum, qua δουλεύει cum Ἄγαρ necessario convenire videatur? aut quomobrem τὸ Ἄγαρ genere neutro posuit; quasi vero Ἄγαρ materialiter ac pro voce, non pro ancilla hic usurpetur? Hactenus opinor prospere mihi conjectura processit, ut mons iste Arabiæ omnibus machinis loco movendus esse videatur: sed male vero me habent hi scrupuli, neque aliud habeo quod dicam aut conjectem; præterquam ex quo tempore verba ista de margine in orationis textum ascita sunt, sicuti mox conjunctionem δὲ quosdam homines intrusisse, ita alia nonnulla mutavisse leviter et ad commentitiam eam sententiam accommodasse. Nam profecto facile animum induco, ut credam hoc modo scripsisse sanctum Paulum: Τῇ δὲ Ἄγαρ συστοιχεῖ ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ· δουλεύει γὰρ μετὰ τέκνων αὐτῆς. Ἡ δὲ ἄνω, etc. *Agari autem respondet Jerusalem, servit enim cum liberis suis. Quæ vero supra est Jerusalem libera est, quæ mater est omnium nostrum: postea vero adulterina ista sese insinuasse hoc exemplo, Τῇ δὲ Ἄγαρ Ἰνᾶ δρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ συστοιχεῖ ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ.* Cum autem hæc oratio, ut cernis, in manifestum solœcismum cadat, simile sane vero est, ne dicam necessarium, verba ista τῇ et ἡ sic brevi a scribis immutatum iri, quemadmodum hodie vulgo feruntur. Quis enim non incuset *imperitiam notariorum librariorumque incuriam, ut sancti Hieronymi verbis utar, qui scribunt, non quod inveniunt, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos?* Vale.

libros comperimus conjunctionem istam non agnoscere: quod sane non de nihilo est, neque ulla commode ratio reddi potest cur abfuerit; si verba, de quibus hæc quæstio est, nunquam non in codicibus exstitissent. Tanta rem tam pertenui indicio patefacta satis refellit voculas Imperitorum aut malevolorum hominum, qui diligentiam istam minutas Scripturæ varietates sectantem, tanquam obscuram et sollicitam et nimiam in vituperationem adducunt. Quis enim dubitet quin mellor multo et apertior fiat sententia, si auctoritate manuseriptorum expungatur δὲ· tum autem Σινᾶ δρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ de medio discedant; et totus deinde locus sic legatur. Ἄτινά ἐστὶν ἀλληγορούμενα· αὐταὶ γὰρ εἰσὶν αἱ δύο διαθήκαι· μία μὲν ἀπὸ δρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Τὸ δὲ Ἄγαρ συστοιχεῖ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ· δουλεύει γὰρ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. Hoc est, *Agar autem respondet Hierosolymis, serviunt enim cum progenie sua. Γὰρ et δὲ locum inter se permutare jussi fide ms. Alexandrini, et aliorum: quin etiam dedita opera Hierosolyma dixi non Jerusalem; ut ex ipsa dictione foret perspicuum, quorsum illud δουλεύει pertineret. Ipsa enim flagitat sententia ut δουλεύει referatur ad Ἱερουσαλήμ. Quod cum ita sit; cur, ama-*

ANNO DOMINI DCLXXV.

S. ANDREAS HIEROSOLYMITANUS

CRETENSIS ARCHIEPISCOPUS.

NOTITIA.

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.*, t. XIII, p. vi, 93.)

Natus est Andreas Damasci, quantum quidem erudimur a Synaxariis, magno Canone ac Triodiis Græcorum. Monachum, non episcopum, Hierosolymis egit. Quare in Catenis et alibi aliquando etiam Hierosolymitani nomine censetur (1). Deinde Constantinopolim accitus, diaconus factus est, orphanotrophii curam gessit. Subinde archiepiscopus Cretensis designatus fuit. Videnda quæ de eo scripsit Combefisius (2). De ejus ætate inter eruditos non convenit. Caveus ait, circa annum Christi 653 ac diu postea floruisse: propterea quod in Synaxario Triodiæ supper dicatur Sophronio patriarchæ, qui diem obit supremam anno 639. Hoc tamen nec Papebrochio (3), nec Casimiro Oudino placuit, qui contendit eum vitam produxisse

(1) *Magnus Can.* pag. 301.

(2) *Bibl. conc.* t. I.

(3) April. t. I, p. 69.

ad dimidium usque anni 724. Ut ut se res habeat, illud certum videtur, sanctum Andream scripsisse longe ante auctorem Dialogi Christiani cum Saraceno, quem vulgo Joanni Damasceno ferunt acceptum. In hanc sententiam inducor ex eo quod, ut suo loco adnotavimus, illius hic videatur verba usurpare, et quidem tanquam palam et publice jamdudum auctoritatem obtinentia. Cum porro sanctus Joannes Damascenus obierit circa annum 750, omnium minimam probabilitatem Oudini sententiam præ se ferre arbitramur.

Deinde cum probe constet ex Synaxariis Andream a Theodoro Hierosol. ad vi synodum missum fuisse Constantinopoli, ubi et diaconus et orphanotrophus creatus est; illaque synodus habita fuerit anno 630 ipseque Andreas in Iambis ad Agathonem de codicibus Actuum illius concilii agat, tanquam de Collectaneis *recentibus* atque utilibus; nisi vitam ei tribuamus supra hominum fidem longissimam, ad annum usque 724 superfuisse cum Casimiro dicere nullo modo possumus.

Variæ ejus exstant homiliæ et alii fetus. Nos selectissimas tantum exhibendas censuimus. Quam vero primus edidit *De publicano et Pharisæo* Fabricius (4), nos hic cum nostra versione repræsentandam censuimus, ne quem forte hominis τοῦ ξῆω interpretatio offenderet. Quanta porro ejus sit γνησιότης; et sinceritas (ut et ejus quam damus ab Angelo Maria Riccio publici juris factam), nos hanc litem dirimere non avemus. Certe recentior videatur divisio Bibliorum in capita, qualem citat: præter quam quod sextum appellat caput Proverbiorum xi. Quod si Caveus suspecta habet nonnulla Opuscula, quæ jampridem sub Andream Cretensis nomine circumferuntur; dissidium facile componi poterit, si dicamus vel plures fuisse variis temporibus Cretenses Andreas, vel ab aliis contextas orationes ex verbis illius, illius quoque nomine fuisse inscriptas. Postremæ hujus conjecturæ infinita suppetunt exempla etiam in aliis sanctis Patribus; priori vero probabilitatem conciliare valeat, quod fortasse, ut Andreas noster ab aliis distingueretur, factum fuerit, quod a Græcis veteribus vel Hierosolymitani appellatione, vel *κττ' ἐξοχῆ* archiepiscopi Cretensis vocabulo indicatus sæpe fuerit.

NOTÆ.

(4) *Bibl. Gr.* tom. X, pag. 141.

NOTITIA ALTERA.

(FABRICIUS, *Bibliotheca Græca*, tom. XI, p. 62, edit. Harless.)

Andreas, natus Damasci (1), aliquandiu antequam CPolim proficisceretur, Hierosolymis monachi (2) vitam vixit, unde *Hierosolymitanus* (3) in quibusdam codicibus dicitur; sed a Marco Hoppero (4), Surio, Laur. Cundio et Sixto Senensi (5) perperam venditatur pro episcopo Hierosolymitano. Utrum Sophronio patriarchæ Hierosol. a. C. 639 defuncto fuerit σύγχρονος, quod in Synaxario traditur, viderint alii (6): certe a Theodoro (7) patriarcha Hierosol. ad sextam synodum a 680 celebratam CPolim subsidio adversus Monotheletas missum esse, Græci ipsi in Synaxario affirmant, constitutumque in illa urbe diaconum et orphanotrophum (8-9), ubi describenda acta synodi illius adversus hæreticos istos habitæ cum ipso communicavit Agatho archidiaconus et chartophylax, cui pro hoc beneficio gratias egit in Iambis, quos Græce et Latine exhibet Franciscus Combessius *Auctarii novi* tom. II, in historia Monothele-

NOTÆ.

(1) Synaxarium Triodio adjunctum et magno canoni p. 285 edit. Combessianæ, atque ex eodem Triodio Græcorum *Aub. Hiræus* Auctario *de script. eccles.* cap. 182.

(2) Combessius notis ad Andream Cretensem p. 339 et in *Bibl. concionatoria*, tom. I.

(3) Τοῦ μακρῆρου Ἀνδρέου τοῦ Ἱεροσολυμίτου, Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης. Etiam in Catenis et alibi, ὁ Ἱεροσολύμων, Andreas hic innuitur. Vide Combessii notas ad Manuelis Calecæ *De essentia et operatione*, tom. II Auctarii novissimi p. 131, ubi apud Calecam, p. 26, pro κατὰ τὸν θεῖον Ἀναστάσιον Ἱεροσολύμων legit Ἀνδρέαν Ἱεροσολύμων. In magno canone, p. 301: Ποίημα τοῦ ἁγίου Πατρὸς Κυρίου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου.

(4) Marcus Hopperus in editione Homiliæ Andream in B. Mariæ salutationem. Surius, ad 15 August. Laur. Cundius, tom. IV *Homiliar. Patrum*, p. 631.

(5) Sixtus Senensis in *Bibl. sancta*, lib. iv, pag. 243.

(6) Affirmatur in Synaxario, p. 286. Negat Pabricius in *Actis S.* tom. I, April. p. 69.

(7) In *Actis synodi sextæ*, tom. III, edit. Harduin. p. 1441. Hic Theodorus tantum dicitur δαιώτατος πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητῆς τοῦ ἀποστολικοῦ ὄρονου Ἱεροσολύμων, edit. Labbei p. 1057, *Hierosolymorum vicarius*.

(8-9) *Cave Hist. litterar.* ad. a. 635. A Possevino, Canisio et aliis male refertur ad a. 550. Apud Eliesium du Pin autem tom. VI *Bibl. eccles.* pag. 99, videtur esse error typographi, ubi traditur Andream venisse Hierosolymas a. 730. Legendum enim 630 vel 650, quia subjungitur deinde, eum adfuisse concilio sexto (a. 680). *Fabr. Cave* igitur, lib. cit. I, p. 582; ex Iambis a Fabricio quoque memoratis colligit, Andream ultra a. 680 vitam protraxisse. Atque a Saxio in *Onomast.* part. II, p. 81,

tarum, pag. 235-240. Ab eo tempora archiepi copum Cretensem factum ex multis constat. Non aequè exploratum, quod a Casimiro Oudino (10) adjungitur, ad cathedram Cæsareæ Cappadociæ tandem translatum fuisse, vitamque produxisse ad a. 724, 14 Junii. Græcorum quidem menologia (11) memoriam hujus Andræ 4 Julii celebrant: Andream vero Cæsariensem ab hoc Cretensi communis eruditorum sententia distinguit. [Vita Andræ, ex conjectura Hæschelii, Cretensis, in cod. August. Vindel. V. Reiseri Notit. bibl. August. p. 50. HARL.]

Andræ Cretensis scripta edita.

In primis recensere juvat ea, quæ junctim cum SS. Amphiloehii et Methodii lucubrationibus Græce et Latine, notis etiam ad calcem voluminis subjunctis et *Onomastico* peculiarium Andræ vocum, vulgavit Franciscus Combefisius Paris. 1644, fol. (12) [Selectiores Andræ Orationes undecim leguntur in Galland. *Bibl. PP.* tom. XIII, pag. 93 seqq. Beck.] Sunt autem hæc:

1. Ἐγκώμιον εἰς τὸ Γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. In *B. Mariæ natalem*. Incipit: Ἀρχὴ μὲν τῆς ἑορτῶν p. 1, e ms. regis Galliæ n. 275. Emendatiorem deinde hanc homiliam dedit Combefisius ex codice Mazariniano in *Auctario novo Bibl. Patrum* tom. I, p. 1289, Paris. 1648. fol. FABR. V. supra in vol. X, pag. 277, de hac homilia, quæ incip. ἀρχὴ μὲν, et de alia; a Riccio edita, cujus initium: Ἄλλοι μὲν ἄλλας ἑορτῶν ὑποθέσεις. Hæc est quoque in cod. Coisl. mox laudando. Prior autem Gr. recusa est in *Patuxæ Encyclopædia philologica*, Venet. 1710, 8, vol. II, pag. 344 seqq. Tres diversæ in cod. Gali 32, 1, n. 5866 Caa. — Ms. Florent. in cod. Laurent. 45, n. 1, plut. 11; et in cod. 4, n. 1, plut. 4. V. Bandini Cat. codd. Gr. Laur. 1, pag. 510 et 519. — Paris. in bibl. publ. codicibus septemdecim, in cod. Coisl. 2274 Andræ Cret. quatuor diversæ homiliæ in Mariæ nativitate. V. Monfauc. *Bibl. Coisl.* p. 388. — Ibid. pag. 422, in cod. 306, n. 5, ad d. 3 Sept. homilia; incipit: Εἰ μερεῖται γῆ, etc. *Oudin.* l. c. p. 181, Andræ Cret. posse orat. de Mariæ Virg. Nativitate et Assumptione attribui negat, quia festi illi Mariæ dies tempore ejus nondum exstitissent. HARL. Apud Galland. p. 93 seqq.

NOTÆ.

quoque refertur ejus ætas ad a. 680 quo synodo CPolit. mæ Monotheletarum causa interfuisse dicitur. Oudin. in Comment. de SS. eccl. tom. II, col. 174-188, ad a. 850, multus de hoc Andrea, in Prologo de Magno canone, cujus ille auctor fuit, tum in duobus capitulis de vita et scriptis Andræ copiose disserit, contra Caveum acerbè disputans, et ex ipsis Andræ scriptis, illum a. 840, vel 850, non esse antiquiorem, ostendere studet his argumentis ductus, festivitates, in quas homilia scripsisse legitur, nempe in sanctæ Mariæ Natalem, circumcisionem et in Basilium, in crucis exaltationem, in Mariæ dormitionem, ejus canones præcipuos et tridua, seu canones IX, festivitates igitur illas omnes a Græcis demum institutas esse, postquam a. 842 decreto solemnè post Theophili, imperatoris mortem a Michaele imp. ac Theodora ejus matre atque Methodio, patriarcha CPolit. cultus imaginum sancitus fuissent, (II.) illa opuscula tempore Nicænæ synodi, cujus Patres alioquin illas citare haud omisissent, nondum exstitisse; (III.) ex Orat. in circumcisionem et in sanctum Basilium lln. p. 38, quam putat Oudinus pronuntiatam fuisse a. 842, vel 845; et (IV.) ex homilia in apostolum Titum p. 175, patere Andream vixisse post ablatas ab insula Cretensi imagines, et sub imperat. Porphyrogenneto, magno imaginum cultore, qui a. 855 matrem occidisse dicitur, et Combefisium (qui in notis ad edit. opp. Andræ, a. 1644 ætatem ejus alligarat a. 702 et 710, atque pag. 357. Baronium ad a. 702, secutus, imp. Justinianum II ac Philippicum ejus filium intellexerat), multis refutat: (V.) ex Andræ canonibus, canticis sacris et tropariis, quæ medio sæculo nono maxime invaluerunt; (VI.) denique opinatur Agathonem non eum fuisse, qui Acta concilii œcumenici a. 680, tanquam notarius scripsit; sed alium ejusdem nominis et senioris ætatis esse intelligendum. Enimvero plura argumenta infirmis niti talis, non est, quod fusius demonstramus. Dein Oudin. quosdam codd. præcipue Vindobonenses ex Lambecii commentariis recenset, et quosdam VV. DD. qui de scriptis Andræ Cretensis egerunt, nominat. — Schræckh in *Historia*

eccl. Christiana, Germanice scripta, tom. XX, p. 135, ubi Andræ orat. 2 in diem Mariæ natalem, flosculis ineptis tumidisque repletas, excitat, iis accedit, qui vitam illius intra a. 635 et 680 collocant. Secundum Bandinium in indice ad Catal. codd. Gr. Laurent. 3, p. 448 (sed nullo adducto teste), obiit Andreas Cret. a 720, vel 725. — Vita ejus legitur in cod. Coisl. 38. V. Monfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 113. (Add. supra in hoc vol. pag. 194 et 195 de eo aliisque SS. Andreis); atque Ant. Eparchus in Indice infra in h. vol. pag. 481-ed. vet. § 29, pauca de Andrea Cret. tradidit. Plura leges in Flamini Cornari Creta sacra, Venet. 1755, fol. ubi quoque Acta Andræ Cretensis, Græce, primum edita sunt. HARL. in Prolegg. ad Galland. *B. PP.* XIII, p. vi, breviter de eo disseritur, monetur, vel plures fuisse Andreas Cretenses, vel ab aliis contextas ex verbis archiep. Cretensis orationes, illius nomine inscriptas esse. Beck.

(10) Oudinus Supplemento de scriptoribus eccles. p. 190.

(11) Menologium in Typico S. Sabæ, etc.

(12) Conf. supra, vol. VII, p. 264, not. 1. — Plures autem sermones, interdum nullo singulorum indice addito, conjuncti reperiuntur, n. 1, 7, 11, et Sermo in B. Virginem in Sabbato τῆς ἀκαθίστου ἡμέρας εὐφροσύνης, Oxon. in bibl. Bodlei. in cod. Barocc. 197; ibid. n. 2, 5, 6, 9, 10, 11, 12 et 21; ibid. in cod. 199; — ibid. n. 1, 2 et 21, in cod. 254; — ibid. n. 1, 7, 2, 6, 9, in cod. Oliv. Cromwell. 104; s. n. 283, Cat. codd. Guil. Laud. 81, sive n. 725 dicti, et in 84, s. n. 726 decem sermones. — Ibid. quatuor diversæ homiliæ in Nativit. B. Mariæ. Item n. 7 et 8, ac 2, in cod. 5 Bodlei., s. n. 2500 Catal. — Sermo in nativitate Virginis Mariæ in cod. Selden. 55, s. n. 3583 dicti catal. — Ibid. homiliæ quædam Andræ et aliorum de B. Virgine, Arabice, in cod. Rob. Huntington. 72, s. n. 5818 ejusd. Catal. — Venet. in codd. Marcian. 359, 360, 362, 365. — In codd. bibl. Escorial. Puer. *Itiner. per Hispan.* p. 156 seq. HARL.

9. Εἰς τὸν Ἐθαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *In Annuntiationem.* Incipit : Ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρὰ, p. 11. Sæpius prodierat Græce et Latine cum alia versione *Marci Hopperi*, ut in *Micropresbyterico Basil.* 1550, fol. et in *Orthodoxographis* utriusque editionis 1555 et 1569, etc., nec non in tomo secundo *Auctarii Bibl. patrum* Duræani, Paris. 1624, et in *Bibl. Patrum*, Paris. 1644, tomo XI. Nō dicam de editionibus Latinis in *Bibl. Patrum*, Paris. et Colon. FABR. Conf. supra, vol. X. p. 280, et alia ejusdem argumenti homilia, ib. p. 281. — Ms. in cod. August. Vind. V. Reiser. notit. p. 8. — Coisl. 274. V. Montfauc. l. c. p. 389, in decem codd. bibl. publ. Paris. — Florent. in cod. Laurent 31, n. 10, plut. 9. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. l. p. 442. HARL. Ap. Galland. p. 98.

3. Εἰς τὴν περιτομὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, καὶ εἰς τὸν ἄγιον Βασίλειον. *In circumcissionem Christi, et S. Basilium.* Incipit : Πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν θεανδρικῶς, pag. 28. Ex mss duobus, Regio alteroque vetusto membranaceo codice. FABR. V. supra, vol. X, p. 140. — Ms. in cod. Coisl. 121, n. 24. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 196. In cod. Paris. bibl. publ. 1173, n. 24. HARL. Ap. Galland. l. l. p. 108.

4. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ. *In Domini nostri Transfigurationem.* Incipit : Ὅσοι τῆ κενώσει τοῦ Λόγου, pag. 37. FABR. V. supra, vol. X, pag. 244; add. cod. Coisl. 107, n. 29. V. Montfauc. *Bibl. cit.* p. 183. — Paris. in novem codd. bibl. Publ. — Taurin. in codd. 70 et 80. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 166 et 175. — in cod. Laur. 33, n. 26, plut. 9. V. Bandin. Cat. cit. I, p. 455 HARL. Gall. l. l. p. 114.

5. Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. *In Lazarum quatuoriduanum.* Incipit : Λάζαρος τὸν παρόντα συγκακρότηκα σύλλογον, pag. 56. FABR. Conf. supra volum. X, pag. 268. — Paris. in quatuordecim codd. bibl. publ. — Hæc et sequens et secunda homil. in codd. Coisl. 107, n. 1 et 29; et 285, 304. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 181, 182, 401, 402, 419. — Taurin. in codd. 70, 115 et 320. V. Cat. cit. pag. 165, 217 et 399. — Mosquæ in cod. synod. 5, hæc et seq. hom. V. Matthæi Cat. codd. Gr. Mosquens. p. 19, n. 9 et 13. — In cod. Ge. Wheler. 16, s. n. 9087, Cat. mss. Angl. II, 1. Hæc et sequens hom. in cod. Thom. Roe 28, s. n. 274, Cat. I, 1. HARL. Galland. p. 125.

6. Εἰς τὰ βῆτα. *In ramos Palmarum.* Incipit : Χθὲς ἡμεῖς μετὰ τοῦ Δεσπότη Λάζαρος, p. 75. Hujus sermonis in Triodio mentio. In hæc oratione ad Pseudevangellum Jacobi auctor alludit p. 77 C. FABR. Vide supra. vol. X, p. 302, et ad n. 1 ac 5. — In codd. Taurin. 115, 146, atque 320. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 217 seq. 253 et 399. Paris, in tredecim codd. bibl. publ. HARL. Galland. p. 155.

7, 8. Λόγος σχεδιασθεὶς εἰς τὴν παγκόσμιον ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῦ σταυροῦ. *In exaltationem S. Crucis.* Oratio prior. Incipit : Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν, pag. 96. Oratio posterior. Incipit : Κινῆσωμεν, ἀγαπητοί, σήμερον ὡς κινύραν τὰ χεῖλη, pag. 108. Utramque hanc orationem dedit Combelsius cum recognita paucis in locis versione Jacobi Gretseri S. I. qui eas Græce et Latine vulgaverat tomo II, de Cruce pag. 94 et 108. Ingolstad. 1600, 4. Opus Gretseri deinde recusum Ingolstad. 1616, fol. Hæc duæ orationes (sive potius una in duas male distincta. Vide Lambecium, VIII, p. 288) [pag. 612. s. γ. Kollar.] : etiam ex Gretseri versione plus simpliciter vice recusæ sunt Latine in Bibliothecis Patrum, Paris. et Colon. FABR. Conf. supra, vol. X, p. 217, ibique not. d. d. et pag. 248. — Florent. in cod. Laurent 31, n. 2, plut. 10 d. 14 Sept. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. 4, pag. 495. — Paris. in duodecim codd. bibl. publ. — In cod. Coisl. 121, n. et 304; n. 2 et 306. ad d. 17 Sept. V. Montfauc. *bibl. Coisl.* p. 195, 418 et 422. — Venet. in cod. Naniano 63, n. 14. V. Cat. codd. Gr. Nan. pag. 105. — Mosquæ in cod. synod. 39, n. 1. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 50. — Taurin. in codd. 78 et 226. Vid. Cat. codd. Gr. Taur. p. 172 et 405. — In cod. August. Vindelic. V. Reiseri Notit. mss. August. p. 52. HARL.

9. Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *In dormitionem B. Mariæ*, Homilia prima. Incipit : Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο τῆς Θεοτόκου, p. 115. Hæc secunda est in codice ms. Cæsareo, de quo Lambecius VIII, p. 150, et in *Sacro itinere Cellensi* p. 152. FABR. V. supra, in vol. X; p. 283 bis et 284 bis, ubi init. prioris, Οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρῶν, posterioris, Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. Sunt igitur quatuor Andreæ homiliae in dormitionem Mariæ. — In cod. Coisl. 31, dum homiliae; — in cod. 108, homiliae quæ inc. μυστήριον; in cod. 307, hom. ejus init. Ὅσοι, etc. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 84, 183 et 425. — Paris. in septemdecim codd. bibl. publ. — Florentiæ in cod. Laurent. 31, n. 11, inc. Μυστήριον, etc., ac 12, sive quarta hom. quæ inc. Οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρῶν τῷ ἄλλω. — In cod. 33, n. 36, 37 et 38, tres homil. — In cod. 11 n. 1., plut. 60, inc. Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. V. Bandini Cat. codd. Gr. I, p. 442, 456; et II, p. 600. HARL. Ap. Galland. l. l. p. 147.

10. Secunda incipit : μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις pag. 131. Ex duobus Regiis codd. (Antea tantummodo legebatur Latine apud Surium 15 Augusti et Laur. Cumdium, tom. IV *Bibl. homiliarum Patrum*, p. 651). Hæc prima est in codice Cæsareo.

11. Tertia incipit : Καλεῖ πάλιν ἡμεῖς τὸ συνεχές, pag. 143. Hæc quoque, sed Latine tantum apud Surium loco citato et Cumdium, p. 653. Andreæ Cretensis De dormitione B. Virginis ex versione Ambrosii Camaldulensis lucem viderat Venet. 1530, 8.

12. Εἰς τὸν ἄγιον καὶ μακάριον καὶ πανεύφημον τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολον Πίτρον. *In sanctum apostolum*

Titum. Incipit : 'Αποστολικῶν ἐγκωμίων ἐπάπτεσθαι, pag. 155. FABR. Conf. supra, vol. X, p. 341. — Florent. in cod. Laurent. 53, n. 41, plut. 9. V. Bandin. l. c. l. p. 457. — Paris, in quatuor codd. bibl. publ. HARL. Galland. p. 156.

13. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Γεώργιον. *In sanctum martyrem magnum Georgium.* Incipit : 'Αὐτὸν μὲν λαμπρὰ καὶ πανεύφημα, pag. 175. Legitur etiam in *Actis sanctorum* tom. III, Aprilis pag. xx, e nis. Vaticano. Sed extrema pars hujus homiliæ, tantum Latine exstat apud Lipomannum et Surium 23 April. *In plerisque*, inquit Combessius p. 358, Regio codice usus, *corrigimus Lipomanni interpretem, seu potius novam versionem adornamus, ut est ille revera minus accuratus, etc.* FABR. V. supra, vol. X, p. 230. — In cod. Nanian. 220 (qui continet canones, troparia, hymnos, lect. et narrationes, recitandas die festo S. Georgii), n. 6, Andreæ Encomium in Georgium; sed incipit : 'Ἦλιος μὲν ἐκάστης ἁγίστων ἡμέρας. V. Cat. Codd. Gr. Nanian. p. 412. — Paris. in cod. 4197, n. 1, bibl. publ. HARL.

14. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν Νικόλαον, τὸν τῆς ἐν Λυκίᾳ Μύρης. *In S. Nicolaum, Myrensem in Lycia episcopum.* Incipit : 'Ἀνθρῶπε τοῦ Θεοῦ καὶ θεράπων, p. 188. FABR. V. supra, vol. X, pag. 298 seq. — Paris. in quinque codd. bibl. publ. — in cod. Coislin. 105, n. 11. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 179. — Taurini in cod. 320, fol. 44. V. Catal. codd. Gr. Taur. p. 399. HARL.

15, 16, 17. Εἰς τὸν μακάριον Πατάτιον καὶ μερικὴ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ διήγησις. *In B. Patapium*, ejus memoriam recolunt Græci 8 Decembr. Incipit : 'Ὡς λαμπρὸν καὶ πνευματικὴν ἔρω τὴν πανήγυριν pag. 196. Ejusque miraculorum particularis narratio. Incipit : Τὴν τῶν ἐγκωμίων τοῦδε τοῦ Πατρὸς ἀποδῶντες εὐφημίαν, pag. 206. Aliud encomium ejusdem Patapii, ἀπὸ φωνῆς Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, incipit : Πάντα πιστεύειν ἄξιον τὰ θνῶτος θεῖα, pag. 216. FABR. V. supra, in vol. X, pag. 304 seq. Paris. in cod. bibl. publ. 1458, n. 13 et 14. HARL.

18. Λόγος εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ εἰς τοὺς κοιμηθέντας. *In vitam humanam et defunctos.* Incipit : Οὐδὲν ὡς ἀληθῶς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει τὸ στάσιμον, pag. 229. Hanc homiliam primus Græce vulgaverat J. Meursius in Variis divinis, Lugd. Batav. 1619, 4, p. 39. Legunt Græce Sabbato τῆς ἀπόκρου, quod Quinquagesimam proxime antecedit. FABR. Conf. supra, vol. X, pag. 218. Paris. in octo codd. bibl. publ. In bibl. Bodlei. in cod. Th. Roe, 28 sive n. 274, cat. codd. Angliæ, etc. — Venetiis, in cod. 362. V. cel. Morelli bibl. ms. Gr. et Lat. I, p. 255 seq. — Monac. in cod. Bavar. 66. V. cl. Hardt. in Aretini Beytragen, etc. a. 1804, part. III, p. 34. HARL.

19. Canones sive hymni sacri, Triodia ac Troparia Andreæ Cretensis ex variis Græcorum libris ecclesiasticis eruta.

IX Dec. Canon in conceptionem sanctæ ac Dei aviæ (θεοπρομήτορος) Ἀννα, pag. 252. FABR. V. supra, vol. X, p. 196. HARL.

VIII Sept. In Nativitatem sanctissimæ Deiparæ, p. 253.

Magnus (13) Canon, 250, tropariis constans, qui feria quinta quintæ jejuniorum hebdomadæ a pœnitentibus recitatur, pag. 265. Inserto canone in Mariam Ægyptiacam, cujus ἀποστιχίς hæc est : Σὺ, ὦ δόξα Μαρία, βοήθει, idque disertis verbis notavit Combessius pag. 268, licet in *Actis SS.* tom. I, April. pag. 70, a P. pebrochio notetur veluti qui hoc neglexisset. Observabis autem ab aliis Græcis junioribus post Andreæ ætatem passim esse addita, quibus Andreæ ipsius auxillium atque intercessio precibus expeditur. Ut pag. 263 : Ἰκασίας σου ἡμᾶς, Ἀνδρέα, ῥῦσαι παθῶν ἀτίμων, καὶ τῆς βασιλείας νῦν Χριστοῦ κοινωνοὺς τοὺς πίστει καὶ πόθῳ ἀνυμνοῦντάς σε, κλεινὲ, ἀνάδειξον δέομεθᾶ. Pag. 272 : Ἀνδρέου ταῖς λιταῖς, Σῶτερ, ἐλέησον ἡμᾶς. Pag. 275 : Ταῖς σαῖς λιταῖς δώρησαι κάμολ τὴν λύσιν τῶν ὀφλημάτων, ὦ Ἀνδρέα Κρήτης πρόεδρε, μετανοίας σὺ μυσταγωγὸς γὰρ ἄριστος. Et pag. 280 : Ἀνδρέα, Πατρῶν κλέος. εὐχαῖς σου μὴ ἐπιλάβῃ καθικελεύων παρεστῶς Τριάδα τὴν ὑπέρθρον, ὅπως λυτρωθῶμεν τῆς κολάσεως οἱ πόθῳ προστάτην σε θεῖον, πάμμακαρ, ἐπικαλοῦντες, τὸ Κρήτης ἐγκαλλώπισμα. Pag. 282 : Ὡς ποιμένων ἄριστος, Ἀνδρέα σοφὲ, πρόκριτον θνητὰ σε, πόθῳ δέομαι πολλῶ καὶ φόβῳ, σαῖς πρεσβείαις τῆς σωτηρίας τυχεῖν καὶ ζωῆς αἰωνίου. Pag. 284 : Τῆς Κρήτης σε ποιμένα καὶ πρόεδρον καὶ οἰκουμένης πρεσβευτὴν ἐγνωκῶς προστρέχω, Ἀνδρέα, καὶ βοῶ σοι Ἐξελοῦ, Πάτερ, βοθοῦ τῆς ἁμαρτίας. Et pag. 292 : Τῆς πίστεως ἐν τῇ πέτρᾳ ταῖς πρεσβείαις σου στήριξον, Πάτερ, φόβῳ με τῷ ἐν Θεῷ τειχιζῶν, καὶ μετανοίαν, Ἀνδρέα, παράσχου μοι, δυσωπῶ σε, καὶ ῥῦσαι με παγίδος ἐχθρῶν, τῶν ἐκζητούντων με. Pag. 296 : Ὡς παῖδες αἰὶν ἔχων πρὸς Κύριον, Ἀνδρέα Κρήτης σεπτὸν κλέος, δυσωπῶ, πρέσβευε τοῦ δεσμοῦ με τῆς ἀνομίας λύσιν νῦν εὐρεῖν εὐχαῖς σου, ὡς τῆς μετανοίας διδάσκαλος, ὁσίων δόξα. Novam editionem hujus Canonis magni debemus Chevillierio, bibliothecario Sorbonico, Paris. 1699. 12. FABR. Gallice scriptus est liber : *Le grand canon, ou hymne de l'Église grecque qui contient la prière de l'Office Grec, où l'âme sollicite le pardon de ses péchés et s'anine à la vertu, avec le canon du pécheur qui a recours à la S. Vierge; version paraphrasée sur le Grec, par André Chevillier, Paris. 1699. 12.* — Andreæ Cret. Orationes, selecti Canones et Triodia, in *Bibl. max. Patrum.* — Canon in agentes animam, Florent. in cod. Laurent. 17, n. 13, plut. 5. Inc. Δεῦτε, συνάχθητε. V. Bandin. Cat. codd. Laur. I, p. 40. — Ibid. in cod. 6, n. 8, plut. 86, inter S. S. et Patrum auctoritates de prædeterminatione et præscientia Dei est locus ex Andreæ Cretens. Triodio τῆς μεγάλης δευτέρας, s. in feriam secundam majoris hebdomadis. V. Bandin.

(13) Confer. *Acta SS.* tom. II, April. p. 69, 70; Cangiium in *Glossario Græco*, p. 583.

libr. cit. vol. III, p. 295. — Mosquæ in cod. synod. u, magnus canon cum interpretatione satis ampla et copiosa : desinit in interpretatione troparii 255. Post hoc legitur aliud troparium. V. Matthæi Notit. mss. Mosq. p. 12 seq. ed. in 8.

Canon in Lazarum, ad vespervas Parasceves, ante ramos Palmarum, p. 301.

Triodiam in Dominica in ramis Palmarum, p. 311.

Magna secunda feria, p. 315; tertia, p. 318; quarta, p. 322.

In diem festum mediæ Pentecostes, p. 316. [V. cod. Florent. Laur. cit.]

Idiomela in Christi nativitate, p. 334; In occursum Domini, ibid. In exaltationem S. crucis 14 Sept. p. 533. In Natalem Joannis Præcursoris, ibid. Sticharium idiomelon In apostolos Petrum et Paulum, p. 536. In S. Ignatium 20 Dec. FABR.

In zonam B. Mariæ. V. supra, vol. X, p. 285. HARL.

Hæ omnes hactenus enumeratæ Andree homiliæ una cum hymnis Latine recusæ sunt ex Combefisii versione in tomo decimo *Bibliothecæ Patrum* edit. Lugd. a 1677. Pleraque etiam meliora edidit ipse Combefisius partim interpretationis suæ recensione, partim collatione mss. exemplarium, in *Bibliotheca concionatoria*, quam Parisiis 1662, fol. octo voluminibus Latine vulgavit.

Quæ præterea lucem viderunt Andree lucubrationes, hæ sunt :

20. Εἰς τὴν ἀγίαν Γέννησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης τῶν Θεοτόκου καὶ Ἁειπαρθένου Μαρίας. *Sermo in nativitate B. Mariæ.* Incipit : Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ. Hic sub Germani patriarchæ CPolitani nomine Græce et Latine exstat cum Andree Schotti S. I. versione in Auctario *Bibl. Patrum* Ducæano, Paris. 1624, fol. tom. II, pag. 450, et in *Bibl. Patrum* Paris. Morelliana a. 1614, tom. XII. Eundem Allatius pag. 312, de Georgiis tribuit Georgio Nicomeliensi. Et codex regis Galliæ ms. num. 275 refert ad Joannem Damascenum. His omnibus sententiis præfert *Combefisius* testimonium codicis Mazariniani, a quo Andree Cretensi vindicatur, itaque sub hujus nomine cum nova versione sua edidit, p. 130 *Auctarii novi Bibl. Patrum*, Paris. 1648, fol. Andree etiam tribuitur in codicibus Cæsareis, de quibus Lambeckius, IV, p. 88 [p. 204, seq. Kollar.]; VIII, 379, 380 [p. 515 Kollar.], et in codice bibl. Coislinianæ, p. 388. FABR. Conf. supra in vol. X, p. 278; et infra, vol. X, vet. ed. p. 210, n. 7. de Germano. — Florent. in cod. Laurent. X, n. 92, plut. 5. — Cod. 31, n. 3, plut. 9; et cod. 41, n. 1, plut. 10. V. Bandin. Cat. codd. Græc. Laurent. 1, pag. 30, 441 (ubi ex cod. finem homiliæ edidit), et 495. HARL.

21. Εἰς ἀποτομὴν Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου. *In Joannis Præcursoris decollationem.* Incipit : Πηδῆ καὶ γῆρας ὡς τὰ πολλά. Ediderat Latine Lipomannus interprete minus accurato; itaque Combefisius cum nova versione sua Græce et Latine in lucem extulit in eodem *Auctario novo*, tom. I, p. 1327. Hunc, quem-admodum et alia Andree hujus pleraque, mss. servat etiam bibl. Cæsarea, vide Lambeckium, VIII, p. 550. FABR. [s. p. 463, ed. Kollar. de cod. 14, n. 72, in quo cod. n. 12, 30, 31, 32, 65, sunt plures Andree Cret. orationes, et aliæ in aliis haud paucis codd. in eod. volumine. V Ind. p. 1108 seq. et indices ad reliqua volumina, quæ notitiam multorum Andree homiliarum in codd. Vindob. suppeditant. — Florentiæ in cod. Laurent. 53, n. 45. V. Bandin. l. c. I, p. 457. — In cod. Barocc. bibl. Bodlei. 174, 199, cum multis aliis Andree Cret. homiliis, et 254, fin. — In cod. Coislin. 107, n. 32, et 305 (in quo plures aliæ Andree sunt homiliæ), n. 46. V. Montfaucon. *Bibl. Coislin.* p. 183 et 419. — Paris. in cod. bibl. publ. 772, n. 59, in quo plures aliæ Andree Cret. exstant homiliæ. conf. supra, vol. X, p. 260. HARL.

22. *Idiomelon in annuntiationem B. Mariæ.* In eodem *Auctario novo*, tom. I, p. 1365.

23. *Carmen iambicum eucharisticum* 128 versuum ad Agathonem, archidiaconum et chartophylacem ecclesiasticum CPol. pro communicatis ad describendum Actis sextæ synodi, editum Græce et Lat. a Combefisio in *Auctarii novi Bibl. Patrum*, tom. II, sive *Historia Monotheletarum*, Paris. 1648 fol. p. 233-240. Idem carmen etiam in tomis conciliorum editionis Labbeanæ exstare scribit Oudinus, pag. 191 *De Script. eccles.* (14). Sed illud in tom. VI Labbei, ubi acta sextæ synodi habentur, perinde ut in tertio edit. Harduinianæ tomo incassum quæsi. De codice mss. Cæsareo, in quo hi iambi continenter, videntur Lambeckium, VIII, p. 500. FABR. sive p. 1042 seqq. ed. Kollar. de cod. 59, ibique Kollarii not. conferes. HARL. Leguntur hi iambi cum nova et planiore versione Lat. in Galland. *Bibl. PP.* XIII, 167 seqq.

24. *Computus* sive μέθοδος πῶς δεῖ εὐρεῖν τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου, φιλοπονθηθεῖσα ἀκριβῶς χάριν τῶν φιλομαθῶν. *Methodus investigandi cycli solaris* (et lunaris, nec non Paschatis) in studiosorum gratiam accurate elaborata. Græce et Lat. edita a Dionysio Petavio ex apographo Andree Schotti, qui ex codice bibl. Vaticanæ descripserat. *Uranologium* Petavii (15), in quo plura Græca scripta astronomica vete-

NOTÆ.

(14) In ed. Lips. 1712. fol. tom. II, p. 182, non legitur, hoc carmen exstare in tom. concilior. ed. Labbeanæ; sed alia tria opuscula Andree sive Cretensis s. Cæsar. inedita ex Labbei nova bibl. mss. librorum, etc. Paris. 1653, 4, part. II, p. 82,

commemorantur. HARL.

(15) Alia scripta in *Uranologio Petavii* obvia recensui lib. III, cap. 5, p. 69 seqq. [c. 18, vol. IV. p. 29 not. fff, nov. edit.]

rum exstant, lucem vidit Paris. 1630. fol. et Antwerp. (sive Amstelodami potius), 1703. fol. in qua posteriore editione computus Andreæ Cretensis pag. 211 et 212 implet.

25. In Catena Græca Patrum ad Lucam, quam Niceta collector ms. evolvit in codice Mazariniano Combessius, præclara nonnulla referuntur sub nomine τοῦ Ἱεροσολυμίτου, quæ ad Andream nostrum referre non dubitat, et earum pleraque Latine dedit in *Bibl. concionatoria*. FABR. In Nicetæ Cat. Patr. in *Evang. Lucæ* in cod. Coislin. 201. ex Andreæ Cretensi Excerpta reperiri, testatur Montfauc. in *Bibl. Coislin.* p. 231. — Præterea loca Andreæ Cret. citantur a Jo. Cantacuzeno contra Palamam, et in *Thesaurο orthodox. fid.* in codd. Laurent. V. Bandini Cat. codd. Gr. Laur. 1, p. 347 et 432. HARL.

Cantabrig. in cod. Coll. S. Benedicti 144, sive n. 1421, Cat. mss. Angliæ, etc. I. 3. Est historica expositio Andreæ (hujusne Cretensis? an potius presbyteri, supra memorati?) super Pentateuchum, Libr. Regum, Paralipom. Parabolas, et Ecclesiasten. — Ibid. in cod. 173, sive n. 1450, Cat. Cit. Andreas super Libr. Regum, Machabæorum et Danielis. HARL.

In cod. Taurin. 320, tribuitur Andreæ Cretensi sermo in *B. Mariæ ingressum*, cujus initium: Καλὸς ἡμῶν ἀπαρχὰς ὑποθέσεως: qui Gr. ac Lat. sub nomine Georgii, metropolitæ Nicomediensis editus est a Combessio in tomo I *Auctarii novi*, p. 1091. V. Cat. codd. Gr. Taurin. pag. 398 seq. HARL.

Encomium SS. martyrum Cretensium. Inc.: Ἐποθεῖτε τάχα τὴν ἡμετέραν ἐπάνοδον: in cod. Taurin. 70, V. Cat. cit. p. 174. HARL.

Insuper in codd. bibl. publ. Paris. secund. cat. mss. bibl. Regiæ, vol. II, sunt Andreæ Cretensis *Homiliæ*. — In laudem *Sergii martyris*, in cod. 771, n. 36, cum nonnullis aliis ejusdem homiliis. — In *S. Joannem Baptistam* in septem cod.

Carmen in secundum Christi adventum, in cod. 396, n. 26.

De imaginum sanctar. adoratione, in cod. 1630, n. 55.

De loco, in quem animæ post mortem abeunt, in cod. 2314, n. 17., Inc.: Καθὼς φησιν ὁ μακάριος. Add. Oudin. Commentarior. citt. tom. II, p. 182, qui etiam ex Caroli du Fresne *Glossario mediæ et inf. Græcitatatis*, ad calcem in Indice auctor. iueditorum, col. 24, refert Eusebium Renaudotum habuisse Gr. ms.

Andreæ Cretensis Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους καὶ καλλινοίκους δέκα μάρτυρας, ὅτε ὑπὸ πῆς τοῦ χειμῶνος βίας ἐξ ὑποστροφῆς τοῦ πλοῦς ἐπιστάς, τὸν παρόντα ἐσχεδίασε λόγον.

Ejusdem *Hom. in silentium Zachariæ et nativitatem Joannis*, in cod. Coislin. 304 (qui præterea sex alias Andreæ Cretens. homilias continet), n. 40 init. Ἐν γενητοῖς γυναικῶν οὐδένα Ἰωάνν. — V. Montfauc. *Bibl. Coislin.* p. 419.

Fabric. infra vol. XIII, p. 806, not. memoravit Andreæ Cretensis *Homiliam in nativitatem Christi*, quæ incipit: Χριστοῦ τόκος ἀποτέλεσμα τῆς ἀφάτου τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

De libro ms. *De musica ecclesiastica*. V. supra, vol. III, p. 654 fin. HARL.

Oratio εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, μετὰ ἀποδείξεως, ὅτι ἐκ σπέρματος κατὰ γέναι τοῦ Δαβὶδ. In *Natalem diem sanctissimæ Dominiæ nostræ Deiparæ, quæ ostenditur, quod ex semine Davidis deducitur* (inc. Ἄλλοι μὲν ἄλλας ἑορτῶν ὑποθέσεις — ab Angelo Maria Riccio primum edita, cum ejus versione Lat., in notis subjectis passim emendata, in Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 175 seqq. est repetita. BECK.

Ubique Andreas plane floridus scriptor magna loquitur (16), ac si quis adverteret, Dionysianis, Methodianis, Gregorianis, Amphiloichianis, aliorumque veterum infercita, qua verbis, qua sententiis: excepta Scriptura, quam totus, vere Christianus orator, spirat. Nihil rhetoricis (17) flosculis suavique compositione delicatius, nihil sensis plenius, nihil theologia solidius, nihil mystico volatu sublimius.

Cum vero inter hymnorum auctores, quibus Ecclesia Græca utitur, jam a longo tempore illustre in primis Andreæ hujus nomen existat, cujus καλλιπέσιαν laudat Theophanes Cerameus, p. 207, placet hoc loco, Indicem melodorum paulo pleniorē subjungere, quam olim dedi ad calcem Allatii de libris ecclesiasticis Græcorum, atque publico simul nomine rogare rev. *Urbanum Gotfridum Siberum*, ecclesiastem et professorem Lipsiensem eruditissimum, ut historiam Melodorum Ecclesiæ Græcæ, eorumque theologiæ poeticæ, quam e Menæis librisque Græcorum liturgicis se expositurum recepit in *Schediasmato edito Lips. 1714, 4*, diutius nobis ne invideat. Num a promissis steterit Siberus, equidem ignoro.

Index homiliarum Andreæ Cretensis XXI editarum et ineditarum XIX.

(Majores numeri editas, de quibus supra, minores ineditarum, in Ms. ordinem denotant.)

Ἄελ μὲν λαμπρά. In S. Georgium, XIII.

Ἀνθρώπος τοῦ Θεοῦ. In S. Nicolaum, XIV.

NOTÆ.

(16) *Combess.* Notis ad Andream, p. 340.

(17) Idem in Præf. et *Ellies du Pin.* tom. VI, p. 100. *Les sermons de cet auteur ne sont pas si fort à mépriser que la plupart de ceux des nouveaux Grecs: ils sont pleins d'esprit, de doctrine et de mo-*

rale, et ne manquent pas d'éloquence et de noblesse. Son discours est plein de mots composés et hardis, ses narrations sont libres, ses réflexions justes, ses éloges éclatants, ses figures naturelles, et ses instructions solides.

- Ἀποστολικῶν ἐγκωμίων. In apostolum Titum, VII.
 Ἀρχὴ μὲν ἡμῶν ἑορτῶν. In S. Mariæ natali, I.
 Ἔθος ἐστὶ τοῖς τῶν στρατευμάτων καθηγεμόσιν. De prædicatione Passionis Dominicæ ms. 12.
 Εἰ μετρίεται γῆ σπιθαμῆ. In nativitate Mariæ, XX.
 Εἰ οἱ ἀγλαόφωτοι τοῦ αἰσθητοῦ. In Mariæ præsentationem in templo ms. 8.
 Ἐπίσημη σήμερον ἡ πάντων χαρά. In Mariæ Annuntiationem, II.
 Ἡ διὰ τοῦ Τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου ὕλη. In Publicanum et Phariseum ms. 4. Hanc infra Græce et Latine integram exhibeo.
 Θάλαττα ὄντως τριχυμῶν. In paralyticum, ms. 9.
 Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς τήμερον συνήγαγεν. In Joannem evangelistam, ms. 14.
 Καλεῖ πάλιν ἡμᾶς. In Mariæ Dormitionem, tertia, XI.
 Κινήσωμεν, ἀγαπητοί. In crucis Exaltationem, secunda, VIII.
 Κλίμαξ ἡ ψυχῆ. In Præsentationem Mariæ trimulæ in templo, ms. 6.
 Κρίσις ἡμῶν τῇ προθέσει τήμερον προσβάλλει. In Dominica τῆς ἀποκρίτου sive Carnis privii. ms. 3.
 [P] Λάζαρος τὸν παρόντα συνεκρότησεν. In Lazarum quadriduani, V.
 Λαμπρὸν ἔαρ ἡμῶν προτίσεται. In Mariam templo redditam, ms. 5.
 Μυστήριον ἡ παρούσα πανήγυρις. In Mariæ Dormitionem secunda, X.
 Ναός ὄντως τῆς Τριάδος ἡ διὰς τήμερον. In SS. Amargyres (Cosman et Damianum), ms. 16.
 Νηστίας ἡμῶν ἡ πρόθεσις. In Dominicam τῆς τυροφάγου (Quinquages.), qua caseo et ovis comedendis
 ὄνις imponitur, ms. 4.
 Ὄντως ἀρχιτέκτων τῶν δεινῶν ἀπάντων. De lunatico, ms. 11.
 Ὄντως ἔργον ὑπάρχει Θεοῦ τὸ ἔλεος. In Dominicam de filio prodigo, ms. 2. Multa communia cum
 homilia Chrysostomi rib', p. 720, Gr. edit. Savil. tom.V.
 Ὄντως εὐφημία θεολογίας καὶ οἰκονομίας. In Lucam evangelistam. ms. 15.
 Ὄντως στενὴ ἐστὶ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός. In crucem a Christiano in se suscipiendam, ms. 10.
 Ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ λόγου. In Transfigurationem Christi IV.
 Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. In Mariæ Dormitionem prima, VII.
 Οὐδὲν ὡς ἀληθῶς. De vita humana et defunctis, XVIII.
 Πάντα πιστεύειν ἄξιον. In S. Patapium, XVII.
 Πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν. In circumcisionem et S. Basilium, III.
 Πηδᾶ καὶ γῆρας ὡς τὰ πολλά. In Præcursoris decollationem, XXI.
 Σήμερον τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἱερὸν εἰσέρχεται. In Mariæ ingressum in templum. ms. 17.
 Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν. In crucis Exaltationem prima, VI.
 Τὴν σύλληψιν σήμερον. In conceptionem S. Annæ.
 Τὴν τῶν ἐγκωμίων. In S. Patapium, XVI.
 Τράπεζα βασιλική. In conceptionem S. Mariæ, ms. 7.
 Χθὲς ἡμᾶς τοῦ Δεσπότου. In ramos Palmarum, VI.
 Χορσέτω πᾶσα χτίσις. In Mariæ Nativitatem, ms. 18.
 Χριστοῦ τόκος ἀποτελέσμα. In Christi Nativitatem in tempore, ms. 19.
 Ὁ; λαμπρὸν καὶ πνευματικὸν. In S. Patapium, XV.
 Ὅσπερ οἱ τῆς τῶν ἀγώνων ἤτας. In Joannem theologum, ms. 13.

Ex undeviginti hinc ineditis Andreæ homiliis, quas ex ms. codice Bodleiano descripsit et mecum pro sua in me benevolentia communicavit amicus noster eruditione et ingenio præstans *Jo. Christianus Wolfus*, placet primam speciminis causa cum lectore hoc loco communicare adjuncta mea versione: cæteras vero servare alii tempori et alii occasione, qua vel a me vel ab laudato Wolfso ipso, quod opto, in lucem, qua non sunt indignæ, proferantur. Num editæ sint, nescio, et fere dubito. Hinc, diu quidem incertus, quid faciam, seq. orat. b. l. retinere malui, quam omittere aut conjicere in totum Supplementorum, quæ quando prodeant in lucem, decernere nequeo, HANL. Repetita est hæc homilia in Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 170 seq. Addita tamen nova versione Latina, ne quem forte hominis τοῦ ἔξω interpretatio offenderet ut in Prolegg. dicitur. Scilicet ὁ ἔξω verba magis annumeravit. Beck.

(*) Hanc homiliam videsis infra. Gallandii versionem secuti sumus. EDIT.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΑΝΔΡΕΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΡΗΤΗΣ

ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ

ΛΟΓΟΙ.

SANCTI ANDREÆ

ARCHIEPISCOPI CRETENSIS

COGNOMENTO HIEROSOLYMITANI

ORATIONES.

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἐγκώμιον εἰς τὸ Γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας
Θεοτόκου.

Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν, ἡ παροῦσα πανήγυρις·
πρώτη δὲ, τῶν πρὸς τὸν νόμον καὶ τὰς σκιὰς· καὶ
μέντοι καὶ τῶν πρὸς τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν
εἰσόδος. Ἔστι δὲ αὕτη, καὶ μέση καὶ τελευταία· ἀρ-
χὴν μὲν ἔχουσα, τὴν τοῦ νόμου περαιώσιν· μεσό-
τητα δὲ, τὴν πρὸς τὰ ἄκρα συνάφειαν· τέλος δὲ, τὴν
τῆς ἀληθείας φανέρωσιν. Τέλος γὰρ νόμου, Χριστός·
οὐ μᾶλλον ἡμᾶς ἀπάγων τοῦ γράμματος, ὅσον ἐπ-
ανάγων ἐπὶ τὸ πνεῦμα. Τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, καθά
αὐτὸς ὁ τοῦ νόμου δοτὴρ ἅπαντα συμπεράνας, ἐπὶ
τὸ πνεῦμα τὸ γράμμα μετήνεγκεν, ἀνακεφαλαίωσας
εἰς ἑαυτὸν τὰ πάντα, καὶ διατήσας νόμον τῆ χάριτι.
Καὶ τὸν μὲν ὑποζεύξας, τὴν δὲ συνάφην ἐναρμονίως·
οὐ φύρας τὰ θατέρου πρὸς θάτερον ἴδια, μετοχτετεύ-
σας δὲ καὶ ἴσαν θεοπραπῶς, ἐπὶ τὸ κοῦφόν τε καὶ
ἐλευθέριον ὅσον δυσαχθῆς τε καὶ δοῦλον, καὶ ὑπο-
χείριον· ἵνα μηκέτι ὤμεν ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κό-
σμου δεδουλωμένοι, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, μηδὲ
ζυγῶ δουλείας τοῦ νομικοῦ γράμματος ἐνεχώμεθα.
Τοῦτο γὰρ τῶν περὶ ἡμᾶς εὐεργετημάτων Χριστοῦ
τὸ κεφάλαιον. Τοῦτο ἡ τοῦ μυστηρίου φανέρωσις·

^a Rom. x, 4.

A

ORATIO PRIMA.

Encomium in natiuitatem sanctissimæ Deiparæ.
(Interprete Combefisio.)

Est nobis præsens solemnitas festorum initium:
prior quidem illa, iis quæ ad legem et umbram
spectant (1): sed et eorum janua, quæ ad gra-
tiam et veritatem. Quin ipsa et media est et po-
strema: cui cuidem initium sit, legis exitus:
medium autem, cohærentia cum extremis: ac de-
Rursum festum, et rursus celebritas, rursusque ego commodus convivor, salutis meæ festum agitans, atque omnes ad spirituales epulas invitans, quarum auspex Dei Genitrix convivas suos voluptatis torrente pascit. In quo vos, o Christi apiculæ, divine circumvolantes, velut ex quibusdam alvearibus dulcedinem stillantes, tanquam favo quodam mellis domi collecto huc acceditis. Et quis tandem est, qui ab his deliciis abesse sustineat, ex his potissimum qui jam earum bonum degustarunt? Nam cum nonnulli sint, qui a mensa exquisitis cibis referta non prius abscedant, quam ultra etiam satietatem iis sese ingurgitarint, quid afferri potest, quin perquam ridiculum videatur, ante degustata hæc mysteria, e regia mensa excedere? Regium enim, ac reginæ ex regio semine descendens est istud epulum. Agedum igitur, o charissimi, orationem nostram rursus excipite, quæ ad eundem illum vos scopum reducit, quem superiore oratione quam maxime sternens, Christum ex Davidica radice ortum traxisse perspicue vobis ostendi. Hoc autem demonstrato, hanc quoque, ex qua ille juxta carnem in lucem editus est, ex eadem radice fluxisse, certo argumento constabit. Ac mihi sane supervacaneum esse videtur secundam solutionem, ea, quam commemoravimus, apertiore et efficaciore afferre, ad veritatis, curiosus jam quodammodo fusiusque a nobis exposita,

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Εἰς τὴν Γενέθλιον ἡμέραν τῆς παραμώμου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἀπόδειξις ἐκ Παλαιᾶς ἱστορίας, καὶ διαφόρων μαρτυριῶν, ὅτι ἐκ σπέρματος καταγεται τοῦ Δαβὶδ.

Πάλιν ἑορτὴ, καὶ πάλιν πανήγυρις, καὶ πάλιν ἐγὼ δεξιὸς ἐστιᾶτορ, πανηγυρίζων τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν, καὶ συγκαλῶν ἅπαντας πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐστίασιν, ἧς ἡ Θεοτόκος ἐξάρχουσα, τῆς τρυφῆς τὸν χειμᾶρρον, τοὺς ἑαυτῆς ἐστία δαιτυμόνας. Ἐν ᾧ ὑμεῖς, ὁ Χριστοῦ μελισσῶν, ἐνθάδε περιπτάμενος, καθάπερ ἐκ τινῶν σιμῶλων, ἀποστάζων γλυκασμὸν, οἷα κηρὰ μέλιτος οἰκαδὲ συλλεξάμενοι χωρεῖτε. Καὶ τίς ἂν ἔλοιτο τοιαύτης ἀπολειφθῆναι τρυφῆς, τῶν μάλιστα γευσασμένων ἤδη τῶν ταύτης καλῶν; Εἰ γὰρ τραπέζης ὄψοις πολυτελῶς ἐδθνονομένης οὐ πρὶν ἀφρατᾶσαι τινες, εἰ μὴ καὶ πέρα τοῦ κόρου τῆς τρυφῆς ἀπολαύσειεν, πῶς οὐ λίαν δοκεῖ καταγέλαστον, πρὶν γευσθῆναι τῶν τῆδε μυστηρίων βασιλικῆς ἀποπηθῆσαι τραπέζης; Βασιλεῖος γὰρ καὶ βασιλίδος; ἐκ βασιλικοῦ καταγομένης σπέρματος ἡ ἐστίασις. Δεῦρο γοῦν αὐθις, ἀγαπητοί, τὸν ἡμέτερον ὑποδέξασθε λόγον, πρὸς ἐκεῖνον ὑμᾶς τὸν σκοπὸν ἐπανάγοντα, ὃν ἐν τοῖς φθάσασιν εἰς μάλα κατεστρωκῶς, τῆς Δαβιτικῆς βίβλης σαφῶς ὑμῖν τὸν Χριστὸν ὑπηγόρευσα. Τοῦτου δὲ δεικνυμένου, καὶ ἡ κατὰ σάρκα τοῦτον τεκοῦσα, τῆς αὐτῆς οὐσα βίβλης φυτὸν εἰκότως ἀναφανήσεται. Καὶ μοι λίαν πρέλκον εἶναι δοκεῖ, δευτέραν λύσιν ἐπαγαγεῖν, τῆς βηθείσης ἐμφαντικωτέρας, πρὸς ἑνδείξιν τῆς ἀληθείας, περιεργότερον πως καὶ πλατύτερον πρὸς ἡμῶν ἐκτεθείσης. Ἄλλ' ὡς ἂν τὴν ἑριστικὴν τῶν ἐπιλυσῶντων Ἰουδαίων ἐνστασιν τῇ ἀληθείᾳ ταῖς τοῦ ψεύδους παρα-

° Psal. xxxv, 9.

(19) Joanni Damasceno ascribitur a Jacobo Billio in ejus editione J. Damasceni Operum, p. 572. Edit.

πέμφωμεν αἰραῖς, φέρε δὴ καὶ αὐτὴν εἰς δύναμιν ἅ τὴν Παρθένον ἐξ αὐτῆς οὖσαν τῆς ῥίζης Δαβὶδ ἀποδείξωμεν, μάρτυσι τοῖς εὐαγγελισταῖς χρώμενοι, καὶ τῷ τῆς Γραφῆς ἰδιώματι. Χρῆναι δ' οὖν οἶμαι τὰς ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ γενεὰς διαφηλαφῆσαντα, κατὰ τὴν τοῦ Λουκᾶ καὶ τοῦ Ματθαίου γενεαλογίαν, τὴν μὲν ἀναποδίζουσαν, τὴν δὲ, καθεξῆς ὀδεύουσαν, διὰ τῶν ἄκρων ἐπισυνάψαι τὸν νοῦν· εἶθ' οὕτως τὴν σύγχυσιν, καθ' ἣν ἡ περὶ τοῦ τεκνόντος τὸν Ἰωσήφ συνεχύθη συγγένεια, καθ' εἰρμὸν ἐκθίσειται, καὶ τὸν τρόπον, καθ' ὃν καὶ ἡ Παρθένος ἐκ γένους κατάγεται τοῦ Δαβὶδ ἐναργῶς ἀποδείξει· καὶ μηδὲν τῶν κατ' αὐτὴν ἀναποδείκτον εἶη. Τοῦτον γὰρ οἶδα παντὸς ἐγκωμίου λαμπρότατον ἔπαινον, τὸ ταῖς θεομάχοις ἀνοητοῦσθαι γλώσσαις, καὶ πᾶν ἀποφράζει στόμα, κατὰ ταύτης φρουρασόμενον. Ἄρξομαι γοῦν ἐντεῦθεν.

Καὶ μοι συγγινωσκέτω τῶν τῆδε παρόντων, καὶ λόγοις ἐνθετραμμένων ἕκαστος, ἀπέριψ τε δυτι τῶν ἔξωθεν γυμνασμάτων, καὶ τοῦ δὴ χάριν ἀσχάλλοντι, ἅτε ὄδον ἐπίτομον μὴ εὐρίσκοντι τοῦ δέοντος πρόσφορον. Ὅμως τῷ διδάσκοντι Πνεύματι πάντα ἀνθρώπων γνώσειν τεθαβῆκώς, πρὸς τὸ προκείμενον ἀποδύομαι. Νόμος τοιγαροῦν ἐκράτει τὸ παλαιὸν, μὴ ἂν ἄλλοθεν τῶν φυλῶν ἐκάστην γυναῖκα πρὸς γάμον ἀγεσθαί δύνασθαι, μὴ τῆς αὐτῆς κοινωνούσαν φυλῆς. Ὅτι δὲ τοῦτο ἐστὶν ἀλήθες, αὐτῶν ἄκουε τῶν τοῦ νόμου ῥητῶν, ἐχόντων ἐπὶ λέξεως οὕτω· Καὶ ἐνετείλατο Μωϋσῆς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διὰ προστάγματος Κυρίου, λέγων· Οὐ περιστραφήσεται τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, ὅτι ἕκαστος ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ προσκολληθήσονται οἱ υἱοί, καὶ πᾶσα θυγάτηρ ἀγγιστεύουσα κληρονομίαν ἐκ τῶν φυλῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἐν τῶν ἐκ τοῦ δήμου τῆς φυλῆς τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἔσονται γυναῖκες, ἵνα ἀγγιστεύωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἕκαστος τὴν κληρονομίαν τὴν πατρικὴν αὐτοῦ, ὃν τρόπον συνέταξε Κύριος τῷ Μωϋσῆϊ. Καὶ μέντοι καὶ διεφυλάχθη τοῦτο μέχρι καιροῦ. Ἔως γὰρ ἦνθει τὰ Ἰουδαίων, καὶ τὰ Μωσαϊκὰ διατάγματα, ἡκμαζόν, οὐδὲν ἦν τῶν παρ' αὐτοῖς ἔθων, ὃ μὴ κατὰ θεσμὸν ἐκράτει. Ἄφ' οὗ δὲ πρὸς ἀφανισμὸν ἐχώρει, καὶ πρὸς τούναντιον ἅπαν ἀπητυτομῶλε, κατὰ μέρος ἐλατούμενα, οὐκέτι λόγος αὐτοῖς πατρῶας εὐδαιμονίας πεφρόντιστο, ἐθνικώτερον πως διαχειμένοις τὸν βίον, καὶ εἰς μηδὲν ὅτι μέγα τιθεμένοις τὸ χρῆμα, καίτοι τοῦ νόμου θεσπιζόντος, τῶν προφητῶν ἐμβοκόντων, καὶ διὰ πάσης σχεδὸν τῆς Γραφῆς αὐτοῦ διαμαρτυρουμένου τοῦ Θεοῦ, μὴ διαχεῖσθαι, μὴ διαφθεῖραι τὰ νόμιμα.

Ἐπει οὖν παροινίας τῆς εἰς Θεὸν δίχην οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔδοσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ὧν τε πολλάκις παροίστησαν, καὶ τῆς πατρῶας ἐξεστῆκότες θεοσεβείας

4 Num. xxxv, 7 seqq.

A confirmationem. Verum ut pervicacem Judæorum veritati oblatrantium contentionem ad mendacii auras ablegemus, age ipsam hanc quoque Virginem pro virili nostra ex ipsa Davidis radice ortum duxisse demonstremus, evangelistas ipsos testes adhibentes, atque ipsam Scripturæ sacræ peculiarem loquendi rationem. Operæ pretium autem esse arbitror, consideratis ac velut contrectatis Davidis generationibus, juxta Lucæ ac Matthæi genealogiam, quarum altera inverso, altera recto ordine progreditur, per extrema mentem ac sensum copulare, atque ita deinde confusionem eam, per quam parentum Josephi cognatio permista est, serie quadam exponere, ac modum, quo ipsa quoque Virgo ex Davide fluxit, aperte declarare : quo

B nihil eorum, quæ ad ipsam attinent, probatione sua careat. Hanc demum enim laudem omni encomii genere præclariorem luculentiorisque esse mihi persuadeo, neque adversum impias linguas arma induere, osque omne adversus eam fremens obturare.

Mihi vero ignoscat velim quilibet eorum, qui hic adsunt, ac litterarum studia coluerunt, ut qui profanorum exercitamentorum imperitus sim, proptereaque angar et distrucier, utpole compendiarium viam atque instituto argumento accommodatam minime nanciscens. Nihilominus tamen, Spiritus sancti, qui docet omnem hominem scientiam, ope atque auxilio fretus, propositam materiam aggredior. Ergo hoc olim lege comparatum erat, ut nemo ex ulla tribu uxorem aliunde quam ex sua accipere posset. Quod autem hoc verum sit, ipsa legis verba audi, quæ ad hunc prorsus modum habent : Et mandavit Moyses filiis Israel per præceptum Domini, dicens : Non convertemini de tribu in tribum : quoniam unusquisque in hæreditate tribus suæ paternæ adhærebunt : et omnis filia propinqua hæreditatem habens ex tribus filiorum Israel, uni eorum qui sunt ex domo tribus patris sui, erit uxor, et per sanguinis propinquitatem unusquisque ex filiis Israel paternam suam hæreditatem percipiet, quemadmodum constituit Dominus Moysi. Ac sane hoc aliquantisper quidem observatum est. Quandiu enim Judæorum res florebant, ac Mosaica præcepta vigeabant, nullus apud eos ritus erat, qui non juxta legem vim suam obtineret. At posteaquam in exitium tendere, atque in contrarium prorsus desciscere, sensimque minui cœperunt, non jam ipsis patria felicitas curæ fuit, ut qui gentilium quodammodo ritu vitam instituerent, neque admodum magni rem hujusmodi penderent, tametsi alioqui lege sanciente, prophetis inclamantibus, atque adeo ipsomet Deo per totam Scripturam testificante atque admonente, ne animis effunderentur, ac legitimas sanctiones corrumperent.

Posteaquam igitur Judæi suæ in Deum contumeliæ non vulgarem pœnam pependerunt, ac pro eo quod sæpe tanquam œstro quodam perciti, atque

a paterna religione deficientes ad extremam superstitionem prouerant, variis modis a Deo (20) excruciatii fuerunt (nam et urbs obsidione cincta est, et sacra profanum in modum direpta, et sancta impuris ac scelestis pedibus protrita, et gens ipsa populationibus oppressa, patriumque solum eversum, ipsique in exteram regionem extorres acti miserandum videntibus spectaculum, atque audientibus acroama præbuerunt, omnique ex parte cincti in gravissimis et immedicabilibus calamitatibus versati sunt), nec jam diligentia adhiberi poterat, qua genera internosci possent, utpote universa natione adversarum rerum, atque ingruentium quotidie malorum mole oppressa, tum vero singulæ tribus nobilitatis suæ præstantiam ac singulare decus amisserunt. Nec tamen prorsus deleta est celebris hæc generis dignitas. Etenim hujusce tribus auctoritas, velut reliquæ quædam, per successionem adhuc opibus atque imperio pollens perstitit usque ad clarissimam hanc Virginem, hanc, inquam, solam inter mulieres Deo desponsam matrem ac virginem, quam nunc ex Davidica tribu ortam esse probare aggreddens, orationis (21) iunctum ad Scripturæ scopum directum emitto, si modo Deus hoc mihi concedat, ut pro rei dignitate sermonem habere queam. At enim, o beate Matthæe, velim mihi explices, quidnam causæ sit, quod tu in iis, quorum genus recenses, a sancto Luca dissentias. Minime vero, inquit, mente ad divinas res conscribendas eximia præditus Matthæus, prius publicanus, nunc autem arcanorum mysteriorum interpres, minime, inquam, ulla est inter nos dissensio. Nam ille, velut sermonem retrorsum flectens, naturales patres præternisit, legales duntaxat commemorans; ego autem naturalium patrum mentionem aperte feci: non temere id quidem, neque aliter quam Spiritu dignum esset. Uterque enim nostrum, tanquam uno eodemque Spiritu affatus, alter alterius scripta

sive ulla immutatione commendat et attollit. Accurate autem, o charissimi, generis seriem ab utroque expositam considerare, atque hinc questionis solutionem aucupari conuenit.

Quandoquidem igitur, juxta evangelistæ vocem, ex utroque genere, hoc est ex naturali ac legali, generationis certitudo demonstratur, Matthæus proinde opus suum inchoans, *Liber generationis*, inquit, *Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Et quidem ad id, quod querimus, percipiendum, principium ipsum, vel solum, sufficiebat. Verum hic non

• Matth. i, 1.

COMBEFISH NOTÆ.

(20) *A Deo excruciatii fuerunt.* Si hic locus coniecturæ sit pro *κολάσαντος, καλέσαντος*; fortasse non incommode legi posse existimem. Hæc enim particula *καίτοι* hanc lectionem postulare videtur. Exaggerat enim Judæorum perfidiam Andreas, qui Deum per tot supplicia eos ab idolorum cultu revocantem audire neglexerint. Hoc autem loco Nazianzenum imitatur, qui 2 orat. de Pasch. eodem sermonis genere utitur, cum generis humani in sceleribus pertinaciam insectatur, quod

εις άκρον δυσειδαιμονίας επηληλάεσαν, και τοι πολυτρόπως αύτου; κολάσαντο; του θεου, ηη μὲν, πολιορκουμένου του άστειου, και των Ιερών εκπορθουμένων. των τε άγιων τοι; εναγίσει και βεδηλοισ συμπατουμένων ποσί· ηη δε, δηόσει και λεηλασία του εθνου; καταστροφη η του πατρώου εδάφου; καθ' ην ηη; αλλοδαπήν εξελαυνόμενοι ηεσαν, ελεινόν τοι; ορωσι θεάμα, και τοι; ακουουσιν ακουσμα, κύκλω ηη περιεστοιχισμένοι άνηκέστοι; εγιώντο, μηκέτι φιλοκρινεΐσθαι του γένου; Ισχυόντου; τῷ άθρει πεζομένου των συμπορών, τῷ πληθει των επόντων οσημέραι δυστυχημάτων, τότε δη συγχυθεισαι των φυλών εκάστη, τῷ της ευγενειας εξαίρετον απεσλήθησαν. 'Αλλ' ουκ ει; άπαν τῷ φάνιστο τῷ περιώνυμον τουτο του γένου; αξίωμα. Διέμεινε γάρ ωσπερ τι; λειψανον εκ διαδοχῆ; επικρατουών ηη της κληροχλια; ταύτης τῷ αξιολογον, μέχρι της αιδιμου Παρθένου, ταύτης δη λέγω η;ς μόνης εν γυναιξι θεουσυμφετου μητρου; και άειπαιδο; ηη άρτι της σαβιτικη; ουσαν αποδεικνύναι φυλης παρορμώμενο; του λόγου την βουλην ηη;ς τον της Γραφῆ; συντεινας σκοπον επαφήμι, θεου μάλιστα μοι τὰ κατ' αξίαν λέγειν παρεχομένου. 'Αλλά μοι δεύρο φράσον, ω μακάριε Ματθαίε, τί; ο των υπό σου γενεαλογουμένων ηη;ς την Ιεροφάντην Λουκῶν διαφωνούμενο; λόγου; ου; ηη;σιν ο θεογραφικώτατο; νοϋ; Ματθαίο; ο πριν τελώνη; ηη;ν δε των απορρήτων ύφηγητης, ουκ εστιν εν ημίν, ουκ εστιν ουδεμία διαφωνια; εμφασι;· 'Ο μὲν γάρ ωσπερ αναποδίζων τον λόγον, παρήκε τοϋ; κατα φύσιν πατέρα; ηη;ν κατα νόμον εσθ' οτε μόνων επιμνησθεις· εγω δε των κατα φύσιν πατέρων σαφῶ; την μνημην πεποίημαι, ουκ αλόγως, ουδε αναξίω; του Πνεύματο;· 'Εκάτερο; γάρ ύφ' ενό; και του αυτού Πνεύματο; εμπνεόμενο; τα θατέρου θατερο; ει; μηδεν διαλάττων άποσεμύνει. Σκοπειν δε δεΐ δι' άκριβειας, άγαπητοι; ηη;ς ύπ' άμφοίν εκταθει;σας γενεαλογια; ηη; κακείθεν θηράσαι του ζητουμένου την εύρεσιν.

'Αμέλει τοίνυν κατά την του Ιεροφάντου φωνήν, εξ εκατέρων των γενών, λέγω δε των κατά φύσιν και νόμον, τῷ άκριβέ;ς της γενεαλογια; ημίν δεικνυται. Ματθαίο; γοϋν της κατ' αυτον συγγραφῆ; άπαρχόμενο;· *Βιβλος γενεα;σκα; ηη;σιν, 'Ιησου Χριστου υιοϋ Δαβιδ, υιοϋ 'Αβραάμ.* Καί ηη;κει ηη;ς την του ζητουμένου κατάληψιν αυτῷ καθ' αυτῷ τῷ προσίμιον.

per multis cruciatum generibus eruditum, ad meliorem propterea mentem minime redierat, cum tamen id esset, quod Deus in hujusmodi suppliciis inferendis sibi proponeret. Videntur autem hæc verba, *καίτοι πολυτρόπως*, usque ad illa, *μηκέτι φιλοκρινεΐσθαι*, per parenthesis in legendo.

(21) *Orationis iactum.* Pro βουλήν hinc loco βολήν lego, ut sagittam significet. Ita enim legendum esse aperte iudicat verbum επαφήμι.

'Αλλ' οὐ μέχρι τούτου ἔστη. Προὔθη γὰρ ὁ λόγος αὐτῶν, A καὶ μέχρι τοῦ τῆς Παρθένου μνηστῆρος. Λουκᾶς δὲ μετὰ τὴν κατὰ τὸ βάπτισμα τοῦ Σωτῆρος ἀνάδειξιν, μικρὸν αὐτοῦ που τὸν λόγον μετοχρατεύων, τοιαύδε γράφει· 'Ἐν οἷς, φησί, καὶ αὐτὸς ἦν Ἰησοῦς, ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ἀρχόμενος ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσήφ τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Ματθᾶν, τοῦ Λευὶ, τοῦ Μελχὶ, καὶ ἐξῆς κατὰ ἀναφορὰν, ἕως τοῦ Σηθ, τοῦ Ἀδάμ, τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἀγνοεῖ δ' οὐδ' ὅγε φιλόπονος νοῦς τῶν ἐξητασμένων, ὡς τοὺς μὲν κατὰ νόμον πατέρας ἔκείνους τῇ Γραφῇ καλεῖν σύνηθες, τοὺς προθανόντας μὲν ἀπαιδας, πλὴν παιδοθετηθέντας, δι' ἀδελφοσπέρου γονῆς μετὰ κοίμησιν· τοὺς δὲ τοι κατὰ φύσιν, ἔκείνους, οἱ μάλιστα μὲν ἑαυτοῖς πρὸς διαδοχὴν τοῦ γένους οἰκείω σπέρω παιδοποιήσαντο, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ εἰ τεθνάσιν αὐτοῖς ἀπαιδες ἀδελφοί, B δι' ἀντιγόνου σποράς, τὴν εὐκληρίαν τῶν ἀδελφῶν συνεισήγαγον. Τῶν γέ τοι εὐαγγελιστῶν, ὁ μὲν τῶν κατὰ φύσιν πατέρων μόνων ἐπιμνησθεὶς τοὺς κατὰ νόμον παρῆκεν· ὁ δὲ τοῦμπαλιν τοὺς κατὰ φύσιν παραδραμῶν, τῶν κατὰ νόμον ἰδικῶς ἐπιμνήσθη· οὐδ' ὀπίτερος τοῦ εἰκότος ἀποσφαλεῖς. Καλὸν δ' οἶμαι καὶ παλαιᾶς πρὸς τοῦτο μαρτυρίας ἐπιμνησθῆναι. ἦν παρ' ἀνδρόστινος πολυῖστορος παρελήφραμεν, ἔχουσαν ἐπὶ λέξεωσ οὕτω· 'Ἐπειπερ οἱ τῆς γενεαλογίας τῶν εὐαγγελιστῶν ἐμπερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο παῖδες πατέρας γνησίους, οἱ δὲ, ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέρων δὲ γεγόνασι κλήσει, ἀμφοτέρων. δὲ γέγονεν ἡ μνήμη, τῶν τε γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων, οὕτως οὐδέτερον τῶν εὐαγγελίων ψεύδεται, καὶ φύσιν ἀριθμοῦν, καὶ νόμον· ἐπιπλάκη γὰρ ἀλλήλοισ τὰ γένη τότε ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, ἀναστάσει τέκνων, καὶ δευτερογαμίαις. Ἴνα δὲ σαφὲς ἦ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπιπλοχὴν τῶν γενῶν διηγῆσομαι.

mentitur, dum et naturam et legem numerat. liberorum suscitationem ac repetita matrimonia sit quod dico, generum permisionem exponam.

'Απὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένους, τρίτος ἀπὸ τέλους εὐρίσκεται Ματθᾶν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ, τοῦ Ἰωσήφ τὸν πατέρα. Ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχὶ· Σκοποῦ τοίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσήφ, ἀποδεικτέον, πῶς ἕκαστος αὐτοῦ πατὴρ ἰσθόρηται, ὅτε Ἰακώβ ἀπὸ Σολομῶντος, καὶ Ἡλὶ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, ἕκαστερον γένος κατάγοντας. Καὶ δὴ οὐδ' ὅτε Ματθᾶν καὶ ὁ Μελχὶ, ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο, τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χηρεύουσιν, ἢ καὶ ἀπολελυμένην, ἄλλω γαμίσθαι. Παραδεδόται τοίνυν, ὅτι πρῶτος Ματθᾶν ὁ ἀπὸ Σολομῶντος κατάγων τὸ γένος, τὸν Ἰακώβ γεννᾷ· καὶ τελευταῖ-

¹ Luc. III, 23 seqq.

COMBEFISHI NOTÆ.

(22) Si ipsorum fratres. Legendum hic in Græco est εἰ τεθνάσιν, ut sensus aperte ostendit.

(23) Quod a viro quodam. Africanum inuenerit videtur, cujus de hac re verba in medium profert Eusebius lib. I Eccles. hist. cap. 7. Hanc porro

substitit. Etenim ipsius sermo etiam usque ad Virginis sponsum progressus est. Lucas autem, post Salvatoris in baptismo declarationem, orationem suam nonnihil derivans, ad hunc modum scribit: *Inter quos, inquit, etiam Jesus erat, annorum quasi triginta incipiens esse, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathan, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, et sic deinceps in altum ascendendo usque ad Seth, qui fuit Adæ, qui fuit Dei* ¹. Illud porro minime ignorat, quisquis sedula et exquisita mente prælitus est, ex usu Scripturæ esse, legales patres eos demum appellare, qui, quamvis sine liberis e vita decesserint, tamen per sobolem, ex fraterno semine post mortem suam ortam, filios habuerunt: naturales contra, eos qui præsertim quidem sibi ipsis ad generis propagationem ex suomet semine liberos procrearunt, interdum autem etiam (22), si ipsorum fratres nullis liberis relictis vitam cum morte commutassent, per vicarium semen hereditatem ipsis collegerunt. Ergo alter evangelistarum, naturales duntaxat patres commemorans, legales silentio præterit; alter rursus prætermisissis naturalibus, legalium privatim mentionem fecit. In quo neuter ab eo quod par erat aberravit. Nec vero incommodum fuerit (quo planius istud ostendatur) veteris quoque testimonii meminisse, quod a viro quodam (23) multarum rerum cognitione instructo accepimus. Id autem sic ad verbum habet. Quandoquidem qui in Christi genealogia ab evangelistis referuntur, partim filii veris patribus successerunt, partim cum ab aliis geniti essent, aliorum tamen filii dicti sunt, atque utrorumque mentio facta est, hoc est et eorum qui genuerunt, et eorum qui velut genuerunt, idcirco neutrum Evangeliorum Nam tum familiæ Salomonis, et Nathan, per inter se connexæ erant. Ut autem perspicuum

A Davide per Salomonem generationes recensentibus, tertius a fine Mathan reperitur, qui Jacobum Josephi patrem genuit. A Nathan autem Davidis filio juxta Lucam, eodem modo tertius a fine Melchii. Quocirca cum Joseph nobis pro scopo proponatur, demonstrandum est quonam pacto uterque ipsius pater esse divinis Litteris prodatur, nimirum et Joseph qui a Salomone ortum traxit, et Heli qui a Nathan. Ergo et Mathan et Melchi eandem uxorem vicissim ducentes, uterinos fratres procrearunt. Neque enim lex prohibebat, ne ea, que maritum morte amiserat, aut ab eo repudiata fuerat, alteri nuberet. Memorix itaque proditum est Mathan primum, qui a Salomone originem duce-

ipsius rationem, quibus argumentis convellere nitatur Osiander, vide apud Melchiorem Canum, lib. I *De locis theolog.*, cap. 5, ubi etiam ipsius eruditissime respondet.

bat. Jacobum genuisse, ἴσσοιγε Mathan extremo A
 vitæ die functo, Melchi, qui ad Nathan genus suum
 referebat, viduam, quod ex eadem tribu ipse,
 quanquam ex alia familia, ut jam dictum est,
 foret, in matrimonium accepisse, ex eaque filium
 Heli suscepisse. Ad hunc modum ex diversis duo-
 bus generibus Jacobum et Heli uterinos fratres
 reperimus: quorum alter, hoc est Jacob, fratre
 Heli sine liberis e vita sublato, uxorem illius in
 matrimonium accipiens, tertium Joseph et ipsa
 sustulit, natura quidem ac juxta rationem, sui
 ipsius filium (unde etiam scriptum est, *Jacob ge-
 nuit Joseph*); legis autem respectu, filium Heli;
 Jacob etenim, utpote frater, semen ipsi suseitavit.
 Ob eamque causam ipsius etiam genealogia obscu-
 ritate minime obruetur: quam Matthæus quidem B
 evangelista recensens, *Jacob*, inquit, *genuit Joseph*,
 Lucas autem converso ordine: *Qui erat, ut puta-
 batur* (nam hoc etiam adjunxit) *filius Joseph, qui
 fuit Heli, qui fuit Melchi*. Si quidem nulla ratione
 significantius atque illustrius legalis nativitas
 commemorari poterat. Atque hoc verbum, *genuit*,
 in hac liberorum procreatione ad extremum usque
 subticuit, per analysim sursum ascendens usque ad
 Adam, *qui fuit Dei*. — *Etpaucis interjectis*. Uterini
 ergo fratres Heli et Jacob. Etenim mortuo Heli sine
 liberis, Jacob semen ipsi excitavit, progenito scilicet
 Josepho, qui, ut natura ipsius erat, ita, si legis ra-
 tionem habeamus, patrem Heli habebat. Ita utriusque filius Joseph erat.

Atque hæc ille. Proinde cum Josephi genus
 ad hunc modum recensetur, certe Virgo quo-
 que ipsa ac Dei Genitrix Maria ejusdem cum C
 eo tribus esse simul demonstratur, siquidem
 Mosis lege non licebat ulli tribui cum altera tribu
 permisceri. Sanciebat enim ea, ut quæque tribus
 cum uno qui ex eadem tribu esset, matrimonio
 jungeretur: ne fortasse generis hæreditas ab una
 tribu ad aliam laberetur. Quod si quis ipsius quo-
 que sanctissimæ Virginis genus proprie ac peculia-
 riter recenseri postulet, non recte mihi quidem
 facere videtur: cum lex nusquam hoc permittat
 aut imperet. Quoniam enim loco apud veteres mu-
 lieris genus commemoratum fuisse ostenditur,
 cum in recensendis generibus præstantior pars
 anteferatur? Præstantius siquidem est, ut ge-
 neris nobilitas a patre quam a matre cognosca-
 tur. Nos autem istud nihil omnino morabitur. Ne-
 que enim nostrum est antiquas regulas adulterare,
 aut novos ritus invehere. Neque enim fas est anti-
 quos terminos immovare, quos patres nostri
 posuerunt 6.

Cæterum ab his quæ aliquanto ante exposita
 sunt, minime abscedamus. Nam si vera dicit Mo-
 ses, ea sanciens, quæ litterarum monumentis
 consignata sunt (non est autem dubium quin vera
 dicat, utpote os ad os Dei, qui veritas est, remo-
 tis arbitris loquens) ejusdem proinde tribus esse

Τοσαῦτα δὴ οὗτος. Καὶ δὴ τοῦ Ἰωσήφ οὕτως γενεα-
 λογομένου, δυνάμει καὶ ἡ Παρθένος αὐτὴ καὶ Θεοτό-
 κος Μαρία, τῆς αὐτῆς οὐσα φυλῆς συναποδείκνυται
 τούτῳ, εἶγε κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, οὐκ ἐξῆν φυλῆ
 φυλῆ ἐπιμίγνυσθαι. Ἐνὶ γὰρ τῶν ἐκ τοῦ δήμου καὶ
 πατρῴας τῆς αὐτῆς ὄρωμένων, πρὸς γάμου κοινωνίαν
 ἔκειν θεοπίσκει, ἂν μὴ τυχὸν περιστρέφοιτο τοῦ γένους
 ὁ κληρὸς ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλῆν. Εἰ δὲ τις κυρίως καὶ
 αὐτὴν ἀπαιτοῖ γενεαλογεῖσθαι τὴν ὑπεραγίαν Παρ-
 θένον καὶ ἄνδρον, οὐκ ὀρθά γέ μοι ποιῶν φαίνεται,
 τοῦ νόμου τούτου μηδαμῶς συγχωροῦντος, ἢ ἐπιτε-
 τραφὸς δῆπουθεν. Ποῦ γὰρ ἐν τοῖς παλαιοῖς γυνή
 ποτε δείκνυται γενεαλογηθεῖσα, τοῦ τιμωτέρου
 μέρους προκριθέντος εἰς γενεογραφίαν ἀγεσθαι;
 Πατρὸθεν γὰρ, ἀλλ' οὐκ μητρόθεν τοῦ γένους τὴν εὐ-
 κληρίαν γνωρίζεσθαι προτιμώτερον. Ἡμῖν δὲ τούτου
 μελήσει μὲν παντελῶς οὐδὲν, ὅτε μὴ πρὸς ἡμῶν
 ἀρχαίους παραχαράττειν ὄρους, ἢ κενούς ἐπιεισάγειν
 θεσμούς. Οὐ γὰρ ὄρια μεταίρειν θέμις αἰώνια, ἃ οἱ
 πατέρες ἡμῶν ἔθεντα.

Τῶν δὲ γε μικρῶν πρόσθεν ἐκτεθειμένων, οὐκ
 ἀποσταίημεν. Εἰ γὰρ ἀληθεύει Μωϋσῆς ταῦτα
 θεοπίστων, ἃ καὶ γέγραπται (ἀληθεύει δὲ πάντως,
 ὡς στόμα πρὸς στόμα Θεῷ τῇ ἀληθείᾳ μόνος ἐντυ-
 χῶν), τῆς αὐτῆς ἄρα φυλῆς δειχθήσεται, καὶ ἡ θεό-
 κλητος αὐτῇ Μητρόθεος τοῦ κατ' εἰκονομίαν ἀρρήτων

6 Prov. xxii, 28.

μνηστεισαμένου ταύτη ἀνδρὸς, λέγω δὲ, τοῦ ἐκ Α Δαβιδ πεφηνότος Ἰωσήφ· ὃν εἰ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβιδ κατάγεσθαι δοίημεν, πρὸς ἀνάγκης ἔσται, καὶ τὴν αὐτῇ μνηστειθεῖσαν, τῆς αὐτῆς οὔσαν φά- να φυλῆς. Ἰωσήφ γάρ, υἱὸς Δαβιδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναικᾶ σου, ὁ ἐπιστάς αὐτῷ δι' ὀράματος προσεφώνησεν ἄγγελος, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀφράστου κυοφορίας ἀσχάλλοντι. Οὐκοῦν οὐ διεψεύσθη Μωσῆς, οὐ διημάρτηται Δαβιδ, ὁ μὲν, μὴ συγχεῖσθαι τὰ γένη πρὸς ἑαυτὰ θεσπίζων, ὁ δὲ, δι' ἑρκομοσίας ἐξ ὄσφους αὐτοῦ τὸν Χριστὸν ἀνα- στησέσθαι χρησιμωδούμενος. Οὕτω μὲν οὖν κατὰ ῥοῦν ἐπιθραμῶν ὁ λόγος, σαφῶς ἡμῖν ἐξ Ἰουδα καὶ Δαβιδ τὸν Χριστὸν παρεστήσατο. Πειράσομαι δὲ καὶ ἄλλως τὸν περὶ τούτου καταθέσθαι λόγον ἡμῖν ἐκ παλαιῶν συγγραμμάτων, τοῖς ὅσοι δῆλον τὸ τῆς Ἐκ- κλησίας ἄδολον ἐκπεπώκατε γάλα. Περὶ γὰρ τῶν ἄλλων οὐδεὶς μοι λόγος τῆς προφητείας οὕτω καθ- απομνήσκῃ αὐτῶν τῆς πωρόσεως· Ψηλαφήσουσι γὰρ, φησὶν, ὡς τυφλοὶ τοῖχον, καὶ ὡς οὐχ ὑπαρχόν- των ὀφθαλμῶν, ψηλαφήσουσιν. Ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς Ἀπόστολος ἀρκέσει λέγων· Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταρ- ρουμένων, ἀλλὰ λαλοῦμεν θεοῦ σοφίαν, ἐν μυσ- τηρίῳ τῆν ἀποκεκρυμμένην, ἣν δὴ ψυχικὸς ἀνθρω- πος οὐ δύναται γινῶναι. Μωρία γὰρ αὐτῷ ἔστι, καὶ οὐ δύναται γινῶναι, ὅτι πνευματικὸς ἀνακρίνεται. hujus sæculi qui destruentur, sed loquimur Dei animalis homo percipere non potest. Stultitia enim

demonstrabitur hæc divinitus vocata Dei Mater, cujus vir ille, qui per dispensationem omni sermone præstantiorem eam despondit, hoc est Josephi, quem ex Davidica tribu ortum esse constat. Qui si a nobis ex Davidis semine descen- dere concedatur, necessarium profecto nobis erit confliteri, eam quoque, quæ ipsi desponsata est, ejusdem tribus esse. Joseph enim, *filii David* (ut eum allocutus est angelus ille, qui per visum ipsi apparuit, ob graviditatis, orationem omnem super- rantis, novitatem animi mœstitia laboranti), *ne timeas accipere Mariam uxorem tuam* h. Itaque nec falsus est Moses, nec a vero aberravit David, ille nimirum tribus inter se misceri velans, hic interposito jurejurando de lumbis suis Christum excitatum iri vaticinans. Ad hunc igitur moluam oratio nostra ex animi sententia decurrens, perspicue nobis Christum ex Juda et Davide ortum esse confirmavit. Conabor autem etiam aliunde rationem hujusce rei vobis, qui Ecclesiæ lac doli expers ebibistis i, ex veteribus lucubrationibus afferre. Nam de aliis, nulla mihi cura est, quippe cum prophetæ eorum cæcitatem ac stupiditatem ad hunc modum insectetur, *Palpabunt, inquit, tan- quam cæci parietem, et tanquam oculis capti con- trectabunt* i. Nos autem hoc Apostoli dicto contenti erimus: *Sapientiam loquimur inter perfectos, sa- pientiam porro non hujus sæculi, nec principum sapientiam in mysterio absconditam, quam quidam*

Τῶν τοίνυν τῷ Χριστῷ πεπραγμένων, ἔστιν & καὶ C τοὺς πολλοὺς διέφυγεν, ὅσα τε χρησίμως ἐσιωπᾶτο τοῖς τότε ὡς φέρε εἰπεῖν, τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος αὐτῷ πεπραγμένα, καὶ ἡ καθ' ὃν ἐβίωτο τρίτον δια- γυγιῇ ἐν τῷ δῶν ἐτῶν τριάκοντα, μηδεμίαν που ταύτην Γραφῆς ἱστοροῦσης. Ἐν οὖν τῶν μάλιστα σεσηγημένων, καὶ τὸ κατὰ τὴν γέννησιν αὐτοῦ θαῦ- μα ἦν, ὀλίγου δεῖν πάντας λαθόν, καθ' ὃν ἐνηθρω- πῆκει χρόνον, ὀλίγον ἐκτός, ὡς φησὶ που ἅγιος ἀνὴρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ· Καὶ ἔλαθε τὸν ἀρχόντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἢ παρθενεῖα· Μαρίας, καὶ ὁ τόκος αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος Χριστοῦ. Τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Εἰκότως οὖν ἄρα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡ μὲν ἐξ ἁγίου Πνεύματος τοῦ Χριστοῦ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐσιωπᾶτο γένεσις. Ὁ δὲ Ἰωσήφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο. Κάντεῦθεν D οἶα εἰκόσ, ὡς πατὴρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο. Εἰ

Igitur ex his quæ a Christo gesta sunt, non- nulla vulgi cognitionem fugerunt, hoc est omnia ea quæ iis, qui tunc temporis erant, utiliter silentio premebantur, verbi gratia, quæ ante ba- ptismum ab eo facta sunt, et ea vitæ ratio, quam ad tricesimum usque ætatis annum tenuit. Neque enim eam usquam Scriptura commemorat. Unu- itaque ex iis, quæ quam maxime silebantur, ortus ipsius miraculum erat: quod quidem, quo tem- pore humanam naturam suscipiebat, paucis excep- tis, omnibus incognitum erat, ut quodam loco, inquit, vir sanctus Ignatius: Et principem hujus sæculi latuit Mariæ virginitas, ipsiusque partus, itemque Christi mors. Nam (24) tria clamoris mysteria in quiete ac silentio acta sunt. Non abs- re igitur Christi ex Spiritu sancto nativitas apud vulgus silebatur, ac Joseph loco patris assumeba-

h Matth. 1, 20. i I Petr. 11, 2. j Isa. LIX, 10, k I Cor. 14, 6, 7, 14.

COMBEFISII NOTÆ.

(24) *Tria hæc clamoris mysteria.* Eo loco do- ctissimus interpres Vairlenius, annot. 29, clamo- rem illum ab Ignatio significari existimat, quem Christus jam spiritum in cruce emittens edidit. Cui tamen opinioni vix assentiri possum. Neque enim ad Christi clamorem D. Mariæ virginitas et partus ullo pacto referri posse videntur, quæ ta- men inter κραυγῆς μυστήρια recenset Ignatius.

Itaque simpliciter idem esse puto clamoris myste- ria, ac si dixisset, alta voce prædicanda. Hæc enim velut per admirationem dicit vir sanctissi- mus, nempe tria mysteria, altissima prædicatione digna, ita peracta fuisse, ut diabolus prorsus laterent. Expungenda autem hoc loco est vox Θεοῦ ante ἐπράχθη. Hanc enim nec Græci Ignatii co- dices, nec velus etiam interpres agnoscunt.

tur. Atque inde, ut vero consentaneum est, tan- A γάρ μή τοῦτο ἰγεγόναι, ἀπάτωρ ἀνέ παῖ; ἐνομίση, quam pueri pater recensebatur. Nam nisi hoc μη ἔκ πατρός γενεαλογούμενος. exaltisset, patre carere puer existimatus fuisset, quod a paterno latere genus ipsius minime referretur,

Quamobrem ab eximiiis evangelistis necessario tunc factum est, ut Josephi genus recensent: quod ille apud omnes pater filii prædicaretur. Nam si, hoc prætermissio, a materno latere generis ipsius seriem tenuissent, præterquam quod istud indecorum fuisset, a divinarum quoque Scripturarum consuetudine abhorruisset: quod nimirum nunquam ante cujusquam genus a materno latere ductum fuisset. Commodè igitur evangelistæ Josephi genus a Davide, ob eam quam attulimus causam ducentes, simul quoque Virginem Mariam ex Davide ortam esse confirmant, per sponsum scilicet uxoris genus una inferentes, juxta eam, quam aliquanto anto protulimus, Mosis legem, ita ad Israelitas inquit: *Non convertimini de tribu in tribum, quia unusquisque in hereditate tribus suæ paternæ adheret* ¹, etc. Quæ cum ita se habeant, quod quidem justitia præditus Joseph esset, ac vitam legi consentaneam duceret, nemini obscurum est. Ex legis porro præscripto vivens, profecto non aliunde quam ex sua tribu ortam uxorem despondebat. Erat autem hæc ex Juda, populoque eodem ac familia, hoc est ex Davide. Ita enim legis edicto comparatum erat. Quocirca si Joseph ex tribu Juda, atque ex Davidis sorte ac familia erat, annon consentaneum est Mariam quoque ab iisdem proficisci, præsertim cum ex eadem tribu Juda et Davidis populo esset, ex quibus Joseph quoque ortum trahebat? Perspicue siquidem lex ea, quæ prius recitata est, matrimonii commercia cum aliis tribubus inire prohibebat, contraque plane sanciebat, ex sorte ac populo tribus suæ contubernia vitæque consuetudinem inire. *Non enim convertimini*, inquit *illis Israel, de tribu in tribum: quoniam unusquisque filiorum Israel in paternæ tribus suæ hereditate adheret*. Hac proinde ratione illustris etiam hæc Virgo ex Davidis gemine erat. Ex quo factum est ut sponsi genus recenseretur. Nam cum, de Apostoli sententia, caput mulieris vir sit ², ac juxta legis præscriptum duo in carne una futuri sint ³, atque mulier ea, quæ matrimonio copulata est, si a pudicæ conjugis officio aberraverit, adulterii pœna, quemadmodum lex jubet, multetur, ut quæ mariti sui corpus jam facta sit, eumque pro capite suo ascripserit, quid tandem affert potest, quin, cum capitis genus recensetur, corpus quoque una cum capite recenseri consequatur? Ac proinde hic quoque Virginem, utpote Josepho conjunctam, oportebat in generis commemoratione simul assumi, quoniam ejusdem cum eo tribus, atque adeo ex Davidis populo ac familia eam fuisse demonstratum est. Quandoquidem in eo etiam præcipio, quod ad

Oi τοίνυν θαυμάσιοι εὐαγγελισται, ἀναγκαίως τότε τὸν Ἰωσήφ ἐγενεαλόγουν, αὐτὸν ἐκείνον παρὰ πᾶσι τοῦ υἱοῦ βεδοημένον πατέρα. Εἰ γὰρ τοῦτον παρόντες μητρῶθεν αὐτὸν ἐγενεαλόγουν, πρὸς τῷ καὶ ἀπρεπὲς εἶναι τοῦτο, καὶ τῆς τῶν θείων Γραφῶν συνθηλας ὑπῆρχεν ἄλλοτριον, ὡς οὕτως πρότερον ἐκ γυναικὸς γενεαλογηθεὶς ἰστορήται. Χρησίμως οὖν ἄρα οἱ εὐαγγελισται τὸν Ἰωσήφ ἀπὸ Δαβὶδ, διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογούντες, ἐν ταύτῳ καὶ τὴν παρθένον Μαρρίαν ἀπὸ Δαβὶδ γεγονέναι συνιστῶσι, διὰ τοῦ μνηστήρος γένος, τὸ τῆς γαμετῆς συνεισφέροντες, κατὰ τὴν μικρῶ πρόσθεν ἡμῖν προαχθεῖσαν τοῦ Μωυσέως νομοθεσίαν. *Ὁὐ περιστραφήσετε, λέγοντες τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, διὲ ἕκαστος ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ προσκολληθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ τὰ ἐξῆς. Οὕτως δὲ τούτων ἐχόντων, ὅτι μὲν δίκαιος ἦν Ἰωσήφ, καὶ κατὰ νόμον ἔζη, πρόδηλον. Νομίμως δὲ βίους, οὐκ ἄλλοθεν οὔσαν ἐμνάτω γυναικα, ἣ ἐξ ἧς ὤρμητο φυλῆς. Ἢ δὲ ἦν τοῦ Ἰουδα, δήμου τε τοῦ αὐτοῦ καὶ πατριᾶς, ἧτις ἦν Δαβὶδ. Τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα. Εἰ τοίνυν Ἰωσήφ Ἰουδα, κλήρου τε καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, πῶς οὐχὶ καὶ τὴν Μαρρίαν ἐκ τῶν αὐτῶν ἔρμηδθαί θίκατον, τῆς αὐτῆς οὔσαν μάλιστα τοῦ Ἰουδα φυλῆς, δήμου δὲ τοῦ Δαβὶδ, ἐξ ὧν καὶ Ἰωσήφ ὤρμητο, σαφῶς τοῦ παραναγκασθέντος νόμου, τῆς μὲν πρὸς τὰς ἄλλας φυλὰς ἐπιμιξίας ἀνεύργοντος, διοριζομένου δὲ ἀντικρυς, ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ δήμου τῆς οἰκείας φυλῆς τὰς συμβιώσεις ποιεῖσθαι; *Ὁὐ γὰρ περιστραφήσετε, φησὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, διὲ ἕκαστος ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ προσκολληθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ.* Κατὰ ταῦτα δὲ οὖν καὶ ἡ περιώνυμος αὐτῆ Παρθένος, ἐκ σπέρματος ἦν τοῦ Δαβὶδ, ὅθεν καὶ ὁ μνηστήρ ἐγενεαλογεῖτο. Εἰ γὰρ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν κατὰ τὸν Μωυσέως νόμον, καὶ ἡ μεμνηστευμένη ἀνδρὶ διαμαρτούσα, μοιχείας ὑπέχει τιμωρίαν κατὰ τὸν νόμον, ὡς τοῦ μνηστήρος ἤδη σῶμα γεγεννημένη, καὶ κεφαλὴν τὸν ἀνδρα ἐπιγραφάμενη, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης ἔπεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμείσθαι; *Ὁστε κἀναυθα τὴν Παρθένον εἶδει συνημμένην τῷ Ἰωσήφ εἰκότως τῇ γενεαλογίᾳ συναναλαμβάνειν. ὅτι δὲ τῆς αὐτῶ μάλιστα φυλῆς, καὶ μὴ ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ἀποδέδεικται γενομένη. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηματισμῷ θεοπέζων ὁ Γαβριὴλ, μετὰ τῶν ἄλλων ἐφησε. *Καὶ ὄωσε αὐτῷ Κύριος ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Τὶ δὲ δάσκων ἐνταῦθεν; *Ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννησομένου, προπάτωρ ἦν ὁ Δαβὶδ. Καὶ πῶς γὰρ ἦν ἄλλως ταῦτα εἰκὸς τῇ Παρθένῳ φάναι τὸν ἀγγελὸν ἢ συνομολοῦ****

¹ Num. xxxvi, 7. ² 1 Cor. xi, 5. ³ Gen. ii, 24.

γούνα δὴλον αὐτὴν εἶναι ἐκ Δαβὶδ; Οὐ γὰρ ἂν μὴ ἅ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ, τὸ ἄωσι αὐτῶ ὁ Θεός, εἰρήκει, τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Ποίου γὰρ πατρὸς ἂν εἰκότως ἡ Παρθένος ἠρώτα, ὁμολογούσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλήψεται, εἰ μὴ σαφὴς ὁ λόγος ἦν πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος; Ἐνθεν φησὶν εἰκότως ὁ Λουκᾶς Ἄνέθη δὲ καὶ Ἰωσήφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ τῆς πόλεως Ναζαρέθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράψασθαι εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἧτις καλεῖται Βηθλὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριῶς Δαβὶδ, σὺν Μαρίαν τῇ μεμνηστυμένην αὐτῶ ὄσση ἐγκύω. Οὐκέτι γὰρ τὴν παροῦσαν ἀμφιβόλως ἀναγνωσόμεθα λέξιν, ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράψασθαι μόνον συνελοῦσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσήφ ἐξ οἴκου καὶ πατριῶς Δαβὶδ, τῆς τοιαύτης ἐρμηνείας τοὺς λόγους ἐκ τῶν ἀποδοδεμένων ἔχοντες, δεδειχθαι τοιγαροῦν σαφῶς ἠγούμαι, ὅτι μὴ μᾶτρη Ἰωσήφ γενεαλογεῖται παρὰ τοῖς θεοῖς εὐαγγελισταῖς, ὧ πρὸς ἀνάγκης καὶ ἡ Παρθένος ἀπόγονος οὕσα Δαβὶδ, ἐφεπομένως γνωρίζεται, καὶ ὁ καθ' ὑπεροχὴν θαύματος ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Θεοῦ προζώνων; Παῖς. Καὶ ὁ τούτοις ἀντιλέγειν πειρώμενος, καθ' ἑαυτοῦ πειράται μᾶλλον τοῦ ἑαυτοῦ γλώττης παραθῆξαι τὸ εἶφος, καὶ ἐρωῶν ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἐβρίθω θυρῶν. Ἡμῖν δὲ οἷς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐξαπεστάλη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, μηδὲν ὅτι πλέον τῶν εἰρημένων ἐξέστω διερευνᾶσθαι, τῆς θείας ἡμῖν Γραφῆς ἀποφραττούσης τῶν βαθυτέρων τὴν ἔρευναν. Ἄ γὰρ, φησὶ, προσετάγη σοι, ταῦτα διαροῦ, καὶ ὕψι λέγεται σου μὴ ζῆσει.

Atque a sacrosanctis nostræ caulæ portis foras projiciatur. Nobis autem, ad quos Dei Verbum missum est, gratiaque et veritas, nihil ultra ea, quæ a nobis dicta sunt, perscrutari liceat, Scriptura nimirum altiorum rerum indagacionem nobis obstruente. Quæ enim tibi præcepta sunt, inquit, ea cogita: et altiora te ne quæsiveris.

Σὺ οὖν, ὦ Ἰουδαίε, σύνες τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, καὶ μὴ ζυγομάχει πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἀπόθου τὴν ἀμφιβολὸν γνώμην, καὶ διχονοίας ἀπάσης χωρὶς, τῇ χάριτι στοιχεῖσθε, δι' ἧς λυθῆσιν τῶν δεσμῶν τοῦ γραμματοκύφου ζυγοῦ. Περιελοῦ τὸ κάλυμμα· καθαρὸν δέξαι τῶν γεγραμμένων τὸ φῶς· παράδραμε τὰς σκιάς, καὶ τοὺς τύπους κατάλιπε. Γυμνὴν δέχου τὴν χάριν. Ἀδιστάκτως τῇ ἀληθείᾳ πρόσθε. Δόξασον, ὕμνησον τὸν οὐτὸν ταῦτα θεσπίσαντα. Εἶπε Μωσαϊκῶς· Οὐδέος μου Θεός, καὶ δοξάσω αὐτόν, Θεός τοῦ πατρὸς μου, καὶ ὑψώσω αὐτόν. Σοὶ μὲν οὖν ἀεὶ, καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ, ταῦτα ἐξέστω καὶ φρονεῖν, καὶ διδάσκειν ὁμοίως. Ἡμῖν δὲ, εἰς παλίως ἐνεσημάνθη τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, οὐ σχολὴ γε τὰ πλείω διερευνᾶσθαι, καὶ πρὸς ἄπειρον διεξαγαγεῖν τὸν λόγον, εὐκρινῶς ἄγαν, καὶ ὡς εὐπετὲς ἦν τῆς ἀληθείας παραδειχθείσης. Ὅτι μὴ πανηγυρίζειν ἐθέλοντας, εἰς συζητήσεις κατατείνειν τοὺς λόγους εἰκός, ἀνακλόουσαν γὰρ. Ἄλλ' ἐπὶ τὴν νόσον ὁ λόγος ἔτω, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐξέτω μυστήρια, εἰςω μάλιστα θυρῶν ἐστώ-

eam editum est, vaticinans Gabriel, præter alia hoc quoque dixit: *Et dabit ei Dominus sedem David patris ejus* °. Quidnam hinc docens? Nempe quod David ejus, qui ex ea nasciturus erat, parens esset. Et qui tandem alioqui consentaneum erat angelum his ad Virginem verbis uti, nisi quia simul quoque eam ex Davide ortam esse constebatur? Neque enim ad eam, nisi ex Davide promanasset, ipse dixisset: *Dabit ei Deus sedem David patris sui*. Cujusnam enim patris, merito interrogasset Virgo, quæ constebatur quidem quod virum non cognosceret (intellexerat autem fore ut ex Spiritu sancto conciperet), nisi perspicue ipse ad Davidis filiam loqueretur? Unde non immerito a Luca dictum est: *Ascendit autem et Joseph a Galilæa ex civitate Nazareth in Judæam, ut profiteretur in civitate David, quæ vocatur Bethleem, eo quod ipse esset de domo et familia David, cum Maria desponsata sibi, prægnante P.* Non enim præsentem hunc locum incipiti sensu legemus, tanquam Maria eoduntaxat nomine una cum eo profecta esset, ut nomen suum profiteretur, verum ut quæ etiam ipsa una cum Josepho de Davidis domo ac familia esset. Hujusce quippe interpretationis rationem, ex his quæ in superiori textu subsequuntur, habemus. Manifeste igitur ostensum esse arbitror, Josephi genus apud evangelistas non frustra recenseri, ex quo necessario Virgo quoque a Davide oriunda esse per consecutionem intelligitur, et qui præcellenti miraculo ex ipsa genitus est Christus, antææcularis Dei Filius. Ac quisquis his adversari nititur, adversus seipsum potius lingue mucronem

Quamobrem, o Judæe, eorum quæ commemoravimus, vim intellige: nec adversus veritatem certa. Ancipitem mentem abjice, ac citra ullam dubitationem gratia ambula, per quam fiet, ut jugi illius, quo litteræ cortex te curvat, vineulis eximaris. Excute velamen: puram eorum quæ scripta sunt lucem excipe. Umbras præteri, ac figuras relinque. Nudam gratiam accipe. Sine ulla animi ambiguitate ad veritatem accede. Eum, qui hæc ita sanxit, lauda et prædica. Dic Mosaicum in modum: *Hic Deus meus, et glorificabo eum, Deus patris mei, et exaltabo illum* °. Tibi igitur et cuivis alii hæc et sentire, et eodem modo docere liceat. Nobis autem, in quibus veritatis lumen firme consignatum est, plura perscrutari non vacat, sermonemque in infinitum producere, ac præsertim luculenter et quam facillime fieri poterat, demonstrata veritate. Neque enim convenit, ut qui concionari ac festa celebrare volunt, orationes suas in quæstiones compellant. Id enim minime consentaneum est. Verumenimvero ad curriculum sese referat ora-

Luc. i, 32. P Luc. ii, 4, 5. q Eccli. iii, 22. r Exod. xv, 2.

• Luc. i, 32. P Luc. ii, 4, 5. q Eccli. iii, 22.

r Exod. xv, 2.

tio, ac diei hujusce mysteria commemoret, præsertim intra fores stantis, atque læto quodam sermone ad nos in hunc modum utentis. Gaudete, et exultate; adest enim quod expectabatur. Pro foribus est in pristinum statum revocatio, pro foribus redemptio, in manibus salus. Quoniam autem modo. Davidem dicentem audiamus: *Deus manifeste veniet*¹. Unde tandem veniet, et quoniam modo? E cælo, et instar nostri. E cælo quidem, incorporeo modo: instar autem nostri, hoc est in habitu et natura ac forma nostræ simili. Hoc autem qui tandem fieri queat, nisi incarnato Deo? Neque enim fieri poterat, ut Deus pura et nuda divinitate cerneretur, nisi nostræ massæ adnexus, per humanitatis unionem instar nostri fieret, duntaxat excepto peccato. Itaque signenti Dominus, totius signenti causa cum signento copulatur, ut signento salutem compararet. Ubinam hoc, et quo tempore? In virginea regione, et ad extremum temporum, tum scilicet cum cum venturum esse prædixit David. Atque hoc est, quod hodierno die lætis animis celebramus, nempe Virginis natiuitas, festorum antecubulo, mysterii Christi præludium. Oportebat (25) enim prius palatium parari: atque ita regem adesse. Oportebat prius regiorum incunabulorum fascias contexi: atque ita demum regium infantem in lucem edi. Denique prius oportebat argillam misceri: ac tum sigillum præsto esse. Merito proinde vir divinus Joachim, et Anna ipsius uxor, divina Providentia vocati, precationis fructum perceperunt, hanc, inquam, naturæ reginam, ac nostræ massæ primitias, cujus natalem diem agimus, atque incunabula honore complectimur, eamque, quæ hinc profecta est, collapsi nostri generis excitationem et in integrum restitutionem veneramus. Jam enim id quod nobis cognatum est, edificationis initium sumit. Jam pristina sterilitatis vincula solvuntur; et, quæ liberis carebat, mater efficitur, et pulchræ prolis parens ea, quæ filiorum expers erat, invenitur, gaudetque Anna virginem infantem lactans. Jam sterilitatis meatus obstruuntur, et fertilitatis venæ tument, et sterilis partus virginis miraculum antecedit. Nam si magnum est sterilem gignere, annon multo majus censendum est virginem parere? Et quidem illa, ut mater effecta est, non jam sterilis mansit; at ea, quæ sine virili opera peperit, virgo rursus mansit: quippe quæ nec ventre corrupta fuerit, et ea quæ in matrem cadunt, effugerit. Verum alterum post, alterum ante contigit. Posterioris enim exemplum prius erat. Conveniebat enim ut is per quem omnia et in quo omnia², utpote naturæ Dominus, in avia sua novum miraculum designaret, eamque, quæ sterili-

σης καὶ τι πρὸς ἡμᾶς χαροποιὸν προσφανεύσης ἐπιφθεγμα. Χάρητε δὴ καὶ σκιρτήσατε· πάρεστι γὰρ τὸ προσδοκώμενον. Πρὸ πυλῶν ἡ ἀνάκλησις, πρὸς ταῖς θύρας ἡ λύτρωσις, ἐν χερσὶν ἡ σωτηρία. Πῶς, καὶ τίνα τρόπον, ἀκούσωμεν τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἦξει. Πόθεν ἦξει, καὶ πῶς; Ἐξ οὐρανοῦ τε, καὶ καθ' ἡμᾶς. Ἐξ οὐρανοῦ μὲν, ἀσωμάτως, καθ' ἡμᾶς δὲ, σχήματι, καὶ φύσει, καὶ εἶδει τῷ καθ' ἡμᾶς. Τοῦτο δὲ πῶς ἂν γένοιτο, μὴ σεσαρκωμένου Θεοῦ; Οὐ γὰρ γυνῆ τῇ θεότητι δυνατὸν ὀρίσθαι Θεὸν, εἰ μὴ τῷ ἡμετέρῳ φυχράσματι συμπλακεῖς ἐνώσει τῇ καθ' ἡμᾶς γενόμενος καθ' ἡμᾶς, τῆς ἁμαρτίας δίχα. Ἡ δὴλον ὑπὲρ ὄλου τοῦ πλάσματος, ὁ Δεσπότης τοῦ πλάσματος, ἐνοῦται τῷ πλάσματι, ἵνα σώσῃ τὸ πλάσμα. Ποῦ, καὶ πότε; Ἐν τῷ παρθενικῷ χωρίῳ, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῶν καιρῶν, ὅτε ἦξιν αὐτὸν ὁ Δαβὶδ προηγόρευσε. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ πανηγυριζόμενος σήμερον, τὸ τῆς Παρθένου Γενέθλιον, τὸ τῶν ἑορτῶν προεισόδιον, καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου πρόοιμιον. Ἐδεῖ γὰρ προετοιμαθῆναι τῷ βασιλεῖ τὸ παλάτιον, εἰδ' οὕτω παρεῖναι τὸν βασιλέα. Ἐδεῖ προυφανθῆναι τὰ βασιλεία σπάργανα, εἰδ' οὕτω γεννηθῆναι τὸ βασιλεῖον βρέφος. Καὶ τέλος ἔδει προφυραθῆναι τὸν πηλὸν, καὶ τὸ τε παρεῖναι τὸν κεραμέα. Εἰκότως οὖν Ἰωακείμ ὁ θαυματίος, καὶ ἡ σύνοικος Ἄννα, θείαις ἐπιπροσύναις θεοκλυτούμενοι, καρπὸν εὐχῆς ἐπορίσαντο, ταύτην δὴ λέγω τὴν βασιλίδα τῆς φύσεως, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυχράματος, ἧς τὸ γενέσιον ἀγομεν, καὶ τιμῶμεν τὰ σπάργανα, καὶ τὴν ἐντευθεν προσκυνοῦμεν τοῦ γένους ἀνάκλησιν. Ἄρτι γὰρ τὸ καθ' ἡμᾶς συγγενὲς ἀρχὴν λαμβάνει θεώσειω. Ἄρτι δεσμὰ τῆς πρὶν ἀγόνου πηρώσεως λύονται, καὶ μήτηρ ἡ ἀτεκνος γίνεται, καὶ καλλιπαις ἡ ἀπαις εὐρίσκειται, καὶ χαίρει Παρθένον βρέφος Ἄννα θηλάζουσα. Ἄρτι πόροι στεριώσεως ἀποφράττονται, καὶ φλέδες τεκνογονίας ἀνασειράζουσι, καὶ προφθάνει τὸ τῆς ἀτέκνου κύημα, τῆς Παρθένου τὸ θαῦμα. Εἰ γὰρ μέγα τὸ στεῖραν γεννᾶν, πῶς οὐ μείζον τὸ παρθένον τεκεῖν; καὶ τοι ἡ μὲν ἀποδειχθεῖσα μήτηρ, οὐκέτι ἔμεινε στεῖρα· ἡ δὲ, ἀνάνδρως τεκοῦσα, παρθένος ἔμεινε πάλιν, μήτε φθαρεῖσα τὴν νηδὺν, καὶ τὰ μητέρων φυγοῦσα· ἀλλὰ τὸ μὲν ὑστερον, τὸ δὲ πρότερον. Ὑπόδειγμα γὰρ ἦν τοῦ δευτέρου τὸ πρότερον. Ἐπρεπε γὰρ τῷ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, ὡς τῆς φύσεως Δεσπότη, ἐπὶ τῇ προμητορι νεουργῆσαι τὸ θαῦμα, καὶ στεῖραν οὖσαν ἀποδειξαι μητέρα· εἰδ' οὕτως ἐπὶ μητρὶ τὰ τῆς φύσεως καινοτομησάι θεσμὰ, καὶ παρθένον ἀποδειξαι μητέρα, καὶ παρθενίας ἐπισφραγίσαι τὰ σημαντρα. Τοιοῦτον τὸ τῆς Παρθένου γενέσιον, τοῦτο τῆς ἑορτῆς τὸ κεφάλαιον, ἡ τῶν διαθηκῶν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἀνάμνησις, ἡ τῶν προφητευθέντων ἀπό-

¹ Psal. XLIX, 3. ² Rom. XI, 36.

COMBEFISH NOTÆ.

(25) *Oportebat enim palatium.* Eandem causam assert Gregorius Theologus, cur hæc omnia inferiora ante hominem condita fuerint.

ἡ τοῦ ἀποκεκρυμμένου μυστηρίου φάνερως καὶ τέλος, ἡ παντὸς τοῦ γένους ἐπίσκοπις, ἐν ἣ ἐπεσι: ἐφθήμεν, καὶ δι' ἧς κατευράσθημεν, οἱ πρὶν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθήμενοι, τῷ ἀδύτῳ φωτὶ καταστραφθέντες, τοῦ ἐξ ὕψους ἡμῶν ἀνατελλαντος Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου, καὶ Σωτῆρος Θεοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ, καὶ τὸ κράτος, σὺν Πατρὶ τῷ ἀνάγκῃ καὶ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι; νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

collustrati sumus, inaccesso videlicet ejus lumine perfusi, qui ex alto nobis ortus est, hoc est Christi Jesu, omnium nostrum Domini ac Salvatoris Dei. Ipsi gloria, honor et imperium cum sempiterno Patre ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Εἰς τὴν ἁγίαν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποτρῆς ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, καὶ σπαρτίῳ περιγράφεται θάλασσα· εἰ πῆχεσιν οὐρανόσ ἀπεικάζεται, καὶ ἀστέρων πλῆθος ἀπαριθμεῖται· εἰ σταγόνες θετοῦ, καὶ βώλακες γῆς, καὶ ἀνέμων ὄγκος, καὶ ψάμμου ποσότης καταλαμβάνεται, τάχα ἂν καὶ τῆς μετὰ χεῖρας ἡμῶν ὑποθέσεως ἔσται κατάληψις δῆπουθεν. Θεοῦ δὲ Μητρὸς ἡ πανήγυρις, καὶ γενέσιος ἀξιαγαστοῦ παιδὸς τὸ τελούμενον· παιδὸς ἀειπαρθένου· παιδὸς ἀπειρογάμου· βασιλίδος· προφητίδος, ἧς τὰ βασίλεια σπάργανα Δαβὶδ ὁ μέγας ἐν προφηταῖς καὶ βασιλεῦσι, βασιλεῖψ τῷ βλέμματι ἐξεικονίζων, ἀνέκραγε· « Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, ἐν χρῶστωις χρῶσας περιθεβλημένη, πεποικιλμένη· » πόρρωθεν, οἶμαι, τῆν ἐκ σπαργάνων εὐθὺς περιτεθεῖσαν αὐτῇ θεόθεν τοῦ κάλλους

» Psal. cλiv, 14.

(*) Georgii Nicomediensis, sive potius Andreæ Cretensis, sub cujus nomine Græce et Latine edidit Combefisius tom. I Auctarii novi, p. 4305. Illi tribuitur in Ms. Lambec. IV, p. 88; VIII p. 379, 380. Biblioth. Coisliniana p. 388. FABRIC. *Bibl. Gr.* t. X, p. 278.

COMBEFISII NOTÆ.

(26) Hanc edidit Andreas Schottus, sub nomine Germani archiepiscopi Constantinopolitani, sicque edita exstat tom. II *Bibl. PP. Græco-Lat.* pag. 450. Alii ascribunt nostro Georgio; qua de re Leo Allatius in sua de Georgiis dissertatione: *Et Nicomediensis Oratio, in Deiparæ Nativitatem, quæ incipit, Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, x. τ. ε. edita est Græco-Latina sub nomine Germani archiepiscopi Constantinopolitani, etc.* Præter hos auctores Regius codex num. 275, tertium alium statuit, nempe sanctum Joannem Damascenum, cujus orationum in Mariæ Nativitatem, hanc secundam ponit. Ego certe ante etiam visum eminentissimi cardinalis Mazar. codicem, tribuentem Andreæ Cretensi ejusque alteri in eadem sanctæ Mariæ Nativitatem jam ex Regio codice mihi editæ subnectentem, libentius ei ascriberem; sicque fere mecum arguebam. Peculiaris illa verba composita Andreæ, nusquam majori copia occurrant: quæ sita illa titulorum, atque nominum congestio ex Scriptura, aliis rarior, Andreæ familiarissima, uti liquet ex ejus orat. 1 de cruce, ex 3 in Mariæ Dormitionem, exque oratione in Decollationem sancti Præcursoris jam Latine a Lipomano edita: crebri quoque sensus allusione ad Scripturam, ejusque voces, ac locos, haud ulli magis quam Andreæ congruant.

tate laborabat, matrem redderet, atque ita deinde in matre leges naturæ immutaret, ac virginem matrem efficeret, et virginittis signacula obsignaret. Hujusmodi scilicet est Virginis Nativitas, hoc festi hujusce caput, nempe Dei sæderum cum hominibus initorum restructa memoria, earum rerum quæ prædictæ fuerant, demonstratio, absconditi mysterii patefactio ac finis, totius humani generis visitatio, in qua nos, qui prius in tenebris et mortis umbra sedebamus, visitati, per eamque

ORATIO IV.

In sanctam Nativitatem præsanctæ Domine nostræ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ (26).

Ut palmo liceat metiri terram, ac funiculo mare circumscribere: ut cælum comparetur cubitis (27) ac stellarum copia possit numerari: ut guttæ pluviz, ac glebæ terræ, ventorumque pondus (28), ac arenæ quantitas comprehendatur; facile utique, quod in manibus argumentum est, comprehendi queat. Porro Dei Matris est festus dies; admirandæque puellæ natalitiorum celebritas quam agimus; puellæ, inquam, semper virginis; puellæ nuptiarum expertis; reginæ, prophetissæ, cujus regales fascias magnus ille inter reges prophetasque David, regali effingens obtutu, ac regio prehensens sensu, exclamavit: « Omnis gloria filiæ regis ab intus, in sumbriis aureis circumamicta, variegata »; » a longe puto,

(27) *Comparetur cubitis, ἀπεικάζεται.* Eam vocem submovet Schott, notans marg. fort. ἐμπρετέχεται, redditque, si cubitis cælum continetur. Verum cubiti haud mensura sint, quæ rem contineat, sed cui res comparetur, ac exæquetur, qua ratione dicatur tot aut tot cubitorum, quæ nobis ratio mensuræ in cælis impossibilis est, ob eorum immensam molem. Exorditur auctor allusione ad verba Isa. xl, 12: *Et cælos palmo ponderavit? Pag. mensuravit.* Arias dicitur. Hebr. est כַּחַב, a voce חַב, cujus vocis amplissima est significatio. LXX non reddunt eam vocem, ut saltem habent Syxt. Videtur ea verbi ἀπεικάζομαι significatio ad eam accedere, qua vulgari idiomate τὸ ἀπεικάζω. Στοχάζομαι· conjicio, assequor, capio: ac quadrat optime, quod mensura notificet rei quantitatem, eoque sine illa ei comparetur.

(28) *Ventorum pondus.* Sic Vulg. Job xxviii, 25, quo auctor respicit. Ubi LXX, ἀνέμων σταθμών· *ventorum ponderationem.* Ad eundem locum Job spectat, quod de maris circumscriptione præcedit, cum scientiæ divinæ ait, τὸ ὕδατων μέτρα· *mensuras aquarum:* ubi Sym. Ἰδοὺ δὲ ἐξίσωσε μέτρα· *aquam exaquavit mensura.* Aquil. Σταλαήσατο ἐν καταμετρήσει· *aquam appendit in commensuratione.*

ὑπὲρ τῶν σταυρούμενων ἤχητο. Πρῶτον ἐκείνων ταῦτα
βαρύτερα! Πόσον τὰ τοῦ Χριστοῦ τῶν ἡμετέρων
ἀφορητότερα καὶ δριμύτερα! Οὐκ ἔστι τῶν γεγονό-
των οὐδὲν, οὐκ ἔστιν, ἢ τοῖς Χριστοῦ συγκρίνηται
πάθει. Τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα, ὡς λίαν εὐτελεῖ, καὶ
οὐδὲν, ὅτι μὴ πλὴν ἀνθρώπων ἀμαρτωλῶν καὶ θνη-
τῶν, καὶ ὑπὸ τροπῆν ὄντων, καὶ γένεσιν, καὶ προαι-
ρεσιν⁴⁶· τὰ δὲ Χριστοῦ ἡλικὸν ἀσυγκρίτως ὑπερέχει
τῶν ἡμετέρων οὐδεὶς ἂν τις ἀφίκοιτο λόγος. Δεσπό-
του γὰρ ἀδασιλεύτου, Θεοῦ ἀναμαρτήτου, Θεοῦ ἀτρέ-
πτου, ἀθανάτου, « παρ' ᾧ οὐκ ἔστι παραλλαγή οὐδὲ
τροπῆς ἀποσκίασμα. » Καὶ μὴν, εἰ καὶ « τὰς ἀμαρ-
τίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. » ἀλλ'
« ἀμαρτίαν μὲν αὐτὸς οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὐ-
ρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » — « Δικαιοσύνη » γὰρ
ὅλος ἐστὶ, « καὶ ἀγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, » καὶ
πάσης ἐλατὴρ ἀμαρτίας.

ipse nihilominus « peccatum non fecit, nec dolus
« justitia, sanctificatio, et redemptio », « omnisque peccati depulsor est.

Ἄρα τοίνυν τὰ τοῦ Χριστοῦ, τῶν ἡμετέρων ὅσον
ἔχει καθ' ὑπεροχὴν τὸ διάφορον· καὶ μὴ σκόπει τοῦ
πάθους τὸ μέγεθος, ἀλλὰ φοβοῦ τὸ τοῦ παθόντος
ἀξίωμα. Ἐκεῖ σου παράπεμψον τὴν διάνοιαν. Ἐννόη-
σον ὅσον ἐστὶ ψιλὸν ἀνθρώπων ὄρεῖν ἰκρίῳ κρεμάμε-
νον, καὶ θεὸν σταυρούμενον βλέπειν, καὶ τοῦτο μετὰ
ληρωτῶν. Ἐννόησον τίς ἀνθρώπων εἰλετό ποτ' ἂν ὑπο-
στῆναι, οἷα τότε Χριστὸς ἐθελοντι ἦκε δεῦρο παθεῖν.
Καὶ ταῦτα, πότε; Μετὰ τὰς θεοσημείας, μετὰ τὰς
τάσεις, μετὰ τὰς ἀρρήτους ἐκείνας τῶν νόσων ἀπο-
πομπὰς, μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν, μετὰ

⁴⁶ Jac. i, 17. ⁴⁷ Isa. LIII, 4-9. ⁴⁸ I Cor. i, 30.

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁶ Lege φθίσιν.

COMBESII NOTÆ.

(37) *Et intereant.* Legimus velut esset φθίσιν. Non enim antithesis patitur τὸ, προαίρεσιν. Forte desunt aliqua, ut voluerit auctor utramque muta-

gratia pati eligens, si qua ille hominum causa cupienti animo passus est? Non enim est passus propter seipsum, sed exemplum nobis formamque adhibens fortitudinis ac humilitatis, ut quidquid molestum acceiderit, non animis concidamus.

Qua id ratione? Mihi aurem accommodate, ut eorum quæ dicuntur vim perspexeritis. Tibi aliquis est convitatus? ne indigneris. Nam et Christus, qui Dominus et Deus esset, ac passione superior, non tantum convicia pertulit, sed et virgis cæsus est. Gravem injuriam a vicino accepisti? sed et Christus alapas tulit. Probro affectus es? ille vero etiam consputus est, chlamydemque illusorio habitu gestavit. Tentus es capillis? sed et Christus spinis est coronatus. Ignominiose habitus es? sed et Christus illusus est: quodque ait Isaias: « Ignominiose habitus est, et non reputatus ». « Manu vapulasti? sed et Christus in faciem cæsus est, ejusque caput calamo fuit percussum. Flagellis cæsus es? sed et Christus fuit flagellatus. Colaphis exceptus es? Christus vero etiam crucifixus, clavis ejus manibus et pedibus fossis: nec id tantum; sed et affixus cruci, pro affligentibus oravit. Quam hæc illis graviora! Quam Christi cruciatus, nostris importabiliores acerbioresque! Nihil plane eorum quæ gravia unquam acceiderunt, Christi passionibus comparari potest. Nostræ passionis ut quid valde exigui momenti, resque nihili habendæ sunt, quando tantummodo sint hominum peccatorum atque mortalium, eorumque qui mutationi subjaceant, generenturque et intereant (37); quam vero Christi passiones citra comparationem nostras superent, nulla possit oratio assequi. Quippe Domini sunt liberrimi, Dei in quem peccatum non cadit, Dei immutabilis, immortalis, « apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio ». Sane vero quamquam « tollit peccata nostra, et pro nobis dolet; »

Vide itaque quam mala Christi nostra exsuperent: ac ne passionis magnitudinem specta, sed patientis time dignitatem. Transfer illo animum. Cogita quantum referat videre hominem purum pendentem e patibulo, et Deum aspicere cruci affixum, idque medium latronum. Cogita quis unquam talia sustinere voluerit, qualia Christus sponte passurus in mundum venit. Quando autem passurus? Post divina signa, post sanitates, post inauditas illas morborum depulsiones, post sacramenta tradita, post beneficia quibus nunquam

libilitatem exprimere, et naturæ et propositi, in qua infinitum distamus a Christo et Deo.

eos qui adirent meliores facere desineret, dimis-
sorias peccatorum litteras debitoribus actutum
scribens, aliis præscribens remissionem, alios
damnatione eximens. Quidni vero etiam mala,
quorum deinceps periculum fecit, adducam? Nem-
pe quas ante crucem sustinuit tentationes, vendi-
tionem, proditorem, dolosum osculum, discipuli
quidem, sed contemptoris, ovis quidem, sed lupi:
invasionem cum gladiis et armis, adventum ad
Caipham, falsa testimonia, examen pro tribunali,
clamorem quem Judæi turbas excitantes altum
emittebant: « Crucifige, crucifige eum »; flagella,
illusiones, sputa, alapas, coronam spineam, chla-
mydem coccineam, abductionem ad Calvarie locum.
In cruce autem qualia facta dicam? clavos,
vincula, cruci affixionem, acetum, fel, lanceam,
missam sortem super vestes, earum divisionem,
exprobrationes in cruce, aliis illic irridentibus ac
moventibus capita, verbaque ejusmodi dicenti-
bus: « Alios salvos fecit, seipsum non potest sal-
vum facere »? » aliis autem: « Si Rex Israel est,
salvum faciat seipsum »; » aliis, « Vah, qui de-
struit templum [Dei] et in triduo ædificat illud,
seipsum non potest salvum facere? » aliis: « Si-
nite, videamus an veniat Elias salvare eum »; »
aliis: « Si Filius Dei est, descendat de cruce, et
credemus ei ».

Tibine hæc videntur parva ad specimen humilita-
tis? Num vel unius omnino tantum Christi passio-
num modum assecutus siluisti? Haudquaquam,
inquam. At Christus tot tantaque passus, siluit. Quam
porro terribilia ac mirabilia, quæ crucem secuta
sunt? Puta cælum superius obscuratum, tristis
facies aeris, sol obtenebratus, luna in pullum colo-
rem versa, terra concussa, imus gurgis infernusque
compressus, scissi montes, monumenta submittenti-
a mortuos, ac quotquot sub id tempus grandia
acciderunt. Quibus convicti, doctique esse Deum
qui pateretur, cum mutata sententia ex rebus ita
insolitis, quod e re esset debuissent agnoscere;
nichil melius a malitia habentes, haudquaquam
miserabiles cesserunt; imo in pejus promoverunt.
Mitto dicere malos eorum conatus a sepulto Christo,
custodiam in monumento, lapidis obsignationem,
fraudentem machinationem a resurrectione, di-
vulgatam seductionem: « Recordati sumus, quia
seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies
resurgam. Jube ergo obsignari sepulcrum usque
in diem tertium ».

Et iterum: « Dicit quia discipuli ejus nobis dormientibus nocte furati
sunt eum ».

Cogita, homo, quam multæ sint Christi mei et
Dei passiones, quibus meas passiones et vitia ab-
sumpsit. Quot mihi inde stagnent beneficiorum fon-
tes, quot salutaria remedia. Quanta biduo a Judæis
sustinuit « pastor ille bonus qui animam suam
pro nobis ovibus posuit ».

† Matth. xxvii, 25. † Ibid. 42. † Ibid. † Ibid. 40. † Ibid. 40. † Ibid. 40. † Ibid. 65. † Matth. xxvii, 13. † Joan. x, 15.

Α τὰς εὐεργεσίας, αἷς τοὺς προσιδόντας ἀμείνους ποιῶν
οὐκ ἐνέλειπε· τὰς ἀφεσίμους τῶν ἀμαρτιῶν συγγρα-
φὰς σχεδιάζων τοῖς γρηΐζουσι, τοῖς μὲν νομοθετῶν
τῶν ἀφροσίων, τῶν δὲ ὑπεξαίρων τὴν κατάκρισιν. Τί
ἂν μὴ ἄγοιμι τὰ ἐξῆς ὧν ἐπιεράθη κακῶν; Τὰ πρὸ
τοῦ σταυροῦ φημι πειρατήρια, τὴν πρᾶσιν, τὴν προ-
δοσίαν, τὸ μετὰ δόλου φιλημα μαθητοῦ μὲν, ἀλλ'
ἀθετητοῦ, προδάτου μὲν, ἀλλὰ λύκου· τὴν μετὰ μα-
χαιρῶν καὶ ξύλων ἐπίσασιν, τὴν ἐπὶ Κατάρων ἀφίξιν,
τὰς ψευδομαρτυρίας, τὸν ἐπὶ βήματος ἑτασμὸν, τὴν
κραυγὴν ἣν ἀνασείοντες ἔκραζον οἱ Ἰουδαῖοι· « Σταύ-
ρωσον, σταύρωσον αὐτόν· » τὰς φραγελλώσεις, τοὺς
ἐμπαιγμούς, τὰ ἐκτύσματα, τὰ ραπίσματα, τὸν ἐξ
ἀκανθῶν στέφανον, τὴν ἐκ κοκκίνου χλαμύδα, τὴν
ἐπὶ τὸν Κρανίου τόπον ἀπαγωγὴν. Τὰ δὲ ἐπὶ τοῦ
σταυροῦ ὅσα; τοὺς ἤλους, τὰ δεσμά, τὴν ἐπὶ ξύλου
σταύρωσιν, τὸ ὄξος, τὴν χολήν, τὴν λόγχην, τὸν ἐπὶ
τῶν χιτῶνων κλῆρον, τὸν διαμερισμὸν, τὰ ἐπὶ τοῦ
σταυροῦ ὄνειδη, τῶν μὲν αὐτόθεν ἐμπαροινούντων
καὶ τὰς κεφαλὰς κινούντων, καὶ τάδε λεγόντων·
« Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι; » τῶν
δὲ· « Εἰ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐστί, σωσάτω ἑαυτόν· »
ἄλλων· « Οὐδὲ ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρεῶν
ἡμέραις οἰκοδομῶν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι· »
ἐτέρων· « Ἀφετε, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἥλιος σῶσαι
αὐτόν· » ἄλλων· « Εἰ Υἱὸς ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καταβάτω
ἐξ ἀπο τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. »

Ἄρα σοι μικρὰ ταῦτα πρὸς ὑποτύπωσιν ταπει-
νώσεως; Ἄφικου δὲ πρὸς μέτρον ὄλων ἐνὸς μόνου
τῶν ἐπὶ Χριστῷ γεγεννημένων παθῶν, καὶ σείσθησας;
Οὐ μνοῦν, εἶποιμι ἂν. Ὁ δὲ Χριστὸς τοιαῦτα καὶ τη-
λικαῦτα πεπονήως, ἐσώπα. Τὰ δὲ μετὰ τὸν σταυρὸν,
ὡς φοδερά καὶ παράδοξα; Οἶον, οὐρανὸς ἀνωθεν
ἀμαυρούμενος, ἀήρ ἐπιστυγνάζων, ἥλιος σκοτιζόμε-
νος, σελήνη μελαινοῦσα, γῆ σειομένη, βυθὸς συστελ-
λόμενος, ὄρη σχιζόμενα, τάφοι νεκρῶν ἀναπέμπον-
τες, καὶ ὅσα τοῦ τότε καιροῦ τὰ ἐξαισία. Ὑφ' ὧν
ἐλεγχόμενοι, καὶ Θεὸν εἶναι τὸν πάσχοντα διδασκά-
μενοι, ἴδον μεταπεισθῆναι, καὶ τοῖς τελουμένοις πα-
ραδόξοις ἐπιγῶναι τὸ δέον, οὐ ῥῆον ἐγίνοντο τῆς
σφῶν κακίας, μὴ ὑπενδιδόντες οἱ τάλανες, ἀλλ' ἐπὶ
τῷ χεῖρον προέκοπτον. Ἐὼ λέγειν τὰς μετὰ τὴν
ταφὴν κακοურγίας, αἷς κατερχήζοντο, τὴν ἐπὶ τοῦ
μνήματος κουστωδίαν, τὴν τοῦ λίθου σφραγίδα, τὴν
D μετὰ τὴν ἀνάστασιν σκευωρίαν, τὴν διαφημισθεῖσαν
πλάνην· « Ἐμνήσθημεν ὅτι ὁ πλάνος ἐκεῖνος εἶπεν
ἐν τῷ ζῶν, ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Κέλευσον
οὖν σφραγισθῆναι τὸν λίθον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας. »
Καὶ αὐθις· « Εἶπατε ὅτι ἡμῶν κλιμαμένων, οἱ μα-
θηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐκλείψαν αὐτόν. »

Ἐνλόγησον, ἄνθρωπε, ὅσα τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ καὶ
Θεοῦ τὰ πάθη, οἷς τὰ ἐμὰ κατηγάλοιε πλῆθη. Ὅσα
μοι τῶν ἐντεσθῶν εὐεργεσιῶν ὑπομνήζουσιν αἱ πηγαί.
Ὅσα τὰ σωτήρια φάρμακα. Ὅσα ὑπὸ θυῶν ἡμερῶν
πρὸς Ἰουδαίων ὑπίστη· ὁ Ποιμὴν καλὸς, ὁ τὴν ψυ-
χὴν αὐτοῦ θεῖς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν προβάτων· ἰ πρὸ τοῦ

πάθους, μετὰ τὸ πάθος, ἀφ' ἡμέρας ἀναδείξω; αὐ-
 τοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ; πῆ μὲν, « Δαιμόνιον ἔχεις, »
 λεγόντων, πῆ δὲ « Φάρις καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν
 καὶ ἀμαρτωλῶν φίλος. » ὅτε δὲ, « Παρὰ τὸν τὸν
 νόμον, καὶ τὰ Σάββατα βεβηλῶν. » ἄλλοτε, « Σαμα-
 ρεΐτης καὶ τοῦ τέκτονος υἱός, » καὶ ὅσα ταῖς εὐαγ-
 γελικαῖς περιέχεται βίβλοις. Ποῦ θήσωμεν τὴν ἐπ'
 ὄφρυός τοῦ ὄρους ἐνέδραν, τὰς εἰρωνείας, τὰ πειρα-
 τήρια, τὰς μετ' ἐπικρύψεως ἐρωτήσεις; Ἐνθεν τὸ,
 « Εἰ ἔξοσι κήσον Καίσαρι δοῦναι; » ἐκεῖθεν τὸ τῆς
 μιᾶς γυναϊκὸς ἐπὶ ἑπτὰ ἀνδράσιν ἀλούσης ἐρώτημα,
 ἵνα Χριστὸν παγιδεύσωσιν· ἐκεῖ τὸ, « Ἐν ποίῳ
 ἔξουσία ταῦτα ποιεῖς; » ὧδε, « Τί σημεῖον δεῖκνύεις
 ἡμῖν ἵνα πιστεῦσωμέν σοι; » ἐτέρωθεν, « Ἔως
 πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἀφρεις; Εἰ γὰρ εἶ τοῦ Θεοῦ,
 εἰπέ ἡμῖν παρῶσι. » Πόσα κατὰ τοῦ πρόφου, καὶ
 ταπεινοῦ, καὶ νομοθετοῦντος τὴν ἐπιείκειαν, οἱ θρα-
 σεῖς καὶ χριστομάχοι σοβαρῶς συνεσκεύασαν, τὸ
 ὕδωρ αὐτοῖς εἰς οἶνον μεταποιούντος, συναυλιζομένου,
 συνεσθίουτος, παρακαλοῦντος, Σαμαρείτας μετακα-
 λούντος, τελώνας δικαιοῦντος, πόρννας εἰς παρθενίαν
 μετάγοντος, ῥύσεις αἱμάτων ξηραίνοντος, δαίμονας
 ἀπελαύνοντος, λεπρούς καθαρίζοντος, χωλοὺς ἐκεῖ-
 θεν, κυρτοὺς αὐτόθεν, καὶ τὴν χαμαὶ συγκύπτουσαν
 ἀνορθοῦντος, παραλύτους σφίγγοντος, χεῖρα ξηρὰν
 ὑγιάζοντος, κωφοῖς ἀκούειν, τυφοῖς τὸ βλέπειν,
 ἀλάλις λαλεῖν παρεχομένου, τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὰ
 δὲ διὰ τῶν μαθητῶν· κατὰ πελάγους περὶ ὄρους,
 ἄρτους ὀλίγους τρέφοντος μυριάδας, νεκροὺς ἐγείρον-
 τος ῥήματα. Ὡς ὠφείλον καὶ ἡμᾶς νεκροὺς ὄντας
 τοῖς περὶ πτωμασί· καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ἀπάτης
 συζωοποιήσει ἐν ἑαυτῷ, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τῆς
 περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ φιλανθρωπίας; Δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ
 τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν
 τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι,
 νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας καὶ ἀτελευτήτους
 αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Γ.

Εἰς τὴν παγκόσμιον Ὑψώσιν τοῦ τιμίου καὶ
 ζωοποιῶν σταυροῦ.

(Combef. p. 96.)

Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλη-
 σίας ἅπαν καταστράπτεται πλήρωμα. Σταυροῦ παν-
 ήγυριν ἄγομεν, καὶ γορᾶς μαρμαρυγαῖς τὸ τῆς οἴκου-
 μένης καταλάμπεται πρόσωπον. Σταυροῦ πανήγυριν
 ἄγομεν δι' οὗ τὸ σκότος ἠλάθη, καὶ τὸ φῶς ἀντεισ-

^a Matth. xi, 49. ^b Joan. ix, 44. ^c Matth. xiii, 56. ^d Matth. xxi, 47. ^e Joan. x, 24. ^f Ex. edit. Ingolst. 1600, Greiz. S. J. interpretatione recognita.

COMBEFISH NOTÆ.

(38) *Orationes in exaltationem crucis* repræsen-
 tamus quales Jacobus Gretserus, vir doctus S. J.
 tom. II de cruce edidit, et ipso interprete, pauculis
 mutatis aut correctis, quos fere lectori indicanda
 duximus, ut sciat vix non constare in reliquis, αὐτο-
 ληθεῖ, suam Gretsero versionem et editionem.
 Quod porro spectat ad ipsas orationes sive oratio-
 nem, est stylus conuatis incultior, quam soleat in
 aliis esse Andreæ nostri; nec sane ea majestate

A passionem, a die ostensionis suæ in Israel I Modo
 quidem dicentibus : « Dæmonium habes, » modo
 autem, « Vorax est, et vini potator, publicanorum et
 peccatorum amicus » : » quæstioque vero : « Solvit
 legem, et Sabbatâ violat » : » interdum, « Samari-
 tanus est, et fabri filius », : ac si qua continentur
 in Evangeliiis. Quo loco ponemus insidias in mon-
 tis supercilio, irrisiones, tentationes, interrogationes
 captiosas? Hinc illa quæstio : « Si licet dare censum
 Cæsari? » Inde et ea, de una muliere quæ habuis-
 set septem viros, ut eum caperent. Illic : « In qua
 potestate hæc facis? » hic : « Quod signum ostendis
 nobis, ut credamus tibi? » Alio loco : « Quousquo
 animam nostram tollis? Si es Filius Dei, dic nobis
 palam. » Quam multa superbe petulantem et Chri-
 sti hostes moliti sunt aduersus mansuetum et
 humilem, ac eum qui modestiam sanciret! Ad-
 versus, inquam, eum, qui eis aquam in vinum
 mutaret, qui simul conversaretur, qui convesce-
 retur, qui consolaretur, qui Samaritas revocaret,
 publicanos justificaret, meretrices ad virginitatem
 transferret, fluxus sanguinum siccaret, dæmones
 expelleret, leprosos mundaret, hic claudos illic
 curvos, mulieremque toto corpore humi depressam
 erigeret, paralyticis membra astringeret, manum
 aridam sanaret, surdis auditum, cæcis visum,
 mutis loquelam, qua ipse per se, qua per discipulos
 præstaret : per mare ambularet, multa hominum
 millia paucis panibus aleret, mortuos sermone
 suscitaret. Atque utinam etiam nos peccatis, er-
 rorisque cupiditatibus mortuos, in se ipse convivi-
 ficet, pro sua illius in genus humanum propensio-
 ris amoris gratia et miserationibus : per quem
 et cum quo, gloria et honor et adoratio Patri,
 sanctissimoque, et bono, et vivifico ejus Spiritui,
 nunc et semper, et per omnia ac infinita sæcula
 sæculorum. Amen.

ORATIO X.

In venerabilem pretiosæ et vivificæ crucis Exal-
 tationem f (38).

Crucis festum agimus, et fulgore collucet tota
 Ecclesiæ multitudo, Crucis festum celebramus, et læ-
 titiæ splendore orbis facies refulget. Crucis festum
 celebramus, per quam tenebræ pulsæ sunt, et lu-
 men redditum. Crucis festum celebramus, et una

iisque floribus, cum gravitate delectare videtur,
 atque in reliquis suis orationibus; ut, si quidem
 sunt ejus, videri possit temperatori arte usus,
 ac σχεδιάζειν potius λόγον, quod titulus præfert,
 quam accuratius elaborasse : quod potuit οὐλο-
 γοποιεῖν facere; vel etiam minus adhuc maturo judi-
 cio et exulto ingenio, cum in minoribus adhuc
 Hierosolymis ageret, ubi videtur has orationes,
 sive orationem hanc declamasse.

cum Crucifixo in sublime tollimur, ut terra cum peccato infra relicta, superna comparemus. Crux erigitur, et secum erigit humi abjectam hominum naturam. Crux erigitur, et dæmonum ferociam terret. Crux exaltatur, et fractæ adversariæ Satanae vires decidunt et enervantur. Crux exaltatur, et Ecclesia conventus celebrat. Crux exaltatur, et civitates festum diem peragunt, populique lætitia gressiunt. Crucis siquidem meminisse, insignis gaudii materia, mærorisque iniminutio est.

Se] quantum est crucis figuram aspicere? Nam eam intuentem, fortem efficit atque a timore liberat. Talis est tantaque crucis possessio: et qui hanc possidet, possidet thesaurum. De auri me forsitan putatis loqui thesauro, aut margaritarum, ac lapidum pretiosorum Indicorum, quibus corporis sui studiosi, et nihil excelsi cogitantes, sese oblectant. Ego vero id quod omnium bonorum pulcherrimum est re ac nomine, thesaurum jure appellaverim; in quo, et per quem, et in quem salutis nostræ summa reposita, et pristino statui restituta est. Si enim crux non foret, Christus crucifixus non esset. Si crux non esset, vita ligno clavis suffixa non esset. Si ea clavis suffixa non esset, ex latere fontes immortalitatis, sanguinem et aquam, quæ mundum expiant, non fudissent: peccati chirographum disruptum non foret, in libertatem asserti non essemus, ligno vitæ non fruere, paradisi non pateret, versatilis romphæa e' via Edem non recessisset, latro paradisi non incoletet.

Et quid his immoror? Si crux non esset, Christus in terra non fuisset; et si Christus in terris non fuisset, non Virgo, non secunda Christi generatio fuisset; non humanitatem induisset Deus; non fuisset partus, non præsepe, non fasciæ, non octavo die circumcisio, non exhibita parentibus obedientia, non ætatis progressus, non corporis incrementum, non apparitio, non baptismi usus, non patrata miracula, non Judas proditor, non Pilatus judicans, non Judæorum audacia in crucem: agi indemnatum clamore postulans. Si crux non esset, mors prostrata non esset, infernus non spoliatus, non enectus noxius serpens. Magna igitur et pretiosa res crux est. Magna quidem, quia multa per ipsam bona effecta sunt; et tanto plura, quanto magis Christi miraculis et cruciatibus potiores partes tribuendæ sunt. Pretiosa vero, quia Dei passio et tropæum, crux est: passio quidem, ob spontaneam in ipsa passionis mortem; tropæum autem, quia in ipsa diabolus sauciatus, et cum eo mors devicta est; atque inferorum claustra contrita, et communis universi orbis salus crux facta est.

Crux Christianorum spes, desperatorum servatrix, tempestate jactatis portus, infirmorum medi-

α ἄχθη. Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν, καὶ τῷ Σταυρωθέντι συνεπαιρόμεθα. τὴν γῆν ἀφέντες κάτω μετὰ τῆς ἁμαρτίας, ἔνθα τὰ ἄνω κτησόμεθα. Σταυρὸς ὑψοῦται, καὶ συνοψοὶ χαμαὶ κειμένην τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ τὰ δαιμόνων καταπίψσει τὰ φρυγάματα. Σταυρὸς ὑψοῦται, καὶ τοῦ Σατάν ἡ ἀντίπαλος καταπίπτουσα δύναμις ὑποχωρεῖ καὶ συστέλλεται. Σταυρὸς ὑψοῦται, καὶ συντρέχει τῆς Ἐκκλησίας τὸ πλήρωμα. Σταυρὸς ὑψοῦται, καὶ πόλεις πανηγυρίζουσι, καὶ λαοὶ χαρμόσυνα σπένδουσι. Καὶ τὸ μνησθῆναι γὰρ σταυροῦ, χαρᾶς ὑπόθεσις πρόδηλος, καὶ συστολὴ σκυθρωπότητος.

Τὸ δὲ καὶ τύπον ὀρθῶσαι σταυροῦ ἤλιον; Ἀνδρείας γὰρ πρόξενον καὶ δειλίας ἀπαλλαγῆ τῷ προσδίδκοντι γίνεται. Τοιοῦτόν τι μέγα τοῦ σταυροῦ τὸ κτήμα καθέστηκε· καὶ οὐτοῦτον κησάμενος, ἐκτίσασθαι θησαυρόν. Κρυπτοῦ με τάχα οἴσθε τοῦτον λέγειν τὸν θησαυρόν, ἡ μαργαρίτου καὶ λίθων Ἰνδικῶν βαρυτίμων, οἷς οἱ φιλοσώματοι χαίρουσι, περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια σμικρολογούμενοι. Ἐγὼ δὲ πάντων κελῶν κάλλιστόν τε καὶ πολυτελέστατον καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, θησαυρὸν ἂν εἰκότως ἐκείνον ἀποκαλοῦμαι, ἐν ᾧ, καὶ δι' οὗ, καὶ εἰς ὃν, ἅπαν ἡμῖν τὸ τῆς σωτηρίας ἀποτεθὲν ἐπανωρθώθη καφάλαιον. Εἰ μὴ γὰρ σταυρὸς, οὐκ ἂν ὁ Χριστὸς ἐσταύρωτο. Εἰ μὴ σταυρὸς, οὐκ ἂν ἡ ζωὴ τῷ ξύλῳ προσήλωτο. Εἰ μὴ προσήλωτο, οὐκ ἂν ἐκ πλευρᾶς οἱ κρουνοὶ τῆς ἀφθαρσίας ἐπήγαζον, αἷμα καὶ ὕδωρ, τὰ τοῦ κόσμου καθάρσια, οὐκ ἂν τῆς ἁμαρτίας χειρόγραφον ἐβρέχθητο, οὐκ ἂν τῆς ἐλευθερίας ἐτύχομεν, οὐκ ἂν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἀπηλαύσαμεν, οὐκ ἂν παραδείσος ἀνοικτο, οὐκ ἂν ἡ στρεφομένη βρομφαία τῆς Ἐδέμ τὴν ὄδον παρεχώρει, οὐκ ἂν ὁ ληστής τὸν παρίδεισον ἔχει.

Τί ταῦτα λέγω; Εἰ μὴ σταυρὸς, οὐκ ἂν ὁ Χριστὸς ἐπὶ γῆς· καὶ εἰ μὴ Χριστὸς ἐπὶ γῆς, οὐκ ἂν Παρθένος, οὐκ ἂν γέννησις Χριστοῦ δευτέρα· οὐδ' ἂν ἐν ἀνθρώπῳ Θεός· οὐδ' ἂν τόκος, οὐ φάνη, οὐ σπάργανα, οὐ περιτομὴ ὀκταήμερος, οὐχ ὑποταγὴ γονέων, οὐ μεθελικίωσις· οὐχ αὐξήσις σώματος, οὐχ ἀνάδειξις, οὐ βαπτισματος μέθεξις, οὐ θαυμάτων ἐπίδειξις, οὐχ Ἰουδαῖοι προδόται, οὐ Πιλάτος δικάζων, οὐχ Ἰουδαίων τόλμα σταυροῦσθαι τὸν ἀνεύθυνον κράζουσα. Καὶ εἰ μὴ σταυρὸς, οὐκ ἂν ἐπεπείθητο θάνατος, οὐκ ἐσκόλευτο ἄξις, οὐχ ὁ πικρὸς θῆσις ἀνεπέκρωτο. Διὰ τοῦτο μέγα τι χρῆμα καὶ τίμιον ὁ σταυρὸς. Μέγα μὲν, ὅτι πολλὰ δι' αὐτὸν τῶν ἀγαθῶν κατορθώθη, καὶ τοσοῦτ' πολλὰ, ὅσω καὶ τὰ Χριστοῦ θαύματα καὶ παθήματα κατὰ παντὸς ἔχει λόγου τὰ νικητήρια. Τίμιον δὲ, ὅτι Θεοῦ πάθημα καὶ τρόπαιον ὁ σταυρὸς· πάθημα μὲν, ὅτι διὰ τὸν ἑκούσιον ἐν αὐτῷ τοῦ πάθους θάνατον· τρόπαιον δὲ, διὰ τὸ τετραματίσθαι ἐν αὐτῷ τὸν διάβολον, νενικησθαι δὲ σὺν αὐτῷ τὸν θάνατον· συντετριφθαι δὲ καὶ τοῦ ἄδου τὰ κλεῖθρα, καὶ κοινὸν παντὸς γεγενῆσθαι τοῦ κόσμου σωτήριον τὸν σταυρόν.

Σταυρὸς Χριστιανῶν ἐλπίς, ἐπεγνωσμένων σωτήρ, χειμαζομένων λιμῆν, ἀσθενούντων ἰατρὸς, παθῶν

ἐλατήρ, ὑγείας δοτήρ, νεκρωμένων ζωῆ, εὐσεβείας ἁ
 πρόγραμμα, βλασφημίας φίλοτρον. Σταυρὸς ὄπλον
 κατ' ἐχθρῶν, σκήπτρον βασιλείας, διάδημα κάλλους,
 τύπος ἀγραφος, βᾶθος δυνάμεως, ἔρεισμα πίστεως,
 βακτηρία γήρους, ὁδηγὸς τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει,
 παίδευτὴς ἀφρόνων, διδάσκαλος νηπίων, ἀμαρτίας
 ἀναίρεισις, μετανοίας ἐνδειξις, δικαιοσύνης ὑπογρα-
 φεύς. Σταυρὸς κλίμαξ εἰς οὐρανὸν ἄγουσα, ὁδὸς
 πρὸς ἀρετὴν ὁδηγοῦσα, ζωῆς πρόξενος, θανάτου
 λύσις, φθορᾶς ἀλλοτριωσις, πυρὸς σβετήριον, πρὸς
 Θεὸν παρήγοσις, κλεῖς οὐρανῶν βασιλείας. Σταυρὸς
 φύλαξ ἐν νυκτι, ἐν ἡμέρᾳ πύργος, ἐν σκότει χειρ-
 αγωγός, ἐν εὐθυμίᾳ χαλινός, ἐν ἀθυμίᾳ ψυχαγωγός,
 διαλλακτήριος, ἱκέσιος, φίλιος, συνήγορος, προασι-
 στής, ἠπίκουρος. Σταυρὸς ἐν πειρασμοῖς βοηθός, ἐν
 ἀνάγκαις βοηθός, ἐν θάλασσῃ κυβερνήτης, ἐν συμ-
 φοραῖς ἀνάψυξις. Σταυρὸς νυκτοφυλακὴ τοῖς καθύ-
 δοντας, συναγρυπνεῖ τοῖς ἀγρυπνοῦσι, τοῖς κεκμη-
 κόσι συνεπαμύνει. Σταυρὸς ἀπονούτων νεύρωσις,
 κοπιῶντων ἀνάπαυσις, πεινούτων τροφή, νηστεύον-
 των ἰσχύς, ἀγωνιστῶν ἀλείπτρις, γυμνῶν σκέπη,
 συνοδοιπόρος τῶν ἐπιξενουμένων. Σταυρὸς πλουσιῶν
 σωφρονιστής, πενητῶν προνοητής, χηρῶν προστά-
 τής, ὀρφανῶν ἀντίληψις καὶ τροφεύς. Σταυρὸς ἀρ-
 χόντων τιμὴ, βασιλέων κράτος, στρατηγῶν νίκος,
 ἀγγελίας σφραγίς, συζυγίας σύνδεσμος. Σταυρὸς
 πόλεων φύλαξ, οἰκῶν ἀσφάλεια, φιλικῶν συναρμοστής,
 τῶν ἐχθρῶν ἀμυντήριον, πολεμίων ἀντίπαλος, ἐθνῶν
 διωκτῆριον, βαρβάρων σκόλοξ, εἰρήνης βραδευτής.
 Σταυρὸς ἀγάπης πρυτανευτής, κόσμου καταλλαγή,
 περάτων διαγραφή, ὕψος οὐρανοῦ, γῆς βᾶθος, κτίσεως
 σύμπηξις, μήκος τῆς φαινομένης, εὐρος τῆς οἰ-
 κουμένης· καὶ συνελθόντα εἰπεῖν, σταυρὸς τῶν Χριστοῦ
 παθῶν τὸ κεφάλαιον, τῶν εἰς ἡμᾶς θαυμάτων ἡ
 κορωνίς.

Τοῦτο καὶ δόξα Χριστοῦ καλεῖται, καὶ ὕψος
 Χριστοῦ προσαγορεύεται. Τοῦτο καὶ ποτήριον ἐπι-
 θυμητῶν νοεῖται, καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμῶν Χριστοῦ παθη-
 μάτων συμπέρασμα. Ὅτι δὲ δόξα Χριστοῦ ὁ σταυρὸς,
 ἀκουσον αὐτοῦ λέγοντος· « Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ
 ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ εὐθέως
 δοξάσει αὐτόν. » Καὶ πάλιν· « Δόξασόν με σὺ, Πάτερ,
 τῇ δόξῃ ἣν εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ
 σοί. » Καὶ αὖθις· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα,
 Ἥλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν· « Καὶ ἐδόξασα,
 καὶ πάλιν δοξάσω. » Δόξαν ἔνταυθα λέγων τὴν ἐπὶ
 τῷ σταυρῷ προσγινομένην τότε τῶν στοιχείων ἐναλ-
 λαγὴν καὶ συμπάθειαν. Ἔδει γὰρ τῷ Κτιστῇ συμπα-
 θεῖν καὶ τὰ κτίσματα. Ὅτι δὲ καὶ ὕψος Χριστοῦ ὁ

A catrix, perturbationum expultrix, sanitatis restitui-
 trix, interemptorum vita, lex pietatis, blasphemiarum
 refrenatio. Crux contra hostes arma, regni sce-
 ptum, diadema pulchritudinis, typus et exemplar
 non scriptum (39), virga potentiarum, firmamentum
 fidei, baculus senectutis, dux cæcorum, lumen eor-
 um qui sunt in tenebris, insipientium institutrix,
 infantium magistra, peccati ruina, poenitentiarum in-
 dex, justitiarum forma. Crux scala in cælum deducens,
 via ad virtutem adducens, vitæ conciliatrix, mortis
 solutio, corruptionis abalienatio, ignis exsistentio,
 in Deum fiducia, clavis regni cælorum. Crux
 custos in nocte, in die turris, in terris manu-
 ductrix, lætitiarum frenum, tristitiarum oblectamentum, re-
 conciliatrix, supplicatrix, amicitiarum conciliatrix,
 patrona, propugnatrix, adjunctrix. Crux in tenta-
 tionibus auxiliatrix, in periculis dans salutem, in
 mœstitia solans, in necessitatibus opitulans, in
 mari gubernatrix, in calamitatibus refrigerium.
 Crux noctu servat dormientes, vigilat cum vigi-
 lantibus, laborantes adjuvat. Crux languidorum
 vires, laborantium quies, esurientium alimentum,
 jejunantium robur, pugilum aliptes, nudorum te-
 gumentum, comes peregrinorum; crux divites
 modestos retinet, pauperibus prospicit, viduas
 protegit, orphanorum auxilium et nutrix est. Crux
 principum honor, regum potentia, belli ducum vi-
 ctoria, castitatis signaculum, conjugii vinculum;
 crux civitates custodit, domos tuetur, amicitias
 conglutinat, ab inimicorum injuria vindicat, hosti-
 bus resistit, gentes persequitur, barbarorum sti-
 mulus; pacis arbitra est. Crux charitatis guberna-
 trix, mundi reconciliatio, finium descriptio, alti-
 tudo cæli, terræ profunditas, creaturæ coagmenta-
 tio, orbis apparentis longitudo, latitudo mundi:
 et ut paucis complectar, crux Christi passionum
 summa, miraculorum nobis factorum coronis.

Hæc et Christi gloria appellatur, et Christi
 exaltatio dicitur. Hæc et calix desiderabilis intelli-
 gitur, et cruciatuum, quos pro nobis Christus
 perpessus est, conclusio. Quod vero Christi gloria
 sit crux, audi ipsam dicentem: « Nunc clarificatus
 est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo,
 et continuo clarificabit eum ». Et rursus: « Cla-
 rifica me, tu, Pater, claritate quam habui, ante-
 quam mundus esset, apud te ». Et iterum:
 « Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de
 cælo: Et clarificavi, et iterum clarificabo », et
 illam significans, quæ tunc in cruce consecuta est,
 elementorum scilicet immutationem et commisc-
 rationem. Oportebat enim cum Creatore et creatu-

^a Joan. xiii, 31. ^b Joan. xvii, 5. ^c Joan. vii, 28.

COMBEFISII NOTÆ.

(39) *Typus et exemplar non scriptum.* Τύπος ἀγρα-
 φος. Moverem ego τὸ, *et exemplar.* Τύπος enim
 velut regia sanctio est, ac decretum nostræ a Deo
 absolutionis, quod adjecta illa vox potius videtur
 obscurare. Hoc sensu Amphiloehus noster, cap. 8,
 in Vitam Basili: Μὴτα γὰρ ἕκταν ἡμέραν κατήρθ.

τύπος ἐλευθερῶν αὐτὸν ἀγωγῶν, *Venit, seu, per-
 tus ad eum est typus,* etc. Sunt regum typi hujus-
 modi ἔγγραφοι· et litteris d. formati; at Dei typus
 hic ἀγραφος, et veritate constans, expiata vere
 pena abundantī satisfactione, non verbis.

ras condolere. Quod autem exaltatio quoque A
Christi, crux sit, accipe quid ipse ait :
« Quando ego exaltatus fuero, tunc omnes traham
ad meipsum ¹, » ut et alibi dicit : « Sicut Moyses
exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet
Filius hominis. » Quare? « Ut omnis qui credit
in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aternam ². »
Vides quod gloria et exaltatio Christi,
cruz sit?

Cognoscere vis, quod hic exaltatio, ibi autem
gloria consequatur? audi Davidem dicentem :
« Exaltare super caelos, Deus, et super omnem ter-
ram gloria tua ³. » Et iterum Isaiam, quasi ex
persona Christi, « Nunc exurgam, dicit Dominus,
nunc exaltabor, nunc glorificabor ⁴. » Quoniam
igitur exaltatio gloria est, exaltatur autem cruz
hodie, glorificatur utique et Christus. Cum enim
cruz Christi gloria sit (40), hodie exaltatur cruz,
ut glorificetur Christus. Non exaltatur Christus,
ut cruz glorificetur, sed exaltatur cruz, ut Chri-
stus glorificetur. Glorificatur autem Christus, ut
nos secum exaltet. Exaltatur ergo cruz, et simul
in altum piorum sensa surrigit. Glorificatur
Christus, et simul glorificat glorificantes eum.
Exaltatur cruz, et dæmonum deprimit supercilium;
glorificatur Christus, et confundit mali auctorem,
serpentem. Exaltatur cruz, et lapsos surrigit;
glorificatur Christus, et eorum, qui per peccatum
cecidissent, emaculat ignominiam. Exaltatur cruz,
et ruunt idola; glorificatur Christus, et terrore C
percellitur diabolus. Exaltatur cruz, non solum
propterea quod in ea Christus exaltatus fuerit, sed
quod manifesta facta, Judæorum stoliditatem re-
darguerit. Undenam vero et qui fuit manifesta-
ta (41)? Nempe sub Imperatoribus in Christum
credentibus; non ut quidam illic olim slexerunt,
multis ob sermonis phaleras in errorem inducis;
sed divina et sincera virtute; et omnino fidei vi-
ribus et soliditate: Dei siquidem repositus thesau-
rus erat. Postquam enim a morte in cruce, vitæ
et mortis Dominus, tribus post diebus revixit,
invidiæ stimulis agitati Judæi et timore percussi
erant, ne quid ex venerabilibus et sacris passionis
illius instrumentis, Judæis quidem in vindictam, D

σταυρός, ἀκουσον τί φησιν αὐτός· « Ὅταν ἐγὼ
ὕψωθῶ, τότε πάντας ἔλκυσω πρὸς ἐμαυτόν· » ὡς;
καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· « Καθὼς Μωϋσῆς ὑψώσας τὸν
ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψώθηναί δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ
ἀνθρώπου. » Διὰ τί; « ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτόν,
μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχη ζωὴν αἰώνιον. » Βλέπεις οὖν
ὄψα καὶ ὕψος Χριστοῦ, σταυρός;

Βούλει γινῶναι ὅτι ἐνταῦθα ὕψος, ἐκεῖ δὲ ὄψα
παρέπεται; ἄκουε τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· « Ὑψώθητι
ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πάντας τὴν γῆν ἡ
δόξα σου. » Καὶ τοῦ Ἡσαίου πάλιν, ὡς ἐκ προ-
ώπου Χριστοῦ· « Νῦν ἀναστήσομαι, λέγει ὁ Κύριος,
νῦν ὑψωθήσομαι, νῦν δοξασθήσομαι. » Ἐπεὶ οὖν
ὕψος ἡ ὄψα, ὑψοῦται δὲ σήμερον ὁ σταυρός δοξά-
ζεται δῆλον καὶ ὁ Χριστός. Εἰ γὰρ ὄψα Χριστοῦ
ὁ σταυρός, σήμερον [ὑψοῦται ὁ σταυρός,] ἔα δοξα-
σθῆ ὁ Χριστός. Οὐχ ὑψοῦται Χριστός ἵνα δοξασθῆ
ὁ σταυρός, ἀλλ' ὑψοῦται ὁ σταυρός ἵνα ὁ Χριστός
δοξασθῆ. Δοξάζεται δὲ Χριστός ἵνα ἡμᾶς ἑαυτῷ
συναυψώσῃ. Ὑψοῦται οὖν ὁ σταυρός, καὶ συναυψοῦται
τῶν εὐσεβούντων τὸ φρόνημα. Δοξάζεται Χριστός,
καὶ συνδοξάζει τοὺς δοξάζοντας αὐτόν. Ὑψοῦται σταυ-
ρός, καὶ κατασπᾶ τὴν ὄφριν τῶν δαιμόνων. Δοξά-
ζεται Χριστός, καὶ καταπίπτουσι τὸν ἀρχέκακον ὄφιν.
Ὑψοῦται σταυρός, καὶ ἀνορθοῖ τοὺς καταπίπτοντας.
Δοξάζεται Χριστός, καὶ τῶν δι' ἁμαρτίαν πετόντων
ἄμαυροὶ τὴν αἰσχύνην. Ὑψοῦται ὁ σταυρός, καὶ
πίπτουσι εἰδῶλα. Δοξάζεται Χριστός, καὶ διάβολος
πλήττεται. Ὑψοῦται σταυρός, οὐχ ὅτι μόνον ὑψώθη
Χριστός ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι φανερωθεὶς τὴν τῶν
Ἰουδαίων παράνοιαν ἠλεγε. Πόθεν φανερωθεὶς;
Ἐπὶ βασιλείων τῶν εἰς Χριστὸν πιστευσάντων· οὐχ
ὡς τινες τῶν δῆθεν προανεπίδασαντο, κλέπτοντες
τοὺς πολλοὺς πιθανότητι, ἀλλὰ θεῖα καὶ ἀπερίεργη
δυνάμει, καὶ ὄντως πίστει καὶ μηχανῇ καὶ στερέωσει.
Θεοῦ γὰρ ἦν τὸ κειμήλιον. Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ τὸν
διὰ σταυροῦ θάνατον, ὁ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου Κύριος
τρισὴν ἡμέραις ἀνεβίω· φθόνου δὲ κέντρεις Ἰουδαῖοι
νυττόμενοι, καὶ δέσι κατεσχημένοι, μὴ τι τῶν κατὰ
πάθος ἐκεῖνο τὸ σεπτὸν καὶ μακάριον διασωθῆν χρη-
στηρίων, Ἰουδαίους μὲν ἀμυντήριον γένηται, τοῖς δὲ
Χριστὸν δεσποτεύουσι φυλακτήριον γένηται, ὅπως

¹ Joan. xii, 32. ² Joan. ii, 14. ³ Psal. cvii, 6. ⁴ Isa. xxxiii, 10.

COMBESII NOTÆ.

(40) Cum enim cruz Christi gloria sit. Fuit hic
nihil mutanda versio, sanata littera modica
illa adjectione τοῦ, ὑψοῦται ὁ σταυρός, quam clare
exigit tota series. Minus certe congruit aut est
consequens illud Grets.: Si enim Christi gloria cruz,
Christus ergo est altitudo crucis, præterquam quod
levius movet τὸ, σήμερον, quod retinent sua illa
Græca; ut non videatur supplementum necessarium
committere, sed novum aliquid pro suo capite affingere.

(41) Undenam vero et qui fuit manifestata? πόθεν
φανερωθεὶς. Legit Grets. τότε, velut solum tempus
declaretur invente crucis. Quando fuit manifestata.
Sub, etc. Sed videtur modus magis intentus. Fuit
forte, πῶς καὶ πόθεν; cui utrique quesito repon-

deat Andreas, ut dicat contigisse id quidem re-
gnantibus Christianis principibus, sed non velut
eorum favore, sed Dei instinctu, cuius esset τὸ
κειμήλιον, et repositus ille thesaurus; Deo nimirum
Helenam piissimam matronam sanctamque impe-
ratricem instigante ad perquirendam crucem: quo
optime depellit calumniam, et quod olim confixis-
sent, τινὲς τῶν δῆθεν. Quelques je ne sçay qui: vel-
ut ironice; quod habere τὸ δῆθεν aliquando, nota-
vit auctor *Theauri*. Quid si est τῆδε, quod velut
adverbium temporis accipitur, et declarat vetera
illa tempora quando aliqui vel Judæi vel sensu Ju-
daico, qualis fuit Dominantibus ille Hieronymus,
historiis apocryphis conati sint novum: absque item
obscurare gloriam crucis?

μυχοῖς κατορωρύχασαν γῆς, ἀποθήμενοι τὸ θησαύ-
ρημα· λέγω δὲ τὸν σταυρὸν, καὶ τὰ περὶ τὸν σταυ-
ρὸν ἅπαντα· τοὺς ἡλούς φημι, καὶ τὴν λόγχην, καὶ ὃν
ἐπὶ τοῦ σταυροῦ Πιλάτος ἔγραψε, [καὶ] προσέπηξεν
τίτλον.

Εἶτα Θεοῦ Χριστιανοῖς τὰ βασιλεια σκηπτρα, καὶ
ἄλλην τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἀρχὴν ἐγγχειρίσαντος, τὴ-
δὲ κησεν ἄρτι τότε διὰ γυναικὸς εὐσεβοῦς, γυναικὸς
βασιλίδος, γυναικὸς βασιλικὴν ἐχοῦσης τὸ εὐρημα,
τοῦ υἱοῦ τῆνικαδὲ Χριστιανῶν βασιλεύοντος, ἀμογ-
τι, καὶ, ὅσον εἶπεῖν, θείαις εὐφροσύναις περισσοφῆσαι
τὸ γύναιον· καὶ πῆ μὲν ἀρχικαῖς ἐμθριθεῖαις, ἐστὶ
δὲ ὅπου καὶ κοιναῖς κολακαῖαις, πάντα δὲ βασιλικῶς
ἐπίδειξασθαι, ὅσα τὴν ἀκαμπῆ τῶν Ἰουδαίων ἐπι-
λυγῆσαι καρδίαν ἠδύνατο. Καὶ δὴ θάττον ἐπιζητούση
τῇ βασιλίδι, τὸ κοινὸν ἐπέστη θησαύρισμα· Θεοῦ δὲ
δώρον εἰς τάχος· τῷ γυναικί προτείναντος· τοῦτον δὲ
λέγω, τὸν εἰς πάντα σήμερον τὸν κόσμον ὑψούμενον
τοῦ Κυρίου σταυρὸν· μεθ' οὗ καὶ πάντα οἷς τὸ μακά-
ριον ἐκείνο, καὶ τοῦ κόσμου σωτήριον ὑπονόμητο
πάθημα. Διὰ τοῦτο τοίνυν ἐορτάζομεν σήμερον, διὰ
τοῦτο πανηγυρίζομεν, ὅτι τὸ πάλαι κρυπτόμενον
ἄγιον πεφανέρωται σήμερον· ὅτι ὁ ἐν κρυφῇ θησαυ-
ρὸς ἐκ μετάλλων γῆς ἐξέλαμψεν ὡς χρυσοῦ· ὅτι τὸ
συγχοσθὲν τῆς Χριστιανῶν βασιλείας ἐπισημδατον
ἀνεκαλύφθη λάθρορον· ὅτι ὁ τυφῶν τῶν εἰσιμόνων ἠρέ-
μυσε, φανερωθέντος σταυροῦ· ὅτι τὸ κατ' ἐχθρῶν
αὐτοθάλλετον ἔλεος· ἀπὸ γῆς πεφανέρωται· ὅτι τὸν
ἐαυτοῦς ἀπέλαθε κόσμον ἢ Ἐκκλησίαν, ὅτι ἦν ἀπώλεσε
δραχμὴν, ἢ βασιλείας εὗρεν ἀρχῆς. Οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ
Χριστοῦ σταυρὸς, τὸ Δεσποτικὸν σημεῖον, τὸ σωτή-
ριον ἔπλον, τὸ βασιλικὸν κράτος, τὸ τῆς νίκης τρό-
παιον, τὸ τῶν ἄνω καὶ κάτω μεταίχιμιον, τῶν βε-
θαιοπίστων τὸ σύνταγμα, ἡ ἀποστολικὴ κορυφή καὶ
προφητικὴ δίοπτρα, τῶν μαρτύρων ὁ στέφανος, τῶν
τῶν Χριστῶν προσκυνούντων ἡ ἀρραβῶν.

Ἄφ' οὗ γὰρ σταυρὸς, ὁ Χριστὸς προσκυνεῖται· ἀφ'
οὗ σταυρὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπεγνώσθη· ἀφ' οὗ
σταυρὸς, σὺν Πατρὶ τὸν Υἱὸν προσκυνοῦμεν· ἀφ' οὗ
σταυρὸς, τὰ Ἰουδαίων ἤρηξε, τὰ Ἑλλήνων ἀπεσθέ-
σθη, τὰ Χριστιανῶν ἀνέσχευεν, ὁ ἀὴρ ἠγιάσθη, τῶν
ἐπιβωμίων αἰμάτων ἡλευθερώμεθα, τῆς ἀναιμάκτου

COMBESISH NOTÆ.

(42) *Sine difficultate*. Ἀμογτι. Velut ultro, ac Deo
donante : quod ipsum paulo superius expressum
est, τῷ, ἀπεριεργῶ δυνάμει. Sans recherche, et par
instinct. Minus dicit Grets. *sincera virtute* : quan-
quam retinimus.

(43) *Velut sponte adversus inimicos eiusus*. Αὐτο-
θάλλετον ἔλεος. Grets. *Gladius a Christo fabricatus*.
Sed aliud vult illa vox, significatque, velut ipsam
a se crucem, et præter id quod ponentes præsume-
bant, ponentibus ipsis, modo tamen maluerint per-
suerare inimici, nec ea reconciliari velint, in gla-
dium factam. Sic Suidæ αὐτοουργὸν, αὐτοφύς.

(44) *Dioptra prophetica*. Δίοπτρα. Etiam Latinis
recepta vox, pro instrumento geometrico inser-
vente parti astrologiæ, quam *dioptricem* vocant ;
quæ nimitum solis, lunæ, cæterorumque locorum
distantias per instrumenta investigat. Vulg. *per-
spectiva*. Sic Orat. in salut. angel. ejusdem nostri
Andree τὸ, Χαίριος, δίοπτρα προβλεπτική, dictum

in Mariam, cum Hopperō reddidimus, seu potius
ex ipso retinimus : *Dioptra perspectiva*. Gretserus
liberius, *δίοπτρα προφητική*. *Specula prophetica*.
Apte vero id instrumenti prophetici tributur, ut
dispicientibus, adfulgentia illa divini luminis, res
procul positas.

(45) *Judaica cessarunt*. Τὰ Ἰουδαίων ἤρηξε.
Simplicius veriusque quam reddiderat Grets. Ju-
dæorum res pessum ierunt. De ritu enim est
sermo ; qui sacer et institutus a Deo tanquam
figuralis adventu figurati, eique cedens, non tam
pessum ivit, quam est consummatus, et desidera-
tam absolutionem habuit, eo etiam ab apostolis et
primis fidelibus ex circumcissione, sepultus cum
honore, nec statim abjectus.

(46) *Ab altarium et victimarum sanguine liberati sumus*. Τῶν ἐπιβωμίων αἰμάτων ἡλευθερώμεθα.
A sanguine super aras fundi solito, maxime humano
in sacrificiis demoniorum, ut ne amplius effunderi-

tum seu sacrificium incruentum gustavimus. Ex quo crux, a dæmonum nidore liberati, spiritalem odoris suavitatem unguenti effusi percipimus; ex quo crux, fabulosæ deorum genealogiæ evanuerunt; ex quo crux, Jesu secundum humanam naturam generationis mysterium cognovimus: ex quo crux, summum illud principium, ex principio, ante principium omne, principii experte (47), procedere didicimus. Ex quo crux, lidem in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum edocti sumus, et Græcorum inanes ac perniciosas fabulas de deorum multitudine exclusimus. Ex quo crux, typicorum signorum umbras dispulimus, et in lucem veritatis, quæ est in gratia, restituti sumus. Ex quo crux, contemptui est mors, obstupere dæmones, contracta simulacra, animalium sacrificia sublata sunt, idolorum templa eversa. Ubique Ecclesiæ altaria, psalmodiæ, stationes totis noctibus, sermones de divinis rebus, baptismata, fidelium concentus, Scripturarum cognitio, terræ despicientia, cœli acquisitio, Dei communicatio. Quid necesse multa dicere? Ex quo crux, angelorum cives sunt homines, et ipsum cœlum terrigenis patet, sitque Deus comprehensus hominibus (48), ac ceu unus ex eis, hominibus ad censetur.

Sed o crux, Christi et nostra summa gloria! O lignum nobile, in quo Christus extensus est! Stirps immortalitatis, ex qua Christus botrus vitalem nobis effudit potum. O crux, per quam, disrupto peccati chirographo, libertatis contractus descriptus est! O crux, plurimorum honorum thesauri paradisi conciliatrix (48*), assignatrix regni, expiatrix peccatorum, meritorum largitrix. Te Christus in te crucifixus, lignum immortalis declaravit. Te Christus in te affixus, viæ ad cœlum ducentis scalam compegit. Te Christus in te pendens, benedictionis auctricem fecit. Te Christus in te expansus, eorum qui catenis constricti essent, vinculis relaxandis præfecit. In te Christus voluntarie exaltatus, mundum secum exaltavit. In te Christus pro nobis exaltatus, exaltatum

* Cant. 1, 2.

COMBEFISH NOTÆ.

mus, qua nos magna tyrannide absolvit crux. Minus expressum illud Grets. *A sanguine in aris effuso liberati sumus: quod sonat liberationem a crimine effusi ejusmodi sanguinis, multumque a vero sensu auctoris abest.*

(47) *Ante principium omne principii experte: 'Αρχὴν τῆς προανάρχου ἀρχῆς προσελθοῦσαν.* Scilicet Patris epithetum, præternam in eo rationem principii, et ante omnem durationem, nulla ad Filium, alterum illud summum Principium, ὑπάρχον ἀρχὴν, in ratione prioris, quam nec theologia admittit, comparatione, significans. Grets. *Summum illud principium ex principio priore, principii experte, etc.* cujus non video sanum sensum, nisi repetatur τὸ *principio*, ac ita legatur: *Principium ex principio, principio priore ac principii experte, etc.*, quomodo potuit vir doctus scribere, eodem sensu ac ipsi reddidimus, prælo nonnihil vitiantes. Sic paulo inferius τὸ, πιστῶν συμφωνία. Ubi is, *Fidelium consensus*, reddidimus, *concentus*, ut significentur eorum conventus instar

λατρείας γεγεῦμεθα. 'Αφ' οὗ σταυρὸς, τῆς δαιμονικῆς κνίσεως ἀπὸ ἀλλήλα γέμεθα, τῆς πνευματικῆς εὐωδίας τοῦ κενωθέντος μύρου μετέχομεν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, αἱ μυθικαὶ θεογονίαι εἰς φροῦδον ἐχώρησαν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, τῆς καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεογεννησίας τὸ μυστήριον ἐγνωμεν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, τὴν ὑπεράρχον ἀρχὴν τῆς προανάρχου ἀρχῆς προσελθοῦσαν ἐμάθομεν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, τὴν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐδιδάχθημεν πίστιν, καὶ τὴν πολύθεον τῆς Ἑλληνικῆς εἰκαιομυθίας ἀπειναξάμεθα λύμην. 'Αφ' οὗ σταυρὸς, τῶν τυπικῶν συμβόλων τὰς σκιὰς παρῶσάμεθα, καὶ τῷ τῆς ἀληθείας ἐν χάριτι φωτὶ καταλλάξμεθα. 'Αφ' οὗ σταυρὸς, καταπεφρόνηται θάνατος; τεθήησιν δαιμονες, κατεάγησαν ξόανα, ζωοθυμία πέπαινται, τὰ εἰδωλεῖα κατέστραπται. 'Εκκλησίαι πανταχοῦ, θυσιαστήρια, ψαλμωδίαί, στάσεις πάννουχοι, θεολογίαί, βαπτίσματα, πιστῶν συμφωνίαί, Γραφῶν ἐπιγνώσεις, τῆς καταφρόνησις, οὐρανοῦ κτήσεις, Θεοῦ μετουσία. Τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; 'Αφ' οὗ σταυρὸς, ἀγγέλοις συμπολιτεύονται ἄνθρωποι, καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς τοῖς ἐπιγελοῖς βατὸς, καὶ Θεὸς ἀνθρώποις χωρούμενος καὶ συμπερόμενος.

'Αλλ', ὦ σταυρὲ, τὸ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν πολυτίμητον αὐχμημα! Ὡ ξύλον ἐπίτημον, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐξετανύθη! Φυτὸν ἀθανασίας, ἐξ οὗ Χριστὸς ὁ βότρυς, τὸ ζωηρὸν ἡμῖν ἐβλυσσε πόμα. Ὡ σταυρὲ, δι' οὗ τῆς ἁμαρτίας ἐκράχην τὸ χειρόγραφον, τὸ τῆς ἐλευθερίας ἐχειρογραφηθὲν συμβόλαιον! Ὡ σταυρὲ μυρίων ἀγαθῶν θησαυρὲ! παραδείσου πρόξενε, βασιλείας κληροῦχε, ἁμαρτημάτων ἰωτὴρ, κατορθωμάτων δοτήρ. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ σταυρωθεὶς, ξύλον ἀθανασίας παρέδειξε. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ προσπαγείς, τῆς εἰς οὐρανὸς ἀγοῦσης, ἔδοῦ παρέπτηξ κλίμακα. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ κρεμασθεὶς, εὐλογίας ἀνείδειξ πρόξενον. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ ταυνοθεὶς, τῶν ἐν σιραις ἀνεῖναι τὰ δεσμὰ προσετήσατο. Ἐν σοὶ Χριστὸς ἐκὼν ὑψωθεὶς, τὸν κόσμον ἐαυτῷ συναύψωσεν. Ἐν σοὶ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ὑψωθεὶς, τὸν ὑψωθέντα χάλ-

chori harmonici.

(48) *Sitque Deus comprehensus hominibus, etc.* Καὶ Θεὸς ἀνθρώποις χωρούμενός τε καὶ συμπερόμενος; Grets. *Ei Deus inter homines versatur.* Sed hoc suum potius quam Andree. Priori voce Gregorium imitatur ita loquentem de Christo, quem ait factum hominem, *Ina χωρηθῆ διὰ σώματος σώμασιν, ἄλλως οὐκ ἂν χωρηθεῖς. Ut per corpus comprehendatur ac percipiatur a corporibus, qui alioquin non potest comprehendere et percipi.* Alteram exponimus eo modo quo Bud. illud Plutarch. συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς; *Sum unus ex multis: qui plane digna sunt grandi Andree eloquio et doctrina.*

(48*) *Paradisi conciliatrix, etc.* Pauca hic mutavimus expressius reddenda. Τὸ, κληροῦχε, activum est, ut et apud Philon. *De vita M.* lib. 1: *Ἦδον εἰς τὸν κληροῦγον Θεόν· Ἀσπείabant in Deum distributorem ac velut assignatorem.* In Deum qui ceu colonis terram cuique in sortem cessuram divideret et attribueret.

κοῦν ἐστηλίτευσεν θριῶν. Οὐκέτι δάκνων θρις, ἐφ' ἄδοῦ πτέρναν τηρεῖ. Οὐκέτι χαλκοῦς θρις, τὰ τῶν δακνόντων θριῶν ἀποπαύει προσβλεπόμενος δῆγμα-τα. Οὐκέτι ἐ ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. » Πῶς, καὶ τίνα τρόπον; Τοῦ εὐλογητοῦ παιδὸς Ἰησοῦ, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν ἡμῖν ὑπαλλάξαντος. Οὐκέτι κατάρατος ὁ σταυρὸς, τῆς κατάρας τῷ σταυρῷ προσπαγείσης, καὶ Χριστοῦ τὴν κατάραν ἐξάραντος, καὶ τὴν εὐλογίαν ἡμῖν ἀντεσάξαντος.

Οὗτος ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς πάντων ἡμῖν γέγονεν εἰσαγωγεὺς τῶν καλῶν. Οὗτος ὁ τοῦ Δεσπότης σταυρὸς πολλοῖς ὀνόμασι κέκληται. Σταυρὸς καλεῖται, ὁ δάβδος εὐθύτητος, βασιλείας, δυνάμεως, κληρονομίας. « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » — « Ἐλυτρῶσω ῥάβδῳ κληρονομίαν σου. » — « Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών. » Βακτηρία· « Ἡ βακτηρία καὶ ἡ ῥάβδος σου, αὐταὶ με παρεκάλεσαν. » Ἐύλον ζωῆς· « Ζωῆς ξύλον ἐστὶ πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐπεριδομένοις ἐπ' αὐτὸν ὡς ἐπὶ Κύριον ἀσφαλῆς. » Ἐύλον· « Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον. » Πῶς; Δαβὶδ λέγει· « Παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. » Ποίω ὑδάτων; Τῶν θεοπνευστῶν Γραφῶν. Ὑποπόδιον· « Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι. » Τόπος· « Εἰσελευσώμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. Εἰ δώσω ὑπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμόν· ἔως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκῆνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. » Τοῦτον αἰνιτιζόμενος τὸν σταυρὸν, Ἰακώβ ὁ πατριάρχης, ἐναλλάξ ποτε τὰς χεῖρας τοῖς ἐγγόνις ὑποθείς, συμβολικῶς προεμήνυσε. Τοῦτον ὁ ἀπὸς προτυπούμενος, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τῷ Ἰωσήφ προσεκύνησε. » Σταυροῦ τύπον ἐπέιχεν ἡ ῥάβδος τοῦ αὐ-

æneum serpentem publice notavit (49). Non amplius serpens mordens, in via calcaneum observat^a; non amplius æneus serpens mordentium serpentium morsibus aspectu medetur; non amplius « Maledictus omnis qui pendet in ligno P. » Quomodo et qua ratione? Benedicto puero Jesu, Dei Filio, maledictionem in benedictionem commutante. Non amplius execranda crux, cum maledictum cruci affixum et a Christo sublatum fuerit, substituta in ejus locum benedictione.

Hæc crux omnium nobis bonorum auspiciatio et insinuatio (50) fuit. Hæc crux Crucis Domini multis appellata est nominibus. Hæc crux, virga directionis, regni, virtutis, hæreditatis. Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui. — Redemisti virga hæreditatem tuam (51). — Virgam virtutis tuæ emittet tibi Dominus ex Sion. » Baculus: « Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. » Lignum vitæ: « Lignum vitæ est omnibus qui complectuntur eam, et iis qui incumbunt in eam (52) sicut in Dominum, secura. » Lignum: « Et erit tanquam lignum, quod plantatum est. » Ubinam plantatum? David edocet: « Secus decursus aquarum. » Qualium aquarum? A Deo inspiratarum Scripturarum. Scabellum: « Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorete scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est (53). » Locus: « Intremus in tabernacula ejus, adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus. Si dederō somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem; donec inveniam locum Domini, tabernaculum Deo Jacob. » Hanc crucem patriarcha Jacob, cum permutatas olim manus nepotibus imponeret, symbolice præsignificavit. Hujus idem figuram exprimens, « adoravit super summitatem virgæ^b, » Joseph. Crucis typus fuit ejusdem patriarchæ Jacob virga, cum transivit

^a Gen. xlix, 17. ^o Num. xxi, 8. ^p Deut. xxi, 23. ^q Psal. xlii, 7. ^r Psal. vii, 3. ^s Psal. cix, 4. ^t Psal. xxii, 4. ^u Prov. iii, 8. ^v Psal. i, 3. ^x ibid. ^y Psal. xcvi, 5. ^z Psal. cxxxi, 4, 5, 7. ^a Gen. xlviii, 14. ^b ibid. 15.

COMBEFISII NOTÆ.

(49) *Publice notavit.* Ἐστηλίτευσεν. Ita ex Grets. retinimus, quanquam obscurius est, nec satis exprimat quid hic Andreas illa voce velit. Ipse autem Andreas, orat. 2, clare explicat, ut τὸ, ἐστηλίτευσεν sit, palam traduxit et ignominiose habuit, ut typum, non ipsius Christi, sed typi antitypum, et typum peccati sua illa rubigine; quem proinde sua in cruce elevatione, et crucis exaltatione, ipse submoverit: quæ sane explicatio singularis et nova videri possit; juxta eam vero recte intelligitur, Ezechiæ regis in ejus confectione religio, non tantum ad honores quos ut Deo et idolo Judæi adhibebant, amoliretur; verum etiam, ut quos tanquam divinæ imagini, velut etiam arcæ et aliis; si quidem ad hoc a Deo, penes quem jus erat instituendi, positiva lege, institutus erat.

(50) *Omnium nobis bonorum auspiciatio et insinuatio.* Εἰσαγωγεὺς. Velut fons omnium benedictionum, et introductio totius boni. Minus exprimit Grets. *Omnibus nos bonis cumulavit.*

(51) *Redemisti virga hæreditatem tuam.* Sic etiam Theodor. aliis legentibus, *Virgam hæreditatis tuæ:*

Sym. Σκήπτρον κληροῦχίας σου· *Sceptrum hæreditatis tuæ.*

(52) *Et iis qui incumbunt in eam, etc.* Ita Syxt. Clarius vero: *Qui illi innituntur, sicut Domino: nempe, Sapientiæ, de qua ibi ut quæ ipsa subsistens, sit ipse Dominus. Pie vero detorqueat Andreas ad crucem, cui et ipsi inniti, sit Domino, non ligno materiali, inniti. Absit enim, ut velut ipsi seorsim cruci, quæ res inanimata sit, innituntur, spemque in ea ponant, quæ: quomodum olim gentes in suis idolis; sed innitimur in ea, Domino Jesu, quem vel ut irago nobis exhibeat, vel ut sacrum quid et quædam ejus reliquiam, conjunctum moraliter habeat, Gretserus truncatam auctoritatem non potuit bene reddere.*

(53) *Quoniam sanctus est.* Ὅτι ἅγιός ἐστι. Sic etiam Syxt. et Hieronymus: nec debuit facile mutari, reddente Gretsero, ut habent Latina: *Quoniam sanctum est.* Hunc defectum notarunt viri amici doctique, in novella unius Patrum editione, cujus auctorem, reverentiæ causa, non nomino.

Jordanem; ait enim: « In virga mea transivi Jordanem ». Et paulo ante, crucis signum ostensum est Abrahama, inter media arietis ^d cornua expressum (54), quando typicum sacrificium, crucifixi representationem, per ovem mystice peragebat.

Crucis figuram gessit et Isaac ^e, assumptis sacrificii lignis, sequens celeri pede patrem, qui ad eum ipsum sacrificandum properabat. Crucis virtutem habuit virga Mosis ^f in serpentem conversa, et transformans Ægyptiorum virgas, has quidem devorans, illis autem flumen cruentans ne biberent: et aliquando quidem ranas ex aquis ex improvviso educens, aliquando vero locustas, et cyniphe, et tenebras palpabiles, et quæcunque ad Ægyptiorum plagas pertinent, efficiens. Crucis typum gessit eadem Mosis virga ^g, quando mare Rubrum huc et illuc divisit, ita ut aquæ, tum ipsi, tum populo, muri instar velut concretæ essent. Crucis signum exhibuit columna ignis et nubis ^h, quibus deducebat Deus errantem Israel, ex Ægypto profugum. Crucis figuram formabat et Moses in monte ⁱ, manus in altum extendens, cum oppugnante Josue alienigenam Amalec, ille quidem ab Aarone et Hur suffulciretur, Israel vero prævalens vinceret. Crucis typum continebat et virga ^j, quæ in deserto percussit petram, fecitque ut velut seta flumen pareret. Quid vero Isaias, serra lignea sectus medius (55), an non crucis exprimebat typum? Omitto dicere Agagitem ^k crucifixum (56), et Sisaram clavo suffixum ^l, perspicue crucem præmonstrasse. Sed et Eliæ melotein ausim dicere crucis virtutem significare, quando Jordanis aquas in duas partes divisas sicco pede transivit ^m. Elisæi miraculum quo loco ponemus, cum ligno aquæ immisso, ex fluminis profundo securis ferrum sustulit, levi, id quod grave erat, attollens ⁿ? Quid virga quæ nuces progenit ^o, nonne clare crucem depingit?

^e Gen. xxii, 10. ^d Gen. xxi. ^e Gen. xii, 6. ^f Exod. vi, 5; vii, 12. ^g Exod. xiv, 21. ^h Exod. xiii, 21. ⁱ Exod. iv, 11. ^j Exod. xvii, 6. ^k Esther, vii, 10. ^l Judic. iv, 21. ^m IV Reg. i, 8. ⁿ IV Reg. vi, 6. ^o Num. xvii, 9.

COMBEFISH NOTÆ.

(54) *Inter media arietis cornua expressum.* Velut nimirum ipse totus, cornibus, quibus victima futurus hærebat, signum crucis præferret. Videndum schol. ad cap. illud xii Gen. in voce *Sabec*.

(55) *Serra lignea sectus medius.* Traditione Hebræorum quam SS. PP. et Ecclesia admittit, habemus hanc Isaiæ serrationem; nec enim ita cum Hieronymo timuerim exprimere, cum ad Hebr. ii, ubi Vulg. secti sunt: legit, *serrati sunt*: quod omnino videtur respicere Isaiam ita a Manasse occisum. Plures locos affert Corn. Protém. in Isa., ac vere ita constans traditio est, ut temerarium sit ei contraire, quidquid Abul. IV Reg. xvi, q. 17.

(56) *Agagitem crucifixum.* Τοῦ Ἀγγεῖ σταύρωσι. Malui sic ponere, quam retinere quod Greiserus posuerat, Aggæum, quasi de Aggæo propheta esset sermo. Nam nihil ejusmodi habent historie de sancto viro, sed læta omnia, velut eo qui pri-

αὐτῷ πατριάρχῳ Ἰακώβ, ὡς διέβη τὸν Ἰορδάνην· φησὶ γάρ· « Ἐν τῇ βάρβῳ μου διέβη τὸν Ἰορδάνην. » Καὶ μικρῶ πρό τούτων, σταυροῦ σημεῖον παραδείκνυτο τῷ Ἀβραάμ, μέσον τῶν τοῦ χριστοῦ κεράτων τυπούμενον ὅτε τὴν ἐν τύφῳ θυσίαν, προδειγµα τοῦ σταυρωθέντος, διὰ τοῦ προβάτου µυστικῶς ἐπετέλει.

σις, ἡ ἐκ σιγῶντος φωνή, ὁ τῆ ἀφωνία τοῦ πατρὸς τὸ ἀγονον ὑφελὼν τῆς στειρώσεως, ὁ τὸν ἀμὸν ὑποδείξας, τῷ λαλοῦντι δακτύλῳ, τὸ μέγα τῆς ἐγκρατείας ἀβχημα, ὁ ἐν σώματι ἀσαρκος, ὁ ἐν πηλῷ μαργαρίτης, ὁ ἐν ὀστρακίνῳ σκεύει πολυτελεῖς θησαυρὸς, ὁ τῆ ἀξίτην τομὴν προσεπέγων τῆ τῶν ψυχῶν ἀκαρπία, ἡ φιλέρημος τῆς Ἐκκλησίας τρυγῶν, τὸ ἀσίγητον στόμα, ἡ πανταχοῦ βροντώσα ἐφ' ἡ τῆ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἐτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· ἡ θεοβόρων γλῶσσα, ἡ φωνή, καὶ μετὰ τὸ τέλος τὸν Ἡρώδη ἐλέγχει, καὶ τὸν ἐρχόμενον κηρύττει· Ἐμετανοεῖτε, λέγουσα, ἡ γῆ· ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· Ἄντ' ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΑΟΓΟΥΣ ΙΓ΄.

Εἰς τὸν ἅγιον, καὶ μακάριον, καὶ πανεύφημον τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολον Τίτον.

(Galland., t. XIII, 156.)

Ἀποστολικῶν ἐγκωμίων ἐφάπτεσθαι μέλλοντι, παρήτω μοι τὸ Πνεῦμα, καὶ διδοῦναι λόγον ὅσον καὶ βούλομαι. Φιλεῖ γὰρ ἀεὶ συμπαρεῖναι τοῖς δι' αὐτοῦ λαλεῖν ἡρημένοις, ὡσπερ ἤδη πρότερον γλώσσαις ἄνωθεν καθιεμέναις, ἐφ' ἕνα ἕκαστον καταφοιτήσαν τῶν Χριστοῦ μαθητῶν ἐπεκάθισε. Παρήτω δὲ, μὴ τὴν ἀξίαν τῆς ἐμῆς ἐκμετροῦν ἀναβάσει, ἀλλὰ τῷ μεγέθει τῆς εἰς ἡμᾶς ἀγαθοπεποῦς θεουργίας, τὴν ἀπειροπλάσιον αὐτοῦ χάριν ἡμῖν ἐπιδαψιλεύσον. Εἴη δὲ καὶ ὑμῖν τοῖς αὐτῶθεν ἀφθόνως ἐκδουλομένης ζωτοχυσίας τυχεῖν ἐπιεμένοις, τὰ αὐτὰ μοι συνεύξασθαι καὶ εἰπεῖν· Κύριε, γινώρισόν μοι, καὶ γνώσομαι, τοῦ γινῶναι ἡλίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον· Ἐκαὶ μὴ περιέληξ ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα. Ὅστω μὲν οὖν πρὸς τὸ μέγεθος ἀφορῶντας τοῦ προκειμένου σκοποῦ, δεῖ πάντως ἡμᾶς εὐκτικῶς ἐντυγχάνειν τῷ Πνεύματι, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ κατ' ἀξίαν λέγειν ἐν τῷ ὑπὲρ ἀξίαν αἰτεῖν, ὡς ἂν μὴ λόγῳ καθυβρισθεῖν τὸ εὐφημούμενον. Ποθεῖτε δὲ πάντως μαθεῖν, τί ποτὲ ἐστὶν ἄρα τὸ νῦν εὐφημούμενον. Τὸ δὲ προδήλως ἐστὶν ὁ θεσπέσιος Τίτος ὁ πρῶτος τῆς Κρητῶν Ἐκκλησίας θεμέλιος, τῆς ἀληθείας ὁ στύλος, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα τῶν ἀληθῶν δογμάτων ὁ πρόβολος. Τίτος τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἡ ἀσίγητος σάλπιγξ, τὸ ὑψηλὸν τῆς Παύλου γλώττης ἀπήχημα, τῆς ἀπλάνου γνώσεως ὁ κανὼν. Ὅστος ἡμᾶς ὁ μέγας ἐστιάτωρ τὴν πνευματικὴν πανδυσίαν τῶν λόγων συνεχάλεσε τήμερον· ὅσα μὲν προθεῖς τὰ μυστικὰ τῆς ἀγράφου σοφίας· εἴτε θαύματα χρῆ λέγειν, εἴτε δόγματα· κρατῆρα δὲ ὑπερφερῆ καὶ θεῖον κινώμενον πέματι, τὸν συνεχτικὸν τῆς θείας διδασκαλίας λόγον οἰοῦναι προχεόμενόν τε καὶ μετεχόμενον. Λόγον δὲ τὸν ὄξιν καὶ τομώτατον ὑπὲρ πάσαν

tura; vox orta ex mute, qui silentio paternæ sterilitatis abstulit infecunditatem, qui loquente digito Agnum ostendit; magna illa continentis gloriatio, carnis expertus in corpore, margarita in cœno, pretiosus in scitabili vase thesaurus, qui securi, animarum amputat sterilitatem; solitudinis amans Ecclesiæ turtur; eos silere nescium: Vox ubique tonans clamantis in deserto: « Parate viam Domini: rectas facite semitas ejus 1; » deillogua lingua, cujus vox post etiam obitum Herodem reprehendit, et eum prædicat, qui est venturus, dicens: « Pœnitentiam agite; appropinquavit regnum cœlorum 2. » Ipsi gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

B

ORATIO XVI.

In sanctum et beatum, celebratissimumque Christi apostolum Titum.

Aggressuro mihi encomia apostolica, adsit Spiritus sanctus, eamque sermonis vim tribuat, quam et opto. Libens quippe iis semper adest, qui affante ipso cupiunt loqui: quemadmodum jam olim, linguis de cœlo missis, supra singulos Christi discipulos descendens sedit. Adsit vero, non pro mei ascensus ratione, sed pro divinæ in nos bonæ illius operationis magnitudine, immensum multiplicem gratiam suam large nobis exhibiturus. Operæ vero pretium fuerit, ut et vos, qui copiosum ab eo fonte manans lumen assequi studeatis, eadem mecum precemini, ac dicatis: Doce me, Domine, et sciam (29); ut noverim quando oporteat me loqui verbum: « Et ne auferas verbum veritatis ex ore meo usque valde 2. » Sic sane animum intendentibus in subjecti argumenti præstantiam, fuerit omnino adeundus cum precibus divinus Spiritus, atque ab eo petendum, ut pro dignitate concesserit dicere, in eo quod dignitatem superat, ut ne quod præconio celebrandum assumimus, sermone infametur vilescatque. Plane vero desideralis scire quidnam lætis præconii celebrandum incumbat? Utique admirabilis ille et divinus Titus, primum illud Cretensis Ecclesiæ fundamentum, columna illa veritatis, fidei firmamentum, dogmatum veritatis præsidium. Titus, inquam, Evangelicarum prædicationum nescia silentii tuba, sublimis Paulinæ linguæ resonantia, veræ scientiæ regula. Hic nos magnus conviva ad spirituale splendidissimum hodierna die convocavit sermonum epulum: ceu quidem edulia mystica non scriptæ sapientiæ, sive miracula oportet dicere sive dogmatica; ceu autem præclarum craterem, ac di-

1 Joan. 1, 23. = Matth. III, 2. = Psal. CXXV, 43.

COMBEFISII NOTÆ.

(29) Doce me, Domine, et sciam, etc. Videtur alludere ad verba Pauli Ephes. IV, 20. Forte vero respicit locum aliquem Proverbiorum juxta aliam

lectionem illi affinem, Mala aurea in lectis argenteis, sic qui loquitur verbum in tempore suo (XXV, 11).

vino temperatum potu, divinam doctrinam velut summa complexum sermonem, qui participandus proponetur, propinans. Sermonem, inquam, illum acutum, penetrabilissimumque supra omnem gladium ancipitem, et pertingentem usque ad divisionem carnis et spiritus, ut paulo inferius velut per orationis speciem Dei amantibus ac religioso coetui sum expositurus. Interim vero, quæ et vos amanter audieritis, et mihi dicere congruum est, hæc dicam.

Maximi itaque patris dies festus advenit. Adeste vero, atque ut benevoli filii, patri filiorum amanti laudum cantica offeramus. Hoc enim nostrum in ipsum debitum est. Sit nobis templum hoc communis ad submittenda divina cantica locus, ac velut organum. Cæterum det nobis sermonem Pater ille Sermonis, sermonem nostrum ad inveniendam veritatem dirigens. Merito autem congruum fuerit, ut qui patris partes sustineam, apiculæ instar operosius circumlustratis spiritalibus pratis, inde vobis sacro ab sacris eloquiis sermo coronatum virum exhibeam. Vereor autem ne a recti cursus carceribus clanculum excurreris sermo propositi certaminis metas excedat; ac ne tumultuarii spectantium rumor, alio quam tendat cursus spectaculum convertens, eadem spectatores spes coerceat edantque inanem et inefficacem sermonem, qui sermonis sessorem provocant. Enimvero quanquam necesse est, ut multis retro spatiis viri dignitatem sequatur oratio (ita enim encomiorum exigit lex); sancti nihilominus ad Deum intercessionibus, ceu quibusdam infrenatum loris, ubi ad recti itineris cursum vehementius instigavero, ad metam deinceps reducam. Plane enim acceptum erit quod facultatis est. Nam et novit a natura modeste agere, et ac se humilibus accommodare*, in hoc quoque Paulum imitatus. Age igitur dicamus, si quid nobis concessum est. Nec vero quisquam vituperandum putaverit, velut ex adverso excellentium viri encomiorum nostrum sermonem ingeramus. Non enim velut suppetat vis orationis; sed magis desiderio in sanctum, quæ vim superant præsumimus. Ubi autem est desiderium, palam est sublatum esse timorem omnem: atque ubi libera est sermonum libertas, ne minimæ timiditatis reliquix consistunt. Cavendum ergo ne nullo modo dicamus quæ facultas concedit, ac ne sileamus quæ sanctum fuerit prædicare, nolente Spiritu oblivionis profundo tegi. Vult siquidem ut modeste et vel aliqua parte nescientibus declarentur: quippe justum est, quo ad æmulanda imitandaque ceu ex commisso inducantur. Quamobrem haudquaquam silentium mihi in præsentiarum e re judico. Et enim jam venit oratio ad ipsum rei propositæ caput, ad quod, et cujus gratia nostrum omne desiderium est.

Quis itaque magnus hic et conspicuus Titus, quem nostra duodecim glorians sedibus (30), velut

* Rom. xii, 16.

COMBESII NOTÆ.

(30) *Duodecim glorians sedibus.* Δωδεκάθρονος. Pauciores nunc habet, ut fuit valde minutus ur-

Α μάκαιραν δίστομον, καὶ διικνοῦμενον ἄκρι μερισμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ὡς δὴ μικρὸν ὑστερον, ὡς ἐν ἐπιλόγου τάξει τοῖς φιλοθέοις ἐκθήσσομαι. Νῦν δὲ, ἃ φίλον τέως ὑμῖν μὲν ἀκούειν, ἐμοὶ δὲ λέγειν εἰκός, ταῦτα λελέξεταί.

orationis speciem Dei amantibus ac religioso coetui

Μεγίστου τοίνυν πατρὸς ἐφέστηκεν ἑορτῇ. Καὶ δεῦρο, καθάπερ παῖδες εὐγνώμονες τῷ φιλόπαδι πατρὶ τοὺς ὕμνους προσάξωμεν. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἐποφελεται χρέος. Γενέσθω κοινὸς οὗτος ἡμῖν ὁ νεὼς τῶν θεῶν ὕμνον ἐπιθαπτήριος. Καὶ ὅτω λόγον ἡμῖν ὁ τοῦ Λόγου Πατὴρ, τὸν ἡμέτερον χειραγωγῶν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὐρεσίαν. Πρέπει δ' ἂν εἰκότως ἐμοὶ πατρὸς ἐπέχοντι τάξιν, τοὺς πνευματικούς λειμῶνας μελίσσης δίκην ἐμπεριελθόντι φιλοπονώτερον, αὐτόθεν ὑμῖν ὑποστῆσαι τὸν ἄνδρα, πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων ἱερῶς στεφανούμενον. Δέδοικα δὲ, μὴ τοῦ κατ' εὐθὺ δρόμου τῆς βαλδιδος ὑπεκδραμῶν ὁ λόγος, ἐξαγώνιος γένηται· καὶ ὁ παρὰ τῶν θεατῶν ἀπηχούμενος θροῦς, ἐπ' ἄλλα τοῦ δρόμου τὴν θέαν μετὰγων, τῆς ἐλπιδὸς τοὺς θεατὰς ἐπικόπτοιτο· τὴν τε κραυγὴν ἀργῆν ποιοῖντο καὶ ἀπρακτον, οἱ τοῦ λόγου τὸν ἐπιθᾶτην ἐρεθίζοντες. Πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ πολὺ που τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀξίας κατόπιν ἀνάγκη τὸν λόγον ἔλθειν· τοῦτο γὰρ ὁ τῶν ἐγκωμίων βούλεται νόμος·

ταῖς γοῦν τοῦ ἁγίου πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξειςιν, οἴονεἰ τισὶ βυτῆρσι τοῦτον ἀναστομώσας, εἶτα πρὸς τὴν κατ' εὐθὺ πορείαν ἔττειν σφοδρῶς παραθήξας, ἐπὶ τὴν νόσσαν ἀΐθις μετὰγοιμι. Φίλα γὰρ ἔσται πάντως αὐτῷ τὰ κατὰ δύναμιν· ὅτι τε μετριάξειν οἶδεν ἐκ φύσεως, ἔ καὶ τοὺς ταπεινοὺς συναπάγεσθαι, ὡς Παῦλον κἀνταῦθα μιμούμενος. Φέρε δὲ οὖν λέγωμεν, ὅσα λέγειν ἡμῖν ἐπιτέτραπται. Καὶ μὴ τις ἡμᾶς μωμήσοιτο τῷ περιόντι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐγκωμίων τὸν ἡμέτερον ἀντεπεξάγοντας· ὅτι μὴ λόγου δύναμιν ἔχοντες, πόθω δὲ τῷ πρὸς τὸν ἅγιον, τῶν ὑπὲρ δύναμιν ἐφαπτόμεθα. Ἐνθα δὲ πόθος, ἐκεῖ προδήλως φόδος ἅπας ἀφήρηται· καὶ ὅπου λόγων ἐλευθερία παρῶσιάζεται, δειλία οὐ παρυφίσταται λειψάνον. Παραιτητίον οὖν οὐδαμῶς εἰπεῖν τὰ εἰς δύναμιν, οὐδὲ σιωπητέον, ἃ κηρύττειν ὅτιον· ὅτι μὴ λήθης ταῦτα βυθοῖς τὸ Πνεῦμα συγκαλύπτεσθαι βούλεται. Βούλεται γὰρ μετρίως γέ πως αὐτὰ τοῖς οὐκ εἰδῶσιν ἐφανθῆναι· δίκαιον γάρ· ὡς ἂν πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν αὐτοὺς προτροπάδην ἐνάγοιεν. Ὡστε μοι τὴν σιωπὴν οὐκ ἀναγκαίαν εἶναι ἐν τῷ παρόντι δοκῶ. Καὶ γὰρ ἔκειν ὁ λόγος ἡμῖν ἐπ' αὐτὸ τοῦ σκοποῦ τὸ κεφάλαιον, ἐφ' ὃ καὶ δι' ὅπερ ἡμῖν ὁ πᾶς ὠρμηται πόθος.

Τοιγαροῦν ὁ μέγας οὗτος καὶ περιβλεπτός Τίτος, ὃν ἡ καθ' ἡμᾶς ἡνέγκατο δωδεκάθρονος Κρήτη,

bium numerus: qua de re Ortelius et alii in Cretæ tabulis et descriptionibus.

ἀποστολικῶ τετιμημένῃ συμβολικῶς ἀριθμῶ. Τίς μὲν οὖν ἐτύγχανε τὰ πρῶτα, καὶ οἷον ἔφυ γονέων, καὶ τῆς ὁποιασοῦν ρίζης ἐξεβλάστησε ὄρηξ, λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον ἐμοί· ὅτι μὴ κατὰ βίον διήγησιν, ἢ καθ' ἱστορίας νόμον, ὁ παρῶν μου συντέτακται λόγος, πλὴν εἰ μὴ κατ' ἔγκωμιου δύναιμι παροδικῶς ἐσχεδιασται. Φιλεῖ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἔγκωμιαζόντων ὁ λόγος, τοὺς πολυσχιδεῖς τῶν μακρῶν ἐκφεύγειν ἀφηγημάτων διαύλους, ὡς ἂν μὴ τῶν ἀκουόντων ἀποκναισθέντες τινές, προσκορῆ τὸν λόγον ἤγοιτο, τῇ ἀηδίᾳ τῆς μακρηγορίας βαρούμενοι. Ἐγὼ δὲ ἂ συνοίσειν οἶδα τοῖς τε συνειλεγμένοις, κάμολ τῷ τὴν πνευματικῆν τῶν λόγων ὕμιν πανδαισίαν προτείνοντι, ταυτὰ φημι, τοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν αὐτόθεν ποιούμενος, ὅθεν αὐτὸν ἡμῖν ἡ χάρις ἐγνώρισεν.

Ἐπεριδῶν γὰρ οὗτος καὶ γένους, καὶ πλοῦτου καὶ περιφανείας ἀπάσης, ὅση τε καὶ Ἑλληνας ἐκράτει τότε, καὶ ὅση παρὰ τῶν σεβόντων τὰ εἶδωλα περιεκέχυτο δόξα· πάντων τε καταφανῶς ἀλογήσας, μιᾶς ἐπεθύμει δόξης, τοῦ πᾶσαν μὲν ἀφείναι τὴν πάτριον πολυθεῖαν καὶ δεισιδαίμονα πλάνην, μόνης δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοσοφίας κατὰ μέθεξιν ἀρρήτην μεγαλοφυῶς ἐπιδράσασθαι, καὶ ὅλος ὅλου γενέσθαι τοῦ ἔραστοῦ, καὶ τῆς Χριστιανικῆς μερίδος. Καὶ δὴ καὶ γεγένητο, προσκεκληνός αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ πάντα φωτίζοντι πνεύματι τὰς τρίβους αὐτῷ τῆς ἀληθείας ἐπι τὸ εὐαγγελικὸν διομαλίσαντος κήρυγμα. Ἐντεῦθεν τῷ φαεινῷ λαμπτήρι τῆς ἀποστολικῆς ὁμηγύρεως, Παῦλος δὴ λέγω, τῷ κατὰ νόμον ἐννόμως, καὶ κατὰ χάριν ἐν χάριτι διατρέψαντι, συμπλακείς, ἀπαθὲς καὶ συνέκδημος γίνεται· καὶ τὸν ἐκείνου ζῆλον τῷ ἴσῳ ζήλῳ μιμούμενος, ζηλωτῆς καὶ αὐτὸς ἀναδεικνύεται. Καὶ δὴ μεταστάτης τοῦ πατρῷου νόμου λεγόμενος, καὶ τῆς ἐθνικῆς ἐννοίας τὴν διάκενον ἐθελοθρησκείαν ἀποσκευασάμενος, εἰς οὐρανὸν ὅλον δι' ὅλου μετέθηκε τὸ πολίτευμα. Ὁ δὲ μικροῦ με διέφυγε, παραδραμεῖν οὐκ ὄσιον. Ἐτυχε τουτοῦ τὸν διαφανῆ τοῦ Χριστοῦ μαργαρίτην, τὸν πολυτελῆ λέγω λίθον, οὐχ ἦτορ ἢ τὸν τοῦ Ζοροβάβελ λίθον ἐπὶ τὰ ὀφθαλμοῖς κοσμούμενον, ὅσῳ καὶ τῶν χαρίτων κατεκδόμει τὸν στέφανον, συγγενέα τὸν τηνικάδε τῆς χώρας ἀνθύπατον ἔχειν, καὶ τοὺς κατὰ γένος προσήκοντας, οἷς Μίνως καὶ Ραδάμανθος οἱ ἐκ Διὸς ἦστην πρωτόγονοι.

Καὶ δὴ τῷ κράτει τοῦ συγγενέος ἐπιθαρσῆσας, οὐμενοῦν εἰ τι καὶ δέοι παθεῖν δεισίας, καλὴν ἑαυτῷ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, τὴν ἐν γράμματι νομοθεσίαν ὑποβάθραν προῦθηκε. Περιτυχῶν γὰρ τῶν Μωσαϊκῶν βιβλίων, καὶ τῆς Ἑβραίων ἀπάσης Γραφῆς, καὶ τούτοις ὡς μάλιστα φιλομαθῶς ἐναπασχολήσας τὸν νοῦν, καὶ ὅλος ὅλων στοιχειωθεὶς, οὕτως ἐν βρα-

† Zachar. iii, 9.

apostolico symbolice honestante numero, Creta tulit? Quis a prima ætate fuerit, quibusve natus parentibus, ac ex qua demum radice surculus germinaverit, haudquaquam habuerim opus dicere; qui non velut enarrando vitam, ac juxta historiciæ legem, huacce sermonem composuerim, nec nisi pro encomii ratione obiter erudierim. Quippe sole plerumque encomiastica oratio magnarum narrationum veluti reciprocos ac multiplices vitare circuitus, ut ne qui auditores injucunda prolixitate offensi gravatique, lædiosum sermonem existimaverint. Equidem si qua novero conducibilia, tum collecto cœtui, tum mihi ipsi qui spiritale vobis sermonum convivium appono, hæc dicam, inde sermonis dicto exordio, unde eum nobis gratia notum fecit.

Hic enim, et genere spreto et divitiis, omnique splendore, ac si qua id temporis apud Græcos obtineret (31), si qua etiam ab idolorum cultoribus undique affusa gloria esset, omnibusque perspicue neglectis, hanc unam gloriam desiderabat: ut nimirum paternam omnem plurium deorum deceptionem, ac superstitiosum errorem relinqueret, nostram autem Jesu religionem ineffabili participio magnanimiter apprehenderet, totusque totius præcipide amati, ac Christianorum partium fieret. Ac plane ita evenit, vocante Deo, ac Spiritu omnia illustrante, veritatis ei semitas ad Evangelicam prædicationem complanante. Hinc splendido apostolici cœtus luminari, Paulo, inquam, qui in lege pro legis ratione, in gratia autem consentaneè enituit gratiæ, adhærens eique implicatus, itineris socius efficitur ac peregrinationum comes: ejusque æmulationem, pari æmulatione imitatus, etiam ipse æmulator ostenditur. Atque a paterna commigrans lege, gentilitiique sensus inani superstitione ablegata, totam prorsus conversationem in cœlum transtulit. Verum haud æquum fuerit, ut quod fere effugerat, prætereat. Contigit ut pellucida hæc Christi margarita; pretiosus, inquam, lapis, non minus quam lapis ille Zorobabel oculis septem ornatus P, quo et gratiarum perornabat coronam; regionis per id tempus proconsulem cognatione attingeret, haberetque genere propinquos, quibus Minos et Rhadamanthus, Jovis filii, proavi exstitissent.

Cognati itaque potestate usus, nec sane vërītus si quid etiam esset perferendum; pulchre sibi ipse legem in littera positam ad Christi fidem gradum substravit. Nactus enim libros Mosis, totamque Hebræorum Scripturam, atque in iis studiose admodum posita opera, totusque mente tota instructus, ita brevi didicit linguam Hebraicam, ut

COMBEFISHI NOTÆ.

(31) Si qua apud Græcos gloria obtineret. Ὅση τε καὶ Ἑλληνας ἐκράτει τότε· nempe δόξα a Græcanicis disciplinis et externa sapientia, qua illi plurimum gloriabantur: quam sapientiæ sæcu-

laris, Christianæ religionis causa, contemptam gloriam, merito deprædicant in Basilio et similibus, qui res eorum celebrant.

omnibus qui prius novissent, non is ipse videtur qui esset nudius tertius, sed ei assimilis alius ex Hebræis probatus Hebræus. Quippe enim acri vir ingenio, externaque abunde scientia eruditus, ac vi sermonis perfecta, etiam venusto eloquio erat, quique promptissime intelligeret. Cum sic ergo, utrinque facto periculo, valde admirationi esset, et apud omnes spectabilis, quid agit, quidve molitur? Adit cognatum, bonisque inflectens verbis suadet ut benigne annuat proficisci Hierosolimam: velut nimirum ad sapientiæ accessionem, quam ab iis qui exponendis Judæorum Scripturis præsesent, studiosa disciplina colligeret. Quid vero strenuus hic, ac veræ scientiæ amans? Venit citissime in Judæam, cum fere evangelica prædicatio ortum haberet: seu, ut verum dicam, cum paulo ante divini spiritus gratia linguis igneis adformata, supra Christi discipulos sedisset, qua nimirum, etiam novis linguis gentes alloquebantur, non patriis, ut tota fere civitas stupore repleretur, ex spectaculi novitate, insolentiaque miraculi. Per id sane temporis, ac ipsa velut hora, supervenit magnus ille ac homo Dei, seque collectæ multitudini inserens eis se admiscuit, de quibus liber Actorum: « Erat autem turba nominum simul, fere centum viginti »; et omnes fuerant conversi ad Dominum.

ἐγκατέμειξε, περὶ ὧν φησιν ἡ βίβλος τῶν Πράξεων· « ἑξοκί » καὶ πάντες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον.

Unus itaque ac primus eorum efficitur, qui id temporis, magistro Spiritu sancto, crediderunt: evangelicæque prædicationis primitias, ipse se eorum primitias fecit, qui Christi baptismate conciliati fuerunt. Ac vero consuetudine cum Christi discipulis inita, opportunaque sacramenti prædicatione formatus, evadit et ipse discipulus, non minus dignitatis prærogativa, quam zelo honore æqualis. Haud diu post etiam Paulus magnus Ecclesiæ accessit doctor. Ille inquam Paulus, qui orbem totum ab Judæa per circuitum, ad usque Illyricum prædicatione percurrit. Is cum necdum lumini appropinquasset, Damascus proficiscens, ipso meridie cælesti lumine velut obruitur, auditque vocem de cælo ejus insonantem auribus, ac divina Jesu apparitione dignus efficitur: necdumque baptizatus, baptismi docetur sacramenta, ac ante adoptionem et manuum impositionem (32), apostolicæ dignitatis gratiam recipit, vasque electionis designatur, ac fore ut portet nomen Do-

¶ Act. i, 15. ¶ Act. ix, 15.

χει καιροῦ διαστήματι τὴν Ἑβραίων ἠσκήθη φωνὴν, ὡς πάντας εἰκάσαι τοὺς πρὶν εἰδότες αὐτὸν, οὐκ εἶναι τοῦτον ἐκείνον τὸν πρὸ τῆς χθὲς, οὐδὲ διὰ πείρας ὄντας ἐτύγγανον, ἄλλον δὲ τοῦτω προσόμοιον ἐξ Ἑβραίων Ἑβραίων εὐδοκίμησαντα. Καὶ γὰρ ἦν ἀγγέλους, καὶ μεταληγῶς εἰς ὄσον παιδείας τῆς ἐξωθεν, καὶ λόγου δύναμιν ἀποτελεσεσμένην ἔχων, καὶ φράζειν εἰς κάλλος εἰδῶς, καὶ νοεῖν προχειρότατα. Ὡς δὲ πείραν διδοῦς καὶ λαμβάνων, πολὺς ἦν ὁμοῦ θαυμάσιος, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀπόβλεπτος, ἢ τί ποιεῖ, καὶ τί τεχνάζεται; Πρόσεισι τῷ ἐκτουτο προογενεῖ, καὶ χρηστοῖς ἐπικάμφας λόγοις, πείθει τὴν ἐπὶ Ἱερουσόλυμα πρῶτως αὐτῷ ἀνεῖναι πορείαν, πρὸς ἀγερευδὸν ὡσανεὶ σοφίας τῆς μείζονος, παρὰ τῶν προεχόντων τῆς Ἰουδαίων Γραφῆς, συλλεγομένης ἐκτῶ ἐκ φιλοπόνοιο μαθήσεως.

Τί οὖν ὁ γεννάδας οὗτος, καὶ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ἐραστής; Τάχιστα τὴν Ἰουδαίαν κατελιγῶς, ὅτε σχεδὸν ἀρχὴν εἶχε τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα· τάλιθός δὲ εἰπεῖν, ὅτε μικρῶ πρόσθεν ἢ τοῦ θεοῦ Πνεύματος χάρις γλώσσαις πύρρος ἐπιμορφωθείσα, τοῖ; Χριστοῦ μαθηταῖς ἐπεκάθησε, καθ' ἣν καὶ γλώσσας ἐλάλου ἐξῆναι, ἀλλ' οὐ πατρίοις τοῖς ἔθνεσιν, ὡς πᾶσιν ὁμοῦ συγχυθεῖσαν τὴν πόλιν πληθεῖναι θάμβου; τῷ καινῷ τοῦ θαύματος, καὶ τῷ ξένῳ τοῦ θαύματος. Τη; καὶ ταῦτα δὲ, καὶ κατ' αὐτὴν, ὡς εἶπε, τὴν ὥραν, ἐπιστάς τῷ πλήθει τῶν συναλεγεμένων ἐαυτὸν ἐνείρας ὁ μέγας οὗτος καὶ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπος:

« Ἦν τε ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄγλος ὀνομάτων ὡσεὶ ἑκατὸν Τούτων εἰς καὶ πρῶτος τῶν τότε πεπιστευκότων γίνεται, τῷ ἀγίῳ μαθητευθεῖς Πνεύματι, καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ θεοῦ κληρύγματος, ἀπαρχὴν ἐαυτὸν ποιησάμενος τῶν οἰκειωθέντων Χριστοῦ τῷ βαπτίσματι. Καὶ δὴ μὲν αὐτίκα τοῖς Χριστοῦ συγγινόμενος, καὶ τῷ καιρῷ τοῦ μυστηρίου λόγῳ τυπούμενος, μαθητῆς γίνεται καὶ αὐτός, οὐχ ἦττον τὴν ἀξίαν, ἢ τὸν ζῆλον ὁμοίτιμος. Οὐ πολλὸ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ Παῦλος τῆς Ἐκκλησίας ὁ μέγας ἐπίστη διδάσκαλος, Παῦλος ἐκεῖνος, ὁ κύκλω πᾶσαν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικίου τὴν οἰκουμένην ὅλην διαδραμῶν τῷ κήρυγματι. Ὅς τότε μὴ πῶ τῷ φωτὶ πλησιάζας, τὴν ἐπὶ Δαμασκὸν πορείαν ποιούμενος, ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ τῷ οὐρανίῳ φωτὶ καταστράπτεται, καὶ φωνῆς ἀκῶθεν ἀκούει περιηχούσης αὐτοῦ τὰ ὤτα, καὶ τῆς Ἰησοῦ θεοφανείας ἀξίος γίνεται, καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἐκ τοῦ βαπτίσματος μιεταί μυστήρια, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἀξίας πρὸ τῆς υἱοθεσίας τὴν χάριν καὶ τῆς χειροθεσίας ὑψίσταται, καὶ σεῦος; ἐκλογῆς ἀναδεικνύεται, καὶ βασιτάζειν τὸ

COMBEFISII NOTÆ.

(32) *Et manuum impositionem.* Καὶ τῆς χειροθεσίας. In sacramento confirmationis adolescit Christianus, et adoptionem perfectam accipit; eoque fuerit incongruum, ut quis ante illam apostolus fiat, aut gradu sublimiori in Ecclesia evehatur, nisi Deo cui est liberum dispensante, ac præter legem agente, quam ipse statuit; ac sine sacramentis efficiente, quod sacramentis addictum vo-

luit. Vel etiam ac melius, manuum illa impositio intelligatur, in sacramento ordinis, quod de lege solis clericis, graduque in clero auctioribus, et sacra ordinatione in plebium velut Patres provecis, nimirum presbyteris horumque majoribus, vixque nisi oikonomiæ, etiam diaconibus congruat apostolicum prædicationis munus.

ὄνομα Κυρίου ἐνώπιον ἔθνῶν καὶ βασιλέων, δι' Ἄνα- A
νίου τοῦ πάνυ χρησμοδοῦται παρὰ τοῦ πνεύματος,
ἀλείπτῃς ἀντι διώκου, καὶ κήρυξ ἀντι βλασφήμου
γινόμενος. Ὅν τότε τῇ ὄξυωπιᾷ τοῦ πνεύματος ἐν-
ιδῶν ὁ θεσπέσιος Τίτος, καὶ τὴν περιχυθεῖσαν αὐτῷ
τῆς θείας χάριτος θεολαμπίαν κατανοήσας, ὅλος
γίνεται τοῦ καλέσαντος, καὶ ὡς ἂν παρ' δι' αὐτὸν
ἐπιστάντι ⁸³ τῷ κήρυκι. Αὐτίκα μάλιστα τῶν ἐν
ποσὶν ἀπάντωθ' ἀφέμενος, καὶ πᾶσι χαίρειν εἰπὼν
τοῖς ὅσα κλέπτει τὴν αἰσθησιν, πρόσεισιν αὐτῷ μετὰ
πολλοῦ τοῦ συστήματος.

Καὶ γίνεται μὲν τὰ πρῶτα τῶν συνηθῶν καὶ γνω-
ρίμων εἰς, μετ' οὐ πολὺ δὲ σύσειτος καὶ ὁμόσκηνος.
Ἐξ δὲ τοῖς πρόσω χωρῶν ὁ θαυμάσιος ἐπεγνώσθη τῷ
προγνωσθέντι Θεῷ, καὶ τοῖς ὑπὲρ λίαν ἀποστόλοις
παρωσθέντι, τῷ ἀκραιφνεῖ τῆς θείας ἐλλάμψεως, τί
γίνεται; συννόμιλος αὐτῷ λοιπὸν καὶ συνέκδημος ἐν
τῷ τοῦ Εὐαγγελίου κηρύγματι. Τὰ δὲ ἐξῆς ὀκνεῖ μὲν
εἰπεῖν ὁ λόγος, ἅτε τὴν ἡμετέραν διαφεύγοντα γνῶ-
σιν, καὶ χρεστῶτα τάχα τῆς πολλῶν ὑπολήψεως
ἦντα. Ἐφ' ἃ δὲ δεῖ τὸν λόγον μετοχρεῦσαι, ἐπ' αὐτὰ
δὴ καὶ τρέφομαι. Εἶχε μὲν οὖν αὐτὸν οὕτως ἡ τοῦ
Παύλου φροντις, πανταχόσε συμπεριπατῶμενος καὶ
φερύμενος, καὶ ⁸⁴ τὸ θήραμα ὡς λίαν ἐπίχαρι καὶ
πλούτου μεστόν. Ὁ δὲ ἦν εὐθύς ἐκ πρώτης αὐτῷ
βλάστης, πᾶνθ' ὅσα κατακοσμεῖν οἶδε τὸν ἀρετῆ
βιοῦντα καὶ κατὰ Θεὸν ἀναγόμενον· ἐπιεικῆς, εὐ-
πειθῆς, εὐπρόσιτος, ὑπήκοος, πρὸς ἀποστολὴν εὐ-
εταλῆς, πρὸς διακονίαν εὐχρηστος, πρὸς καταλλαγὰς
εὐδαίμων, ἀλείπτῃς τῶν κοπιώντων, τῶν ὑπὲρ C
Χριστοῦ πονούτων ὀπερασιπιστῆς, καὶ πρὸς ἀπάν-
των καλῶν ὀξυρόσπον τὴν μετὰ δόξιν ἐχων. Τί μοι
τὰ πόρρω λέγειν, παρὸν τὰς Παύλου φωνὰς εἰς
μέσον ἀγαθόντα, ἐν αὐταῖς τοῦτον ὑμῖν ἐκτυπώτερον
διαδειξάι νῦν, ὡς ἐν πίνακι τῷ γράμματι στηλογρα-
φούμενον; Ὅς Κορινθιοὶς ἐπιστέλλων ποτὲ, καὶ τὴν
εἰς τὸ κήρυγμα δεδομένην αὐτῷ χάριν ἐκδηγοῦμε-
νος, αὐτοῦ που τοῦ λόγου γενόμενος, τὸν ἱερὸν δὴ
τοῦτον ὑποσεμνύνει Τίτον ἐν τούτοις δήπου τοῖς
ρήμασι· «Θύρας μοι, φησὶν, ἀνεωγμένης ἐν Κυρίῳ
εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἐσχηκα ἀνεσιν
τῷ πνεύματι μου, τοῦ μὴ εὐρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελ-
φόν μου.»

Ὅραξ ὅση καὶ τίς ὑπῆρχεν ἡ ἐκ βάθρων αὐτῷ τῆς D
πίστεως περιχυθεῖσα χάρις τοῦ Πνεύματος, ὡς καὶ
ἀδελφὸν ἐπικληθῆναι Παύλου, καὶ ψυχαγωγὸν καὶ

⁸³ II Cor. II, 12.

VARIAE LECTIONES.

⁸⁴ Lege ἐπιστάντος. ⁸⁵ Leg. ὡς.

COMBESII NOTÆ.

(33) *Quique velut ipsius causa astitisset prædicatori.* Nempe, Paulo. Indicat Pauli conversionem fuisse Tito occasionem perfectæ conversionis; et arripiendi status sublimioris, quo expeditior fieret sacro illi ministerio, ad quod Paulus peculiarissime vocatus esset, tandemque in ejus socium promoveret. Accepit velut sibi ipsi vocatum, ac ducem præfectum, sub quo, et

A mini coram gentibus et regibus, ceu divino Spiritus oraculo, per magnum illum Ananiam pronuntiatur: aliptes factus ex persecutore, et ex blasphemo prædicator. Eum tunc perspicaci spiritus oculo intuitus admirabilis Titus, assusamque ipsi divini splendoris gratiam diligentius attendens, totus sit illius qui vocasset, quique velut ipsius causa astitisset prædicatori (33). Ex templo maxime omnibus a se procul dimissis, atque iis penitus valere jussis quæ lenocinio furantur sensum, multo comitatu ipsum adit.

Ac primum quidem unus eorum qui familiares et noti essent, postmodum vero etiam commensalis et contubernalis efficitur. Ubi autem vir mirabilis ad ulteriora procedens, agnitus ei fuit, qui fuisset præagnitus Deo, et iis qui supra modum apostoli erant exæquatus, sincera utique divini luminis illustratione, quid accidit? Fit tandem illi socius, ac peregrinationum comes in prædicatione Evangelii. Renuit autem eloqui oratio quæ deinceps sequuntur, ut quæ effugiant nostram cognitionem, ac forsitan majora sint quam plures existimaverint. Ad ea vero convertam sermonem, ad quæ is detorquendus sit. Sic itaque eum Paulus curæ habebat, ut omni loco una circumduceret, ac velut gratisimam plenamque divitiis prædam ferret. Ipse autem a primo statim germine, omnia ei erat quæ solent esse ornamento viventi ex ratione virtutis, vitæque divine sublimi et Deo subvehente elata: modestus, suasibilis, accessu facilis, obediens, ad apostolatium expeditus, ad ministerium utilis, ad conciliationes felix, fatiscientium aliptes, defensor pro Christo laborantium, quem denique boni omnes propensius accirent. Enimvero quid remotiora dico, cum præsto sit ut in medium adductis Pauli vocibus, eum vobis impræsentiarum, velut in tabella, ac ceu in columna insculptum expressius ex Scriptura exhibeam? Is aliquando Corinthiis scribens, datamque ei ad prædicationem gratiam disserens, ubi ad certum quemdam locum devenit, verbis ejuscemodi honestat sacrum hunc Titum: «Cum, inquit, ostium mihi ad Evangelium Christi apertum esset, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenirem Titum fratrem meum.»

Vides quanta ei affusa esset gratia Spiritus, ab ipsis fidei fundamentis, ut et Pauli frater et solatium et refrigerium vocaretur? «Non habui enim

quo socio, prædicationi instaret. Non ita abest, quod de B. Rinaldo habetur apud Theodor. et alios, meditante statum apostolicum et prædicatorum, cui Deus, vix non alterum Paulum, ac Pauli spiritu plenum, Dominicum quo præside et Patre socioque id muneris strenue obiret, suscitavit; etiam miraculose sanans ejus precibus, ut ne tantus deesset novæ militiæ dux.

Inquit, requiem spiritui meo, eo quod non inven-
 rim Titum fratrem meum. » Vis et alio ostendam
 testimonium ei detulisse magnum Apostolum?
 « Repletus sum, inquit, consolatione, superabundo
 gaudio ¹. » Quomodo, quare quæso ratione? « Qui
 enim consolatur humiles, inquit, consolatus est
 nos in adventu Titi. Non solum autem in adventu
 ejus, sed etiam in consolatione, qua consolatus est
 ipse in vobis ². » Vidistin' excellentem dilectio-
 nem? Vidistin' concordiaë vinculum, ut etiam il-
 lius consolationem, suam ipsius definierit, gau-
 diumque ejus, proprium sumum reputaverit? Audi
 vero quid ad eosdem rursus scribens, ait: « Abun-
 dantius autem magis gavisus sumus super gaudio
 Titi, quia reffectus est spiritus ejus ab omnibus
 vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus
 sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in
 veritate locuti sumus, ita et gloriatio nostra, quæ
 fuit ad Titum, veritas facta est: et viscera ejus
 abundantius in vobis sunt ³. » Et post pauca:
 « Gratias autem Deo, qui dedit eandem sollicitu-
 dinem pro vobis in corde Titi: quoniam exhorta-
 tionem quidem suscepit; sed cum sollicitior esset,
 sua voluntate profectus est ad vos ⁴. » Vides ut
 ejus ubique sollicitudini testimonium deferat?
 Vides ut supra et infra versans, laudibus appetat
 et magnifice efferat? Supra quidem: « Si quid
 apud illum gloriatus sum, non sum confusus. »
 Et, « Gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas
 facta est. » Infra vero exponens quanta esset ejus
 sollicitudo in ministerium gentium quæ credidis-
 sent in Christum: « Cum enim esset, inquit, sol-
 licitior, sua voluntate profectus est ad vos. »

Ades vero, etiam Pauli socium ostendam Ti-
 tum, et adjutorem, et gloriam Christi, et Ecclesia-
 rum apostolum. Compleat porro mihi Paulus ipse,
 os illud Christi, sermonis consensum. Unius en-
 im quos una cum ipso misisset in ministerium
 ipse creditum, comparisonem accuratius edisse-
 rens: « Sive enim pro Tito, inquit, qui est socius
 meus, et in vobis adjutor: sive fratres nostri,
 apostoli Ecclesiarum, gloria Christi ⁵. » Vidistin'
 æqualem? Num tibi videtur magnum, ut quod est
 posterius Paulo, cum Paulo collocetur, sitque ac
 dicatur ejus socius ac adjutor? Cujus, inquam,
 Pauli socius adjutorque? Ejus qui volatu transcen-
 dit tertium cælum, audituque ea suscepit quæ nul-
 lus possit efferre. Qui denique ante resolutionem
 a morte, meliori citra comparisonem supra hu-
 manam scientia, raptus est. Ejus Titus socius,
 adjutorque et comes est. Nec id solum, verum
 etiam, « Gloria Christi et apostolus Ecclesiarum. »
 Vide igitur, ut eodem cum Paulo spiritu ambulave-
 rit, moresque ab avaritiæ sordibus testimonio vin-
 dicatos. Audi vero ipsa perspicue Pauli verba:

Α ἀνάψυξιν; « Οὐκ ἔσχηκα γάρ, φησίν, ἀνεσιν τῷ
 πνεύματί μου, τοῦ μὴ εὐρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν
 μου. » Βούλει καὶ ἄλλω σοὶ δεῖξω τὴν αὐτῷ μαρτυ-
 ρίαν προσαχρόντα τὸν μέγαν Ἀπόστολον; « Πε-
 πλήρωμαι, φησὶ, τῇ παρακλήσει, ὑπερπεριστεύομαι
 τῇ χαρᾷ. » Πῶς καὶ τίνα τρόπον, εἰπέ; « Ὁ γὰρ
 παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, φησὶ, παρεκάλεσεν
 ἡμᾶς ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. Οὐκ ἐν τῇ παρουσίᾳ δὲ
 μόνον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει, ἣ παρ-
 εκλήθη αὐτῶς ἐν ὑμῖν. » Εἶδες ἀγάπης ὑπερβολὴν;
 Εἶδες ὁμοφυχίας σύνδεσμον, ὡς καὶ τὴν ἐκεῖνου
 παράκλησιν οἰκείαν ὀρίσασθαι, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ
 χάριν ἰδῆν ἠγάσασθαι; Ἄκουε τί πρὸς αὐτοὺς
 πάλιν ἐκεῖνους γράφων φησὶ: « Περισσότερος δὲ
 μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέταται
 τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν· ὅτι εἴ τι αὐτῷ
 κεκαύχημαι, οὐ κατησχύνθη. Ἄλλ' ὡς πάντα ἐν
 ἀληθείᾳ ἐλάλησαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις
 ἡμῶν ἢ ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη· καὶ τὰ σπλάγ-
 χνα αὐτοῦ περισσότερῶς εἰς ὑμᾶς ἔστι. » Καὶ μετ'
 ὀλίγα: « Χάρις δὲ Θεῷ τῷ δίδόντι τὴν αὐτὴν σπου-
 δὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου· ὅτι τὴν μὲν
 παράκλησιν ἐδέξατο· σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων,
 αὐθαίρετως ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς. » Βλέπεις αὐτὸν
 πανταχοῦ τὸ σπουδαῖον αὐτῷ προσμαρτύροντα; Βλέ-
 πεις πῶς ἄνω καὶ κάτω στρέφων αὐτὸν, τοῖς ἐπαίνου-
 βάλλει: καὶ ὑπεραίρει; ἄνω μὲν, ὅτι: « Εἴ τι αὐτῷ κε-
 καύχημαι, οὐ κατησχύνθη. » καὶ, ὅτι: « Ἡ καύχησις
 ἡμῶν, ἢ ἐπὶ Τίτου, ἀλήθεια ἐγενήθη. » Κάτω δὲ ⁶,
 τὴν σπουδὴν ὅσην εἶχε περὶ τὴν διακονίαν τῶν εἰς
 Χριστὸν πεπιστευκότων ἰθύνων· « Σπουδαιότερος
 γάρ, φησίν, ὑπάρχων, αὐθαίρετως ἐξῆλθε πρὸς
 ὑμᾶς. »

Δεῦρὸ μοι καὶ κοινωνὸν δεῖξω Παύλου τὸν Τίτον,
 καὶ συνεργὸν, καὶ δόξαν Χριστοῦ, καὶ τῶν Ἐκκλη-
 σιῶν ἀπόστολον. Συμπληρούτω δὲ μοι Παῦλος αὐτῶς,
 Χριστοῦ τὸ στόμα, τοῦ λόγου τὴν σύμφρασιν. Ἐνδὲς
 κατασύγκρισιν ἐπεξῆλθον, οὗς αὐτῷ συναπέστειλεν εἰς
 τὴν διακονίαν ἣν πεπίστευτο· « Εἰτε γὰρ ὑπὲρ
 Τίτου, φησὶ, κοινωνῶς ἐμῆς; καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός·
 εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι Ἐκκλησιῶν, δόξα
 Χριστοῦ. » Εἶδες ἰσομοιρίαν πίστεως; Οὐκ ἄρα σοὶ
 θαυμαστὸν καταφαίνεται, μετὰ Παύλου τὸ μετὰ Παῦ-
 λον τετάχθαι, κοινωνὸν τε τούτου καὶ συνεργὸν καὶ
 εἶνα: καὶ ὀνομάζεσθαι; Παύλου· ποίου; τοῦ ὑπὲρ
 τρίτον οὐρανὸν ἀναπτόντος· καὶ διακαῶς ⁷ δεξα-
 μένου τὰ πᾶν ἀνέκφορα· καὶ πρὸ τῆς ἀναλύσεως,
 κρείττον ἀσυγκρίτως ἢ καθ' ἡμετέραν γνῶσιν, ἀναρ-
 पासθέντος εἰς τὸν παράδεισον. Τούτου κοινωνῶς ὁ
 Τίτος, καὶ συνεργός καὶ συνέκδημος. Καὶ οὐ τοῦτο
 δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ δόξα Χριστοῦ, καὶ ἀπόστολος
 Ἐκκλησιῶν. Ὅρα δὴ οὖν αὐτὸν, καὶ τῷ αὐτῷ
 πνεύματι Παύλου περιπατήσαντα, τό τε τοῦ τρό-
 που τὸ ἀφιλόργυρον μαρτυρούμενον. Ἄκουε γοῦν
 σαφῶς αὐτὰ Παύλου τὰ ῥήματα: « Ἐστω δὲ, φησίν,

¹ II Cor. vii, 4. ² ibid 6,7. ³ ibid. 13-15. ⁴ ibid. 23. ⁵ II Cor. viii, 23.

VARIÆ LECTIONES.

⁶ Forte deest λέγων. ⁷ Forte δι' ἀκοῆς.

ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ' ὑπάρχων πανούργος, ἄλλω ὑμᾶς ἔλαβον. ὦ Τί λέγεις; Ἄλλω πανούργος; ὑπάρχων εἰλες, οὗς διὰ Χριστὸν ἐσαγήνευσας; Ναί, φησί. Τὴν καλὴν ἀπάτην ἠπάτησα, μιμηθεὶς Χριστοῦ τοῦ τὸν ἐχθρὸν φεναχίσαντος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνον δελεάσας τῷ τῆς σαρκὸς προκαλύμματι, θεότητος ἀγκίστρον ἦ καὶ ὡς προβλήματι. Τὸ δὲ πανούργος, ἀντὶ τοῦ, σοφός, ἐκλαμβάνομεν. Ἐστὼ οὖν, φησί, ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ' ὑπάρχων πανούργος, ἄλλω ὑμᾶς ἔλαβον. Μὴ τίνα δὲ ἀπέστειλα πρὸς ὑμᾶς ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς; Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφόν. Μὴ τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; Οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; Οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσιν; Ἐὖγε τῆς ἀληθείας! Ὑπέρευγε τοῦ Πνεύματος, οὕτω συναρμόσαντος ἀμφω τοὺς Χριστοκλήρυκας! Ἦδη μὲν οὖν εὐ μάλα αὐτὸς ἡ δόξα Τίτου Παῦλος, τὸν ἔπαινον προλαβὼν ἀπηκρίθωσε, τοῖς ἑαυτοῦ τὰ ἐκεῖνου συγκρίνας, ἀριστὰ τε τοῦτον ἐξεικονίσας εὐχρωματίστως διεζωγράφησεν.

Ἄλλ', ὦ μακάριε Πάτερ, τὸ μέγα Κρήτης καύχημα καὶ καλλώπισμα, καὶ τῆς ἀσπληνῆς τῆς ἀληθινῆς, καὶ τῆς ἀνω μυστολατρείας, καὶ τῶν θείων ὑψηγητῶν, δέχου πρὸς ἡμῶν οἷόν τι Σειρήνειον μέλος τὸν ἐφύμιον λόγον, καὶ τραυλίζειν ἐθέλοντι, φιλόστοργος ὢν, ἡδίστα παράβαλε σὸν οὗς ἡμοῖς λόγοις. Φίλα γὰρ πατράσι τὰ τῶν τέκνων ψελλίσματα, δταν ἐξ ἀτέχνου γνώμης ἀπλαστον λόγον προτενται. Λόγος δὲ ποῖος ἂν καὶ δοθεῖν τῷ μηδὲν εὐχρηστον ἔχοντι πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ συντετηγμένου καὶ συνεκτικωτάτου λόγου, πλὴν τοῦ εἰς δύναμιν ἴκοντος τῆς ἐν ἡμῖν ἀσθενείας; Σὲ δὲ τίς ἂν καὶ κατ' ἀξίαν ἐπαινέσειε λόγος, ἀνωθεν παρὰ Κυρίου λαβόντα τὸν ἔπαινον; Ὡς δταν ὑποφωνοῦντος αὐτοῦ διαπρυσίως ἀκούωμεν, πῆ μὲν· Ἐγμεῖς ἐστε τὸ ἅλς τῆς γῆς. ὦ— Ἐγμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. ὦ— Ἐγμῖν δέδοται γινῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. ὦ πῆ δὲ· Ἐγμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οὗτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὤτα ὑμῶν οὗτι ἀκούουσι. Λέγω γὰρ ὑμῖν, οὗτι πολλοὶ προφήται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκούσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. ὦ Τίνα οὖν ἡμεῖς σοι τὸν στέφανον πλέξομεν; Τίνων δὲ λόγων τὰ ἀνθη συλλέξαντες, τῇ πανίερῳ σου κορυφῇ περιθήσομεν; Τίς οὕτως ἡλίθιος, ὡς τοὺς ἑαυτοῦ τῶν δεσποτικῶν ἀντεπεξάγειν πειρᾶσθαι λόγους; ὢν καὶ μίλα μόνον ἀρκέσει φωνῆ, συμπληρῶσαι σου κατ' ἀξίαν τὸν ἔπαινον. Τίς αὕτη καὶ ποῖα; ἡ μικρῷ πρόσθεν ὑμᾶς φῶς τοῦ κόσμου καλέσασα, ὡς τῷ πρώτῳ μαθητευθέντας φωτὶ. Οὕτω γὰρ ὑποληπτέον τοὺς τῷ Εὐαγγελίῳ, δίκην ἡλιακοῦ ἔρματος, ἀνά τὴν κτίσιν περιουστῆσαντας. Ἐγμεῖς ἐστε τὸ ἅλς τῆς Ἐκκλησίας, οὗ οὐ τὰ πικρὰ καὶ ἀλμυρὰ τῆς ἀπιστίας κατεγλυκάνθησαν ὕδατα τῷ γόνιμῳ τὴν ἀτεκνίαν, καὶ τῷ ποτίμῳ τὸ ἀπότιμον διακρούσαντες. Ἐγμεῖς ἐστε ἡ ἐπ' ἔρους κειμένη τῶν ἐκκλησιαστικῶν

« Sed esto, inquit, ego vos non gravavi, sed cum essem astutus dolo vos cepi ». « Quid ais? Cum esses astutus, eos dolo cepisti, quos propter Christum piscatus es? Ita, inquit: Bono vos erro. e decepi, Christi exemplo qui hosti illusit. Nam et illum carnis involucro ceu esca fallens, divinitatis hamo sive etiam præsidio cepit. Illud autem, astutus, pro eo exponimus, quod est, sapiens. « Sed esto, inquit, ego vos non gravavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid aliquis eorum quos misi ad vos, expilavit vos? Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos expilavit? Nonne eodem spiritu ambulavimus? Nonne iisdem vestigiis? » Enge veritatem! Euge magis Spiritum, qui ita ambos Christi præcones coaptavit! Jam sane maxime ipse Titi gloria P. ulus, ejus accurate laudationem occupans exsecutus est; suis ipsius res illius comparans, ac ceu in imagine optime repræsentans, egregio colorum flore depinxit.

Sed, o beate Pater! magna Cretæ gloriatio ac ornamentum, verique tabernaculi ac superni cultus, divinatorumque interpres, suscipe a nobis ceu Sirenarum melos, laudationis sermonem: qui que sis filiorum amans, volenti balbutire, aurem tuam meis libens sermonibus adhibe. Solent enim Patres grata habere filiorum balbutimenta, cum ii e simplici mente sincerum sermonem depromunt. Quem enimvero, excepto si quis meæ imbecillitati congruat, sermonem dederim, cui nihil ad compendiosi sensorumque complexione confertissimi sermonis susceptionem, comparatum suppetat! Te vero quisnam etiam sermo pro meritis laudaverit, qui olim a Domino laudem acceperis? Ut cum clare clamantem audimus, alio quidem loco: « Vos estis sal terræ ». — Vos estis lumen mundi ». — Vobis datum est nosse mysteria regni Dei ». Alio autem: « Vestri autem beati oculi quia vident, et aures vestræ quia audiunt. Dico enim vobis, quia multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt; et audire quæ auditis, et non audierunt ». « Quam tibi ergo sumus plexuri coronam? Quorumnam sermonum collectos flores tuo vertici imponemus? Quis ita stultus, ut suos sermones velut ex adverso Dominici tentet ingerere, quorum vel una vox abunde fuerit, laudationi pro meritis complendæ? Quænam illa vox et quanta? non ita pridem, lumen mundi appellans. Ut nimirum discipulos primi illius luminis. Sic enim ii existimandi sunt, qui Evangelio, velut solari curru, circumquaque mundum lustrarunt. Vos estis Ecclesiæ sal, quo amaræ salsæque infidelitatis aquæ dulcorantur: sterilitatem depellentes concessa fecunditate, ineptamque ad potum qualitatem suavi ad potum gratia. Vos

* II Cor. xi, 16. * ibid. 16-18. ^b Matth. v, 13. ^c ibid. 14. ^d Marc. iv, 11. ^e Luc. x, 25.

VARIÆ LECTIONES.

* Adde εἶλε, vel quid simile.

estis arx, super ecclesiasticorum dogmatum montem posita. Tu magnum illud Pauli operum facinus, bona illa seges, præclari nominis gloriationum ejus decus, optimus ejus laborum terminus. Tu primum almæ patriæ anathema. Tu sacra insacrificabilium Christi pecudum (34) hostia, venerabiles Ecclesiæ delicia, divino sermone loquens lingua, nunquam sitens os theologiæ, spiritualis Apostolorum tibia, a Deo scriptus sermonum cœlestium liber, Deiloqua vox. Tu ore sapientiæ supernæ crateri admoto, divinum traxisti Spiritum, hausistisque gratiam miraculorum. Tu vivifico inde attracto potu, « calicem salutaris ^f » divina temperatum sanctificatione, spiritualius bibisti. Tu Ecclesiæ pronubus, dona ei jugalia dotemque (35), Cretæ attulisti proles. Tu primus patrii soli princeps pastor præsulque, qui nunc quidem spirituali fistula rationales Christi oves convoces; nunc vero a pascuis ad pascua inducens educendus, ad intelligibilem divinorum potum deducas. Tu ardens lucerna, et quæ non possit abscondi sub modio ^g (nefas quippe est ut modio mensuretur vestrum lumen) : sed sublimæ aureo splendore micanti candelabro, Ecclesiæ, inquam, imponi debuerit, ut luceatis mundo, quippe qui « Luminaria, verbum vitæ contineatis prætendatisque ^h. » Tu virtutum speculum sine macula, apostolica claritas, doctorum primitiæ, eximius inter sacerdotes, pastorum pastor, persecutor luporum et Christi ovium propugnator. Tu rationalis vineæ Ecclesiæ a Deo satus palmes, rationalis prædicationis uvæ maturitate nigrescens. Tu plantationis Pauli opima seges, ejus agriculturæ ferax ager, mysticis divinorum sermonum guttulis campus irriguus.

Quenam vero, dilecti, perorata oratio sermonis mihi satietatem inferat? Quibus autem sermonibus sacrum mihi et a Deo coronatum, omnibusque venerabile caput coronem? Non habeo quid ejus dignum encomiis offeram: non vim verborum, non artis specimen, non sensorum inventionem, non insinuando sophisticæ peritiæ indolem, non aliud quidpiam vel exiguum vel magnum, quod humilem in ipsum compleat funebrem orationem. Verum o sacerdotum cœtus (36), et sacra manu Titi divinitus signatus conventus, gratum habue-

^f Psal. cxv, 13. ^g Math. v, 15; Marc. iv, 21. ^h Philipp. ii, 15.

COMBEFISII NOTÆ.

(34) *Insacrificabilium Christi pecudum.* Ἀθύτων θρεμμάτων. Sic etiam Nazianz. in sanctum Pascha. Τὸ μέγα καὶ ἄθυτον ἱερεῖον, ἢ οὕτως εἶπω. *Ingens et insacrificabile sacrificium, ut ita dicam:* quamquam dicit in Christum ratione divinitatis, et primæ in ipso naturæ, vere ἀθύτου· omnino immactabilis, et in cujus tantum honorem possit nactari vera et proprie dicta hostia. Titus autem Ἀθύτων θρεμμάτων Χριστοῦ ἱερὸν καλλιέρημα· Velut facta hostia inter eas nobilissima, quæ spirituali tantum immolatione et viventes, Deo offeruntur: nec enim legitimus consummatum martyrio.

δογμάτων ἀρόποις. Σὺ εἶ τὸ μέγα τῶν ἔργων Παύλου κατόρθωμα· τὸ καλὸν γεώργιον· τὸ περιώνυμον τῶν αὐτοῦ καυχημάτων καλλώπισμα· τὸ κράτιστον τῶν ἐκείνου πόνων συμπέρασμα. Σὺ εἶ τὸ πρῶτον τῆς θρησκαμένης σε πατρίδος ἀνάθημα, οὐ τὸ ἱερὸν τῶν ἀθύτων θρεμμάτων Χριστοῦ καλλιέρημα, τὸ σεμνὸν τῆς Ἐκκλησίας ἐντρούφημα, ἡ θεόφθεγκτος γλώσσα, τὸ ἀσίγητον τῆς θεολογίας στόμα, ὁ πνευματικὸς τῶν ἀποστόλων αὐλὸς, ἡ θεόγραφος τῶν οὐρανίων λόγων πυκτὴ, ἡ θεηγόρος φωνή. Σὺ τῷ κρατήρι τῆς ἀκωτάτω σοφίας προσενέγκας τὸ στόμα, τὸ θεῖον εἰλωσας Πνεῦμα, καὶ τὴν χάριν ἤντησας τῶν θαυμάτων. Σὺ τὸ ζωηρὸν αὐτόθεν πόμα στασάμενος, τὸ ἐ τοῦ σωτηρίου ποτήριον ἢ μυστικώτερον ἐπιεσ θείῳ κερασθὲν ἀγίασματι. Σὺ νυμφαγωγὸς τῆς Ἐκκλησίας, ἔδνα νυμφικὰ καὶ φερνὴν αὐτῆ προικοφορήσας, τὰ Κρήτης γεννήματα. Σὺ τῆς ἐνεγκαμένης ὁ πρῶτος ἀρχιποίμην καὶ πρόεδρος· νῦν μὲν τῆ πνευματικῆ σύριγγι τὰ λογικὰ συγκαλοῦμενος τοῦ Χριστοῦ θρέμματα, νῦν δὲ ἀπὸ νομῶν εἰς νομὰς εἰσάγων τε καὶ ἐξάγων, πρὸς τὴν νοσητὴν τῶν θείων πόσιν καθοδηγεῖς. Σὺ ὁ καιόμενος λύχνος καὶ ὑπὸ μολίῳ κρύπτεσθαι μὴ δυνάμενος· ὅτι μὴ θέμις μοδίῳ παραμετρεῖσθαι τὸ φῶς τὸ ὑμέτερον, ἀλλ' ἐφ' ὑψηλοῦ τῆ χρυσαυγῆ λυχνίᾳ, λέγω τῆς Ἐκκλησίας τίθεσθαι, ὡς ἂν τῷ κόσμῳ φαίνοισθε ἐ φωστῆρες λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. Σὺ τὸ μὲν ἀρετῶν ὑπάρχεις ἀκτλῶτον ἔσοπτρον, τὸ ἀποστολικὸν ἀγλάϊσμα, τῶν ἐδοσάκλων ἡ ἀπαρχή, τῶν ἱερῶν ὁ πρόκριτος, τῶν ποιμένων ὁ ποιμὴν· ὁ τῶν λύκων διώκτης, καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ θρεμμάτων ὁ πρόμαχος. Σὺ τῆς λογικῆς ἀμπέλου τῆς Ἐκκλησίας τὸ θεόφυτον κλήμα, τοὺς λογικοὺς περρίζον τοῦ κηρύγματος βότρωας. Σὺ τὸ ἀκροθίνιον τῆς Παύλου φωτείας γεώργιον· ἡ πολυφόρος τῆς ἐκείνου γεηπονίας ἀρουρα, ἡ μυστικαῖς ψεκᾶσι τῶν θείων λόγων ἀρδευομένη χώρα.

Καὶ τί ἂν φράσας, ἀγαπητοί, τοῦ λόγου κόρον εἰδέξομαι; Τίσι δὲ λόγοις ἐπιστέψω τὴν ἱερὰν ἐμοὶ καὶ θεοστεφῆ κεφαλὴν, καὶ πᾶσιν αἰδέσιμον; Οὐκ ἔχω ὅ τι προσάξω τῶν αὐτῆς ἐγκωμίων ἐπάξιον· οὐ λόγων ἰσχίον, οὐ τέχνης ἐνδειξίον, οὐ νοημάτων εὐρεσίον, οὐκ ἐφόδου σοφιστικῆς ἐμπειρίας ἐπίδειξίον, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, οὐ μικρὸν οὐδὲ μέγα, συμπληρῶν τὸν ἐπ' αὐτῷ συνταγέοντα μικρὸν ἐπιτάφιο. Ἄλλ', ὡς ἱερῶν ἄθροισμα, καὶ τῆς ἱερᾶς Τίτου χειρὸς θεοσφράγιστον σύστημα, δέχισθὲ με καὶ πάλιν ἐπ' αὐτὸν ἐκείνον τὸν λόγον τρεπόμενον. Παίθημα: εὐ μάτ

(35) *Dona ei jugalia, dotemque.* Ἐδνα νυμφικὰ καὶ φερνὴν αὐτῆ προικοφορήσας. Velut dona quibus eam tibi sponsam devincires, et quibus ipsa sibi Christum sponsum; nam et ipse episcopus, vicarius Ecclesiæ sponsus est. Acute ergo, Cretæ proles ut ab Andrea obiata Ecclesiæ, ἔδνα fuerunt; sunt enim illa quæ maritus donat sponsæ, eadem autem ut ab Ecclesia offerendæ Christo, φερνὴ sunt, ejus velut dos, plane illa sponso denuderata.

(36) *O sacerdotum cœtus.* Ὁ ἱερῶν ἄθροισμα. Intelligit sacerdotes spirituales, et totum fidelium

συνέζεσθαι καὶ ὑμᾶς καὶ συνευφρανθήσεσθαι· Ἐγκωμιαζομένου γὰρ δικαίου, εὐφρανθήσονται λαοί, ὀφθαλμοὶ δὲ σοφώτατος Σαλομών. Δίκαιον οὖν ἡγοῦμαι τὴν πάντων φωνὴν οἰκωῖσασθαι, καὶ ὡς εἰς ἐκ πάντων ἀντὶ πάντων τοῦτον ὑμῖν ἀναστηλῶσαι τῷ λόγῳ, τὸν λογικὸν ἀνδριάντα τῶν λόγων, καὶ τῆς ἀπανταχοῦ γῆς τῶν Ἐκκλησιῶν πεφηνότα διδάσκαλον.

sermone, instar cippi, coram statuam et erigam : qui nimirum, ceu rationalis sermonum statua, toto orbe positarum Ecclesiarum doctor claruerit.

Οὗτος γὰρ, οὗτός ἐστιν ὁ μέγας Τίτος, τοῦ σκευοῦς τῆς ἐκλογῆς ὁ συνέκδημος, ὁ θερμὸς ἐκείνου κοινωνὸς ἐν τῷ τοῦ Εὐαγγελίου κηρύγματι. Τίτος ὁ πρῶτος τῆς εἰδωλομανίας ἀντίπαλος, καὶ τῆς Χριστοῦ θεοσοφίας ὑπέρμαχος· ὁ κατὰ τῶν προσκυνοῦντων τοὺς λίθους, λίθος προσκόμματος κείμενος, καὶ τὸν εἰς κεφαλὴν γωνίας τῆς Ἐκκλησίας λίθον Χριστὸν αὐτοῦς ὑποθάλμενος. Τίτος, ἡ ἀκρότομος ἔδρα καὶ πέτρα τῆς πίστεως, ἡ ἀποπερωθέντας τὸν νοῦν Χριστῷ τῇ πέτρᾳ στερεμνίως ἐδράζουσα. Τίτος, τὸ θεόκτιστον τῆς Κρητῶν Ἐκκλησίας προπύργιον, ἡ ἀψευδὴς τῶν ἀδιστάκτως αὐτῷ προσιόντων ἀντίληψις, τὸ εὐπρεπὲς τῆς περὶ ἡμᾶς θείας κηδεμονίας προαύλιον, δι' οὗ τὴν ἀλήθειαν ἐγνωμεν, τὴν ζωὴν ἐσχῆκαμεν, τὴν γνῶσιν ἐλάβομεν, τὸ πῶς ἐνελάμφθημεν. Τίτος, ὁ τῆς δυοκαίδεκάδος τῶν τῆδε καθέδρας ἀρχίθρονος, ὁ θεολαμπῆς οὐρανὸς τῆς ἡμῶν ἀβλεψίας, ὁ παιδρὸς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ στερεώματος ἡλιος, ὁ λαμπροῦχος τῶν ἐμφύχων λαμπτήρων ἀστήρ, ὁ τοὺς πλανήτας τῆς πλάνης πρὸς ἀπλανεῖς ἐρόδους ἀπλανῶς καθοδηγήσας τῆς πίστεως, καὶ στηριγμοῖς ἀληθείας καταपुरσεύων τὴν σύμπασαν. Τίτος, τῶν Χερουβιμ τὸ ὄμμα, τῶν Σεραφίμ τὸ στόμα, ὁ γρηγορὸς ὀφθαλμὸς, τὸ ἀκοίμητον τῆς μουσικῆς ἀγρουλίας βλέφαρον. Τίτος, τὸ ἀπροσμάχητον ὄπλον, ἡ κατ' ἐχθρῶν ἐστιλβωμένη βομφαία, τῶν οἰκείων τέκνων ὁ πρόμαχος, τῶν ἀπέρων ὁ πόρος, τῶν πεινῶντων ἡ τροφή, τῶν ἀστέγων ἡ στέγη, ἡ τοὺς γυμνήτας περιστέλλουσα σκέπη, ὁ τοὺς ἐν ζάλῃ κυμάτων διασώζων λιμὴν, ὁ πυρὸς τῆς εὐσεβείας, ὁ διαφανὴς τῶν θείων δογμάτων σπινθὴρ, ἡ ἐμψυχοῦς τῆς Ἐκκλησίας λαμπάς, ἡ στήλη τῶν ἀρετῶν, ἡ ἐμπνοὺς τῶν κατορθωμάτων εἰκὼν, ἡ εὐλαὸς τῶν δογμάτων λύρα, ὁ λιγυρὸς τῶν θείων ἀσμάτων ὠδὸς, ἡ ἀσίγητος φόρμιγξ, ἡ τῷ πλή-

ritis ut et iterum orationem in eum convertam : ac plane persuasum habeo fore, ut et vos consecræmini ac collætæmini : « Laudibus siquidem celebrato justo, lætabuntur populi » (37), » inquit sapientissimus Salomon. Justum itaque arbitror, ut omnium mihi asciverim vocem, ac velut unus et toto cœtu, viceque universorum, hunc vobis

Hic enim plane, hic est magnus ille Titus, peregrinationum comes vasis illius electionis, fervens ejus in prædicatione Evangelii socius. Titus, primus insani idolorum cultus hostis, Christique divinæ religionis vindex : iis qui lapides adorarent offensionis positus lapis, et quique positum in caput anguli Ecclesiæ lapidem Christum eis substraverit. Titus, durissima basis petraque fidei, mentem in petram duratos, in Christo petra firmans ac stabilis. Titus, Cretensium Ecclesiæ a Deo conditum ceu turris propugnaculum ; vera sine dubitatione ad eum accedentium defensio, decorum divinæ in nos curæ præludium, quo cognovimus veritatem, obtinuimus vitam, scientiam accepimus, cœlesti lumine perfusi sumus. Titus, duodenarum nostræ insulæ sedium sedem principem tenens, a Deo fulgens nostræ cæcitatæ cælum, lætus Ecclesiastici firmamenti sol, animatis luminaribus prælucens astrum, erratica erroris sidera, ad indeclinabilem fidei tramitem inerrantis ducens, ac ceu sublatis ignibus universam terram veritatis fulcimentis collustrans. Titus ille, Cherubicus oculus : os Seraphicum, vigil obtutus, insoporabilis mysticæ pernoctationis pro pastoris munere palpebra. Titus, inexpugnabilis protectio, gladius in hostes districtus, filiorum propugnator, inopum quæstus, cibus esurientium, vagorum et sine tecto tectum, nudorum operimentum, portus salutis marinis fluctibus jactatorum, religionis facula, emicans divinorum dogmatum scintilla, animata Ecclesiæ lampas, columna virtutum, spirans præclare gestorum imago, canora dogmatum lyra, vocalis divinorum carminum cantor, cithara silere nesciens, quæ animi affectiones compona,

1 Prov. xi, 10.

COMBESII NOTÆ.

conventum, quem statim dicit τῆς ἱερᾶς Τίτου χειρὸς θεοσφράγιστον σύστημα, velut cœtum quem sacra Titii manus divino caractere consignasset : non ipse immediate, sed in episcopis et sacerdotibus quos Cretæ successores reliquisset. Nihil etiam vetat, ut ne dicat solos proprie sacerdotes, maximeque episcopos ; in quorum corona videtur Archiepiscopus orasse, ac celebrandum assumpsisse primum suæ sedis archiepiscopum : quorum sit partium laudare pro concidione viros justos, et encomio recreare populos ; quas sibi ille partes, vice omnium vindicat, ut loquatur velut omnium ore, major ipse prælatus. Quid si pro τερῶν, irrepsit τερῶν ?

(37) *Laudibus celebrato justo, lætabuntur populi.* Paulo aliter habent Vulg. et LXX. Theodor. habet

secundum illud, εὐφρανθήσονται, ἀγαλλιάσονται, quod parum abest, ut et illud Vulg. *Exultabit civitas* ; Tigur et Sant. *Exallabitur* : quo sorte modo etiam illa habuerunt. habentque Hebraica : טַיִר ; cui affine illud LXX : *Bene gessit civitas*, ut genuinus sensus sit : *In bonis justorum*, quod et Vulg. et LXX habent. Hoc est, præmio affectis pro ratione justitiæ et rectitudinis, quæ est ipsa benedictio quam Hebræa, Sant, et Tigur. habent, fore exaltandam civitatem, eique cessura omnia prospere. Felix certe civitas, in qua ea lex sanctaque distributio, inviolata obtineret. Fuit sancto Hugoni multa hac in re, et iniqua, etiam in Dei ecclesia, distributione, in Dei providentiam, quamquam ad agonem tantum et potiora in cœlis præmia, tentatio, ut habent ejus acta.

sacrorum pulsuum plectro; mystica fidei dioptra, A repercutis radiorum fulgoribus adversariorum pupillas verberans. Titus, piorum phalangis perquam strenuissimus miles, fidelium armatura, hostium pernicies, minus recte sapientium emendatio, firma eorum qui convertuntur palinodia, ægrotantium medicus, fessorum requies, victorum absolutio; in necessitatibus positorum recreatio, in calamitatibus agentium refrigerium, pater orphanorum, defensor viduarum, captivorum liberatio, hospes peregrinorum, detentorum in carcere visitatio, eorum qui tentantur defensio. Titus ille, omnia factus omnibus; qui se facilem adeuntibus præbeat, precantibus non difficilis aures accommodet, sit omnibus supplex, amicabilis, urbanus, venerabilis, socialis, blandus, lenis, animatum amans, suavis, modestus, doctor, placidus, castus, verus. Merito Paulus vocum Christi exornans sacerdotem, congrue honestat appellans sanctum, innocentem, et amplectentem omnem veritatem.

Talem se nobis exhibuit venerabilis Titus. Totius enim divinæ virtutis in se collectis symbolis, se totum omnino spiritui addixit spreto corpore, eoque salubris ei defluit sermo, arenaque copiosior inundat sapientia; unde modo, collectis ceu quibusdam pulcherrimis flosculis, iis sermonem coronatum absolvam. Jam enim deinceps operæ pretium est, ut impleam promissionem, eique sermonis perorationem componam. Mutuam ergo ei C trado vocem; vicissimque sermonem mutuam accipio; ac modicus ego, rei majoris commutator factus, ejus vobis spiritualiter sermonem oppignero: haud sane curiosa versutaque loquacitate, sed vera sola ac nihil ficta doctrina, sicque statim et ex tempore altam eam distinguere vocem incipiam.

(12) Opuscula varia Abucaræ, et de Christianorum hæresibus sunt in cod. Escorialensi. V. Puer in *Itinerario per Hispan.* p. 191. Com. Montlauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 624 B, accp. 706 D. In duobus codd. bibl. Sfortianæ Abucaræ dialogus, in quo demonstrat stylogismus Deum esse: atque aliæ varizæ responsiones ad questiones Arithum, scil. Saracenorum et Nestorianorum. — Vindobon. in codd. Casar. V. Lambec. cum Kollar. not. 5, p. 168, et VII p. 135 seqq. atque p. 289 seqq. — Paris. in cod. 1501 sunt, secundum Fabric. ordinem n. 1, 5, 6, 7, 9, 11, 14, 16, 23, 25, 31, cum Colloquium de Christiana religione et Mosaica lege; item Responsio ad quendam questionem, et Dialogus mundum edius, quæ ostenditur Christi hypostasin in passione solutam non esse. In cod. 1111 sunt ejusd. opusc. quæ a Fabricio notantur, n. 2, 3 (qui dialogus est quoque in cod. 1258), n. 5, 6, 7, 10 (et in cod. 1572, n. 18 (ex *Disputationibus adversus Saracenos, referente Jo. Diacono*), n. 20, 22, 25; tum n. 14, 16, 17, item *Interrogatio a Saraceno quodam adversus Christianam religionem proposita*, et tertius, hæcenus ineditus *Dialogus cum Nestoriano*. In utroque cod. colloquium *De non comedenda sulla monachi*: sunt in codd. Bavar. (ex quibus ediderat opuscula Gretserus), 76 et 104. Singula quæ in illis extant, distincte sciteque recenset cel. Hardt. in *Arctii Beyträgen*, etc., 1804, part. III, pag. 14 seqq. et 27 seqq. et part. VII, p. 4 seqq. Multi Abucaræ libelli sunt in cod. Mosquensi synod. 32, quos recenset Matthæi in Notitia codd. Gr. Mosq. p. 231 seqq. ed. in-8. Hant.

Ἀκεφάλων, Σευηριανῶν ἦττον Ἰακωβιτῶν ψυχοφθόρου αἰρέσεως. *Explanatio vocum* (15), quibus philosophi utuntur, et consuetio hæresis Acephalorum, Severianorum, id est Jacobitarum, p. 351. Incipit : Τοῖς τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἐρασταῖς τε καὶ προσηπισταῖς. Vertit Turrianus. [In cod. Vindob. 77. V. Kollar. l. modo citato, et Mosquæ in cod. synodali 32. Vid. Matthæi Notit. p. 291. n. 6, in-8. HARL.]

III. Διάλογος γενόμενος πρὸς τὸν τοῦ δρόμου (14) Ἐμέσης (λογοθέτην) αἰτησάμενον ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀπολογισμοῦ ὅτι ἔστι Θεός. *Dialogus cum præfecto cursus publici Emeseno qui petierat ut ratiocinatione demonstraret, Deum esse*, pag. 364. Incipit : Ἀπόδος, ὦ οὗτος, ἀπόδειξιν. Verterunt Genebrardus et Turrianus. De ms. Cæsareo vide Lambecium, V, p. 78 [p. 168, n. 7, ed. Kollar. et VII, p. 289, notante Koll.].

IV. Ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὁρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν. *Epistola continens de Christo fidem orthodoxam Chalcedonensis concilii, missa a B Thoma patriarcha Hierosolymitano ad hæreticos in Armenia, Arabice vero dictata* (ἀπαγορευθεῖσα Ἀραβιστὶ) a Theodoro Abucara, et in Græcum sermonem translata a Michaele presbytero et syncello Ecclesiæ Hierosolymitanæ, pag. 371. Incipit : Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. De ms. Cæsareo vide Lambec. V, p. 13 [p. 33, n. 2; et VII, p. 290 seq. Kollar., Mosquæ in cod. syn. 32. V. Matthæi Notit. p. 291, n. 4, ed. in-8]. Vertit Turrianus.

V. Responso brevis ad quæstionem, Διὰ τί λέγομεν ὅτι, etc. *Quare, sicut dicimus, humanitas Christi est ipsa humanitas Petri et Pauli, et uniuscujusque hominis, non sic dicimus, corpus Christi, quod sumimus et participamus, idem est Petri et Pauli et cuiusvis corpus?* pag. 381. Etiam hoc memorat ms. Lambec. V, p. 78 (15). Vertit Turrianus.

VI. Παράδειγμα. *Exemplum quo ostenditur quomodo macula peccati Adami, et per incarnationem Salvatoris nostri, expiatio ad universum genus humanum pervaserit.* Vertit Turrianus, p. 382. Incipit : Φαὸν οἱ γεηρόνοι, sive, ut in ms. Cæsareo apud Lambecium [V, p. 169, n. 9; et VII, p. 290, adnot. Kollar.], οἱ γεωργικοί.

4. VII. Περὶ τῆς πάλης τοῦ Χριστοῦ μετὰ διαβόλου. *Dialogus De luctatione Christi cum diabolo.* Incipit pag. 382. Χριστὸς Θεὸς ὢν καὶ πρὸς τὸν διάβολον παλαίσας. Verterunt Turrianus et Genebrardus. Ms. Græce Lambec. V, pag. 78 [pag. 169, 10; et VII, pag. 291 Kollar.].

5. VIII. Ἐρώτησις Ἀράβων πρὸς Χριστιανόν. *Interrogatio Arabum contra Christianum*, pag. 385. Incipit : Εἰπέ μοι, Χριστὸς Θεὸς σοῦ ἔστιν. Vertit Turrianus, itemque Genebrardus. [In cod. Vindob. ap. Kollar. ad Lambec. VII, p. 291.]

7. IX. Ἐρώτησις Ἀγαρηνοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. *Quæstio, ab Agareno eidem Christiano proposita*, pag. 385. Incipit : Εἰπέ μοι, οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστόν. Verterunt Turrianus et Genebrardus. [V. Kollar. ad Lambec. l. c.]

7. X. Πρὸς Ἰουδαῖον. *Adversus Judæum dissertatio*, p. 386. Incipit : Ὁ Ἰουδαῖος, Ἐγὼ σοι, φησίν. [V. Kollar. l. c.] Vertit præter Genebrardum Turrianus.

9. XI. Πρὸς Νεστοριανόν. *Adversus Nestorianum*, de eo, Matth. xxviii, 18 : *Data est mihi omnis potestas*, p. 389. Vertit Turrianus et Genebrardus.

XII. Ἐρώτησις πρὸς Νεστοριανόν. *Interrogatio contra Nestorianum*, p. 389. Incipit : Τίς τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. Vertit Turrianus.

11. XIII. Ἐρώτησις. *Interrogatio altera adversus Nestorianum.* Incipit : Τέσσαρά εἰσιν τὰ τοῦ Χριστοῦ. Verterunt Turrianus et Genebrardus.

12. XIV. Διάλογος πρὸς Νεστοριανόν. *Dialogus cum Nestoriano.* Incipit : Διὰ τί Θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὀνομάζετε; Vertit Turrianus, p. 390 [Quinque libelli Abucaræ contra Nestorianos sunt in cod. Vindob. 77 notante Koll. ad Lambec. VII, p. 291 seq. HARL.]; itemque Genebrardus.

XV. Πρὸς Νεστοριανόν. *Ad Nestorianum*, p. 391. Incipit : Διὰ τί λέγεται ὁ Χριστὸς Χριστός; Vertit Turrianus.

2. XVI. Ἐρώτησις ἀπίστου. *Quæstio ab infideli Abucaræ proposita*, p. 392. Incipit : Οὐχί, φησίν, ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ τὸν Θεὸν εἶναι λέγεται. Vertit Turrianus, et Genebrardus. [V. Kollar. ad Lambec. VII, p. 157 et 291.]

XVII. Ἡρωτήθη παρὰ πιστοῦ (16), πῶς τοῦ Χριστοῦ τρανῶς ἀποφνημαμένου, etc. *Quæstio a fidei proposita, quomodo, cum Christus clare pronuntiet* (Joan. iii, 5) *Qui non est natus ex aqua et Spiritu sancto non intrabit in regnum cælorum : > fieri potest, ut qui ante adventum ejus fuerunt justii, non baptizati in id ingrediantur?* Vertit Turrianus. Incipit : Ὅτι ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἐχείνων ἐβαπτίσθη, pag. 395. Abucara

(13) Distinguit Theodorus inter vocabula philosophice accepta et logice. Φιλοσοφικὰ ὀνόματα appellat, quæ rem ipsam denotant, ut sunt, *Petrus, homo, animal*; λογικά, quæ conceptionem logicam, ut individuum, *persona, species, genus, natura*, etc. Sic, opusc. XXVIII, pag. 514, distinguit inter κατηγορούμενα οὐσιωδῶς et ἐπουσιωδῶς.

(14) Est quoque *Mosquæ* in cod. synod. 32, n. 7. V. Matthæi in Notit. codd. mss. Gr. Mosq. p. 291, ed. in-8. Is vero loco δρόμου conjicit ἕρόνου, et

accipit de sede episcopali, seu de episcopo Emesæ. HARL.

(15) In ed. Kollar. p. 168, n. 8, it. notante Kollar. vol. VII, p. 289, n. 7 de cod. 77, in quo etiam est quæstio Abucaræ proposita : in it. *Πολὴ δικαιοσύνη, δέκτα, ἢ πεντήκοντα χρόνους.* HARL.

(16) Ita codex Bavaricus. Greterio teste. [Et in cod. Vindob. 77 notante Kollar. ad Lambec. VII, pag. 292. HARL.] Αἱ. παρ' ἀπίστου.

respondet, Christum pro illis baptizatum esse, et aquam e latere Christi fluentem eos sanctificasse. Quam ipsius responsionem singulari diatriba ad examen revocavit B. D. Thomas Illigius, *De baptismo fidelium ante Christi adventum defunctorum per aquam que ex ejus latere fluxit*, Lipsiæ 1698, 4, atque in Eusebio ejus dissertationum ibid. 1702, 8.

XVIII. Ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαρράκηνους ἀντιρρήσεων, διὰ ζωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. *Ex concertationibus cum Sarracenis, ex ore Joannis Damasceni*. Hoc opusculum Græce et Latine primus edidit Michael Lequien Paris. 1712, tom. I Operum Jo. Damasceni pag. 473 (17). Nam Gretserus tantum ediderat pag. 394 ex versione Turriani, cum græcum in codicibus Bavaricis non reperisset. Incipit : Ἐπεὶ μοι, ὡ ἐπίσκοπε, [V. supra not. mm. ad vol. VIII, p. 86 ; et IX, p. 709, n. 8. HARL.]

XIX. Ὅτι ὁ Μωάμεθ (18) οὐκ ἔστι ἐκ τοῦ Θεοῦ. *Mahometem non esse ex Deo*, pag. 394. Incipit : Ἐδοξέως τῶν Σαρράκηνων ὑποκριταίς. Vertit Jacobus Gretserus.

XX. Ὅτι ὁ Μωάμεθ ἐχθρὸς ἦν τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπὸ δαίμονος ἐνωχλεῖτο. *Quod Mahometus fuerit hostis Dei et a demone obsessus*, p. 395. Incipit : Εἰ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανὸν κτίσεως. Vertit Gretserus.

XXI. Ἐρώτησις ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἐλαττόνων κηρύγματος βεβαιούται τὸ Χριστιανῶν δόγμα. *Dogma ad confirmationem Christianismi ex vocibus humilibus et abjectis prædicationis Evangelii*, pag. 396. Vertit Turrianus. Incipit : Τῶν ἄλλοτρίων Σαρράκηνων.

XXII. Τὸν εὐλογοῦμενον ἄρτον εἶναι σῶμα Χριστοῦ. *Dialogus cum Sarraceno, ostendens panem mystica benedictione fieri corpus Christi*, pag. 400. Vertit Turrianus. Incipit : Διὰ τί, ἐπίσκοπε, ἐμπάσκει ἑστίς. FABR. Idem Fabric. noster in *Delectu argumentorum et syllab. scriptor. qui veritatem religionis Christianæ asseruerunt*, pag. 119 seq. hæc, quæ sequuntur, addidit : « Opusculum XXII constituit partem priorum Disceptionum, quam diu post cum Ahmede Sarraceno a. 1050 habuisse fertur Samonas, archiepiscopus Gazensis, ut notatum a Michaele Lequien. ad Damascenum tom. I, p. 655. Illum Samonam Nicolaus Comnenus Papadopoli p. 407, prænotionum mystagogicarum martyrem appellat. Illa cum Ahmede discipulatio de veritate corporis et sanguinis Christi Græce sub Samonæ nomine prodit una cum liturgiis SS. Jacobi, Basillii, Chrysostomi p. 453, Paris. 1560 fol. Latine in liturgiis SS. Patrum ex Claude de Sanctes edit. p. 79, Antwerp. 1562, 8, et in *Bibliotheca Patrum* ed. Lugdun. tom. XVIII, pag. 577. Græce et Lat. in *Auctario Duceano*, tom. II, p. 277 ; et in *Biblioth. Patrum*, Paris. 1644, 1654, tom. XII, p. 522-526. » Hactenus Fabric. Tum breviter recenset alia ex Theodori opusculis, quæ spectant ad vindictas doctrinæ Christianæ. HARL.

10. XXIII. Ὅτι ὁ Χριστὸς γεγωνῶς ἀνθρώπος, Θεὸς ἀληθινὸς ἔστιν. *Quod Christus homo factus sit simul verus Deus*, p. 401. Vertit Genebrardus. Incipit : Ὁ Χριστὸς εἶπεν ὅτι οὐ δύναται ὁ υἱὸς.

XXIV. Περὶ μονογαμίας. *De una uxore ducenda*, p. 401. Incipit : Πῶθεν ὑμῖν, ὡ ἐπίσκοπε, φαίνεται ἡ μονογαμία. Vertit Turrianus.

5. XXV. Ἀπόδειξις ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς Υἱὸν ἑμοούσιον, συνάναρχόν τε καὶ συναίδιον. *Demonstratio, quod Deus habeat Filium consubstantialem, ut ipse carentem principio et coæternum*. Hoc opusculum primus Græce et Latine edidit Jo. Baptista Cotelerius ad lib. v *Constitutionum apostol. cap. 7*, tom. I *Patrum apostol.* pag. 307. Nam Gretserus tantum Latine p. 403 ex Turriani versione dederat. Incipit : Τῶν ἀποστόλων τὸ φρόνημα. Vertit etiam Genebrardus.

XXVI. Διάλεξις ἀποδεικνύουσα ὅτι ὁ Πατὴρ ἀεὶ γεννᾷ, ὁ δὲ Υἱὸς ἀεὶ γεννᾶται. *Dialogus demonstrans quod Pater semper generat, Filius autem semper generatur*, p. 404. In altero codice Bavarico perperam tribuitur Theodoro presbytero τῆς Ἐφέσου Incipit : Πότερόν σοι δοκεῖ ; Vertit Turrianus. FABR. Vindob. in cod. 26, adnotante Kollario ad Lambec. VII, p. 156. — In Cod. Taurin. 316, est hoc et sequens opusculum. V. Cat. codd. Gr. Taurin. p. 595. HARL.

XXVII. Περὶ Θεοῦ ὀνομάτων. *De nominibus Dei*, p. 406, cum Turriani versione, quam perinde, ut dixerim, quæ sequuntur, opusculorum vulgaverat H. Canisius, tom. IV *Antiquæ lect.* retuleratque ad Theodorum Hagiopolitanum. Incipit : Τῷ Θεῷ ὄνομα τίνος ἐνεργείας εἴρηται ; Theodorum τῶν Ἀβουαζῶν ἐν τοῖς περὶ θεῶν ὀνομάτων λόγοις αὐτοῦ citat Jo. Voeccus in *Allatii Græc. Orthod.* tom. II, pag. 244. FABR. — Exstat Vindobonæ in codd. Cesar. 26 et 77, observante Kollar. de utroque codice ad Lambec. VII, p. 163 et 292. — In bibl. Vaticana, in cod. reginæ quondam Sueciæ, n. 1095, et in cod. Sfortiano, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 57 A, et 707 B. Add. Molleri Homonymoscopia p. 521. HARL.

XXVIII. Διάλεξις αἰρετικῶν πρὸς ὀρθόδοξον περὶ Θεοῦ καὶ θεότητος. *Dialogus hæretici et orthodoxi de Deo et deitate*, p. 407. Incipit : Πότερόν σοι δοκεῖ ; ταυτὸν ἔστι Θεός. Vertit Turrianus, sed ita ut postremam partem, quam ex codice Bavarico addidit vertitque Gretserus, ignoraret. FABR. N. 28, 29, 50 51, 54, 42, sunt in cod. Vindobon. 26, notante Kollario ad Lambec. VII, pag. 153 seq. HARL.

XXIX. Διάλεξις πρὸς Νεστοριανόν. *Cum Nestoriano disputatio*, p. 412. Incipit : Ἴδοὺ πάρεστιν ἄπο. Vertit Turrianus.

XXX. Διάλεξις πρὸς Ἰακωβίτην. *Disputatio cum Jacobita*, p. 414. Incipit : Πότερόν σοι δοκεῖ, ὁ Χριστὸς Θεός ; Vertit Turrianus.

(17) Exstat inter Opera S. Joannis Damasceni hujus Patrologiæ t. XCIV, col. 1595.

(18) In cod. cit. Mosquen-ii 32, legitur : μετὰ V. Matthæi l. c. p. 293, n. 21. HARL.

14. XXXI. Ἐρώτησις Ὀριγενιαστῶν πρὸς πιστὸν, p. 415. Incipit : *Quæstio quam Origenista fidei proponit.* Vertit Genebrardus. Incipit : Ποία δικαιοσύνη, δέκα ἢ πενήτηντα χρόνους ἀμαρτήσαντός τινος.

6. XXXII. Contra Sarracenos Theopaschitas p. 415 ex Genebrardi versione ; Græca enim Gretserus non reperit. Incipit : *Alto in conventu Sarracenus.*

13. XXXIII. Διάλογος πρὸς Νεστοριανόν, p. 416. *Dialogus cum Nestoriano.* Incipit : Εἰπέ μοι, τὸ Χριστὸς ὄνομα. Vertit Genebrardus.

XXXIV. Περὶ χρόνου. *Tempus an sit in tempore?* pag. 417. Incipit : Ὁ χρόνος ἐν χρόνῳ ἢ οὐκ ἐν χρόνῳ. Vertit Jacobus Gretserus.

XXXV. Ἐρώτησις. *Disceptatio cum Sarraceno De auctore boni et mali,* p. 418. Incipit : Τίνα λέγεις αἴτιον καλοῦ τε καὶ κακοῦ ; Vertit Gretserus.

XXXVI. Ἐρώτησις. *verbum Dei num creatum, an increatum?* p. 420. Incipit : Τὰ λόγια Κυρίου κτιστὰ εἰσιν ἢ ἀκτιστὰ. Vertit Gretserus. Idem in controversiam vocatum nestra pta:e. Vide Georgii Nitschii *Beantwortung der Frage : Ob die Heilige Schrift Gott selbst sey?* Gothæ, 1714, 4.

XXXVII. Ἐρώτησις, *quæstio duplex, una De Maria Θεοτόκῳ, vivatne, an mortua sit ; altera : Num Deus etiamnum creet?* pag. 421. Incipit : Ἦν λέγεται Θεοτόκον, ἀπέθανεν ἢ ζῆ. Vertit Gretserus.

XXXVIII. Ἐρώτησις, *uter major, sanctificans (Joannes Baptista) an sanctificatus?* p. 422. Τίς ἐστὶ παρὰ τοῖς μελζῶν. Vertit Gretserus.

XXXIX. Πρὸς τινα ἐρωτήσαντα αὐτόν. *Ad aliquem, qui percontatus fuerat de distinctione mundorum et immundorum esulentorum, quatenus illa in Novo Testamento observaretur?* Incipit : Εἰ ἀποχὴν καὶ μετάληψιν ἀκαθάρτων. Vertit Gretserus. Subjicitur p. 422. Scholion Arethæ de eodem argumento, ἄλλως, Ἀρέθα, notatque Gretserus, se in altero Bavarico codice aliquoties dissertatiunculis Abucaræ hoc pacto subnotata quædam reperisse : et ascripsisse quoque ad oram suæ versionis aliquot hujusmodi scholia Arethæ episcopi Turriani, illius, ut videtur Arethæ, sæculo decimo clari, de quo dixi volumine VII, p. 491 seq. [vol. VIII, p. 698 seq. nov. ed.

XL. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Θεοδώρου ἐπισκόπου Καρῶν περὶ τοῦ Ἀδάμ. *Photii excerptum ex eodem Theodoro episcopo Carrarum, de Adami corpore an passibile?* p. 423. Incipit : Χρὴ εἰδέναι. Vertit Gretserus.

XLI. Τί ἐστὶ θάνατος ; καὶ πῶς θανατοῦται ὁ θάνατος ; (δοξάζει γὰρ καὶ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία,) καὶ ἰδοὺ ἀποθνῆσκομεν. *Quid sit mors, et quomodo mors morti dedatur (nam et hoc docet Ecclesia) et ecce morimur,* p. 424. Incipit : Θάνατος οὕτε οὐσία ἐστίν. Vertit Gretserus.

XLII. Σύντομος διδασκαλία περὶ θείων ὀνομάτων, τῶν τε κοινῶν Τριάδος, καὶ τῶν ἰδικῶν ἐκάστου τῆς Τριάδος. *Brevis doctrina de divinis nominibus, tam communibus sanctissimæ Trinitatis, quam propriis cujusque personæ.* p. 524. Incipit : Ἔστι ὀνόματα κοινὰ διὰ τῆς ἀγίας Τριάδος διήκοντα. Vertit Gretserus.

Hæc opuscula XLII ad calcem *Hodegi Anastasiani* utraque lingua primus Ingolstadii edidit Jacobus Gretserus S. I. 1603 (19), unde recusa sunt Latine quidem in *Bibliotheca Patrum*, edit. Coloniensis a. 1618, tomo IX ; et Lugdunensis a. 1677, tomo XVI. Græce et Latine vero in *Auctario Ducæano*, Paris 1624, tomo I, et in *Bibliotheca Patrum* Paris. 1644 et 1654, tomo XI. Ex illis XLII opusculis Gilbertus Genebrardus Latine verterat hæc quindecim, quæ cum Gretseriana editione sic licebit conferre :

Genebr. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15.

Gretser. III, XVI, VIII, VII, XXV, XXXII, IX, X, XI, XXIII, XIII, XIV, XXXIII, XXXI, I.

Exstant ex Genebrardi versione in *Bibliotheca Patrum* Parisiensi a. 1575, tomo V, et a. 1579 [1589, in Cat. bibl. Leidens. p. 25.] tomo IV. Etiam tria ex his opusculis Latine, Francisco Turriano interprete, in lucem emiserat H. Canisius tomo IV, *Antiquæ lectionis*, nimirum XXVII, XXVIII et XXIX, Ingolstad. 1603, 4 ; recusa in *Bibliothecæ Patrum* Coloniensis Supplemento sive tomo XV, a. 1622 vulgato, et in Parisiensi a. 1654, tomo IV. His denique accedit :

XLIII. Περὶ ἐνώσεως καὶ σαρκώσεως, καὶ ὅτι ἡ μὲν ὑπόστασις ἐσαρκώθη, ἡ δὲ φύσις τῆς Θεότητος ἠνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐν ὑποστάσει τοῦ Θεοῦ Λόγου. *De unione et incarnatione, quodque persona fuerit incarnata. Divina autem natura humanæ unita in persona Dei Verbi.* Hoc opusculum ex ms. Bodleiano primus edidit, Latinamque versionem adjunxit Andreas Arnoldus Norimbergensis, Paris. 1685, 8, ad calcem Syntagmatis doctrinæ ad clericos et laicos sub sancti Athanasii nomine, et Valentiniani ac Marciani imp. epistolarum binarum ad Leonem M. Incipit : Ἡ μὲν σάρκωσις ἐστὶν ἐνανθρώπησις. Idem opusculum ms. in bibl. Cæsarea memoratur a Lambecio, V, p. 78. Fabr. s. p. 169, n. 11, ed. Koll., item in cod. Mosquensi synod. 32. V. Matthæi Notit. cit. p. 291, n. 5. — Iterum editum est illud opus. ex cod. Bodlei Gr. ac Lat. in nova edit. Henr. Canisii *Lect. ant.* tom. II, part. II, p. 473 seqq. ed. Basnag. HARL.

II. EX ANG. MAI Bibl. Nov. t. VI, p. 169.

Theodorum Abucaram Carorum episcopum Turrianus aliquoties Damasceni discipulum nominat, cui probabilitatem conciliat illud in titulo dissertationis decimæ octavæ διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ.

(19) Et in Gretseri Operib. Ratisbon. 1741, t. XV, p. 542. HARL.

Significat enim ea, quæ in dicta disputatione adversus Saracenos disseruntur, ex ore dictantis Damasceni excepiisse. Turriano non assentitur Gretserus, arbitraturque Theodorum Abucaram alium non fuisse, quam illum qui cum Photianas partes contra Ignatium secutus fuisset, atque adeo una cum Zacharia Chalcedonensi, pro Photio ad Ludovicum secundum imperatorem Francorumque regem legationem obiisset, ut in vita Ignatii testatur Nicetas, postea Photii fraudibus in apertum prolatis, vela retrorsum vertit, et in octava synodo œumenica admissi piaculi veniam impetravit, prout secunda et quarta ejusdem concilii actio nos docent; pro quo etiam apud Adrianum summum pontificem intercessit Ignatius, ut pristino honori ac muneri restitueretur: quod item fecerunt tres imperatores Basilius Constantinus, ac Leo in litteris ad eundem Romanæ Ecclesiæ antistitem, qui Theodorum insigni eucunionem decoravit, cum hominem Ecclesiæ valde utilem appellare voluerunt, idque propter eximiam eruditionem, qua instructus cum hæreticis, Judæis, et Mahometanis animose congredebatur, quorum ingenia in Caria tum multitudo, ut et Laodiceæ, quo Theodorum translatum Nicetas scribit. Cum ergo Nicetas, et octava synodus Theodorum illum nominent Carix episcopum et metropolitam, ut et Ignatius, et imperatores in epistolis ad Adrianum pontificem, et hic Abucara Carix præsul fuerit, neque ratio temporis obstat, in eam sententiam devenit ut sibi persuadeat, alium dissertationum auctorem non fuisse, quam illum Theodorum Carix antistitem, qui sub Basilio Macedone, temporibus octavæ synodi, doctrina nominisque celebritate claruit. Et cum a secunda synodo Nicæna anno Domini 787, celebrata, usque ad octavam synodum, quæ habita est anno 869, anni octoginta duo interfuxerint, Joannes vero Damascenus, ut perisquis chronologiæ non imperitis placet, ante septimam synodum supremum diem obiit, alterutrum necessario ascendendum esset, aut Abucaram ferme adhuc puerum Damasceno operam dedisse, aut octogesimum ætatis annum longe transcendisse, quando Constantinopoli œumenica synodus octava coacta fuit; nisi quis Damasceni vitam ultra septimam synodum proferre velit. Et hæc quidem Gretserus ad Antonium Velsorum, quæ non tanti mihi videntur, ut a sententia nos Turiani retrahant. Namque Theodorum hunc Abucaram non omnes codices manuscripti faciunt Καρῶν, Carum, episcopum, sive Carix, sed quidam ita efferunt, quidam immutatione non levi litterarum Καρῶν exprimunt, ut præter alios videre est in codice Vaticano 492, p. 193, quæ longe est diversa a Caria. Et quamvis ætate Basilio Macedonis et Photii, Carix episcopum variis disciplinis instructus, non erat Ecclesiæ inutilis, non inde tamen sequitur eum solum fuisse istiusmodi conditionis, alios nihil valuisse. Et quamvis ratione iste vir puer sapere potuisset, ut quæ de rebus difficillimis dictaret Damascenus, ipse scripto exciperet? Studia illa tam seria statum alium, et solidiorem mentis firmitatem exposcunt. Certum enim est apud sensatos viros, planeque ex concilio septimo constat, Damascenum ante celebratum illud concilium mortem obiisse. Sed quoniam hæc minutiora non nemini videri possunt, quis vel parum sanus negaverit, Abucaram hunc Theodorum una simul floruisse cum Thoma Hierosolymitano, qui paulo post septimum concilium illi Ecclesiæ præfuit? Idque ex ipsis opusculis a Gretsero publicatis addisco evidentissime. Quartus enim titulus ita se habet in codice meo: Ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα θωμᾶ πατριάρχου Ἱεροσολύμων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἀρμενίαν αἰρετικίζοντας, Ἀραβιστὴ μὲν ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ τοῦ Καρῶν ἐπισκόπου ὑπαγορευθεῖσα, διὰ δὲ Μιχαὴλ ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου πρεσβυτέρου καὶ συγγέλλου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων μεταφρασθεῖσα, μεθ' οὗ καὶ ἀπέσταλται. *Epistola continens fidem rectam atque inculpatam, missa a beatissimo Thoma patriarcha Hierosolymitano ad Hæreticos in Armeniam, Arabice dictata a Theodoro cognomento Abucara episcopo Carorum, et a me minime presbytero Michaels et synello Ecclesiæ Hierosolymitane in Græcum sermonem translata, per quem et missa est.* Si sub Thoma jam perfectus ætate, ut verosimile est, et conspicui nominis doctor dogmata catholica hæreticis pandit, quæ tanti æstimantur, ut in alias quoque versa linguas legenda aliis atque aliis transmittantur, qua ratione sub Constantino adhuc vegeta ætate florere dici poterit? Adde in meo manuscripto multa in margine adnotata esse scholia, quæ auctorem præ se ferunt Aretham, quem æqualem aliqui Photio faciunt. Hinc argumentari licet Abucaram esse antiquiorem. Quare assentior Turriano, iisdem cum Damasceno temporibus hunc Abucaram vixisse, et ab eo multa sibi hausisse.

Hujus opuscula contra varios infideles Arabas, Agarenos, Trithēitas, Theopaschitas, Nestorianos, Jacobitas, Monophysitas, Judæos, nec non Origenistas, interpretibus Francisco Turriano, et Jacobo Gretsero, Græce et Latine Ingolstadii edita sunt, ex typographia Adami Sertorii anno 1606, et antea edita fuerant in *Bibliotheca veterum Patrum* secundæ editionis tomo IV, Latinitate donata a Generalardo, passimque manuscripta inveniuntur in bibliothecis Italicis, ex quibus possent edi correctiora atque auctiora, et potissimum ex meo codice. In bibliotheca Bavarica num. 16, notantur: *Theodori episcopi Carix cognomento Abucaræ Dialogus, quo demonstrat esse Deum. Ejusdem de variis capitibus Quæstiones et Responsiones. Epistola Thomæ patriarchæ Hierosolymitani ad Armenos hæreticos. Collectanea Theodori episcopi Carix de variis capitibus contra Severianos, et Acephalos, et contra Manicheos.* Et cod. 175. *Theodori episcopi Carix cognomento Abucaræ opuscula, de Dei nominibus. Patrem semper generare, Filium semper generari. Dialogus cum Nestorianis. Dialogus cum Jacobita. Quæ sit maxime propria differentia. De tempore. Brevis doctrina de divinis nominibus, cum toti Trinitati communibus, tum propriis singularum personarum. Quæstiones Origenistarum propositæ, earumque solutiones.* Et in bibliotheca Regia Scoriæ, ut notat index ms. *Theodori Abucaræ Carixensis episcopi, de nominibus*

Dei. Quod semper generat. Eiusdem adversus Nestorianum, et Jacobitam. De differentia. De tempore. De Trinitate et proprietatibus personarum. Explicatio numerorum dubiorum. Interrogatio Origenistæ ad fidelem. Responsio ad infidelem. Musices opus. De analogiis seu proportionibus. Synopticum Syntagma philosophiæ. Epitomatores Gesneriani, quod unius est, in tres dividunt. Theodori episcopi contra Arabes, et contra Acephalos disputationes religiosæ, in 4. ms. In bibliotheca Imperatoris Vindobonæ Theodori episcopi Charran cognomento Abucaræ cum infidelis (fortasse colloquium) de orthodoxa fide. Interrogatio Arabum ad Christianum, et aliorum ad eundem, Græce exstant in Italia. Theodori philosophi dialexis cum Nestoriano, et alia dialexis eiusdem, exstant in Italia.

III. Ex GALLAND. Vet. Patrum Biblioth. t. XIII, p. 10.

Arabica, vel Syriaca voce sic dictus est Theodorus noster, quasi *Abu Cara*, hoc est, Pater sive episcopus Caræ, quæ ipsamet videtur civitas trans Jordanem posita in Palæstina, quam Scripturæ *Charan* sive *Haran* appellare censentur, cujus proinde Theodorus episcopus fuerit. Hoc tamen argumentum Lequienti (20) tanti non est apud Fabricium (21). Alii Charræ in Mesopotamia episcopum faciunt, ut Cotelarius, Turrianus, Itigius alique. Discipulus et auditor fuit Joannis Damasceni. Quare et illud usurpat, a voce domini Joannis se accepisse (22), ac sæpe etiam verba utriusque conveniunt. Floruit circa annum 770. Nonnulli Theodorum nostrum confundunt cum Theodoro Carizæ Photii amico (22), qui in synodo VIII, an. 869, Ignatii partes secutus est: alii cum Theodoro Rhaituensi, qui floruit circa an. 660, cum Antiocheno item sive Hagiopolitano. Sed ab his omnino esse distinguendum evincit Fabricius loco citato. Tria et xl ejus opuscula circumferuntur, a Gretsero edita fere universa. Ex his delegimus tractatum *De unione et incarnatione*, quem primus edidit Græce et Latine ex MS. Bolleiano Andreas Arnoldus Norimbergensis (24), qui idem in *Cæsarea bibliotheca* memoratur a Lambeccio. Consulendus etiam de nostro Theodoro Cotelarius (25).

(20) Damasc. t. I, p. 391.

(21) *Bibl. Gr.* tom. IX, p. 176.

(22) Theodor. Opusc. 18, 35, 37, etc.

(23) Confer. Cavæum ad an. 867.

(24) Parisiis an. 1685.

(25) Ad Homil. Clement. V, c. 23, n. 4. App. PP. 1, 669.

ADMODUM REVERENDO ET NOBILI DOMINO

ANTONIO VELSERO

SS. THEOLOGIE DOCTORI,

CATHEDRALIS ECCLESIAE FRISINGENSIS CANONICO, PRÆPOSITO SPALTENSI,

OPTIMO ET ERUDITISSIMO VIRO

JACOBUS GRETSERUS SOCIETATIS JESU S. D.

Mitto ad te, admodum Reverende et clarissime Domine Doctor, Theodorum cognomento Abucaræ, opus nec novum, neque antiquum; sed, si novato vocabulo uti licet, νεοπαλαιον, novantiquum. Antiquum est, quia jam olim doctissimus Genebrardus quindecim hujus auctoris Dissertationes Latinitate abs se donatas publici juris fecit; quæ etiam in tomum IV *Bibliothecæ sanctorum Patrum* relatæ sunt. Novum est, quia Græce, quod mihi liqueat, jam primum prodit. Novum, quia nova partim Turriani nostri, partim mea interpretatione vestitum, lucem aspicit. Novum, quia duplo propemodum auctius, quam antea dias sub luminis auras et oras sese effert; quod bibliothecæ Bavaricæ in acceptis referendum est, ex cujus duobus manuscriptis codicibus hactenus inedita edenda, Græca exscribenda, inque Latinum sermonem convertenda curavimus. Hoc laboris, quodcumque id est, libenter cepi, præcipue, propter ipsum Abucaræ, quia doctus est, argutus, elegans, invictusque monstrorum domitor, dignus legi, hoc potissimum ævo, similium portentorum feracissimo. Deinde adjungendus fuit Anastasio Sinaitæ (26) comes, ne solus Latinum, ignotum sibi orbem, peragraret. Quis autem aptior comes, quam Abucaræ, contra eosdem cum Anastasio hostes Christique osores viriliter dimicans, et brevia quidem, sed sanguinem elicere nata spicula in impiorum catervas spargens? Tertio, dedi aliquid memoriæ Turriani, de Ecclesia Dei optime meriti, et in Græcorum monumentis versatissimi, cujus vel solum nomen non modo vivi, sed et ad meliorem vitam evocati, animo meo semper venerabile fuit. Indignum mihi videbatur, ut, quæ tanto studio conquisierat, et in Latinam linguam transtulerat, cum mortuo intermorerentur, et denuo tenebris occulerentur. Itaque,

(26) Cujus Ὁδῆρον, Quæstiones et Orat. de S. Synaxi, inseruimus tomo XIV. — Opera Anastasii Sinaitæ jam edidimus hujus Patrologiæ t. LXXXIX.

ut alias alia, ita jam hæc opuscula Abucaræ vulganda censui. Quis autem iste Abucaras fuerit, quo sæculo floruerit, non ego dicere; sed a te, Vir Clarissime, qui omnem antiquitatis memoriam pectore conclusam tenes, discere cupio. Turrianus aliquoties Damasceni discipulum nominat, cui probabilitatem conciliat illud dissertationis decimæ octavæ: Ἀδὰ φωνῆς Ἰωάννου δαμασκηνοῦ. Significat enim, Abucaram ea, quæ in illa disputatione adversus Saracenos disseruntur, ex ore dictantæ Damasceni exepisse: quo modo Leontius etiam Byzantinus litteris se mandasse profitetur Commentarium de rebus ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, ex ore Theodori religiosissimi abbatis. Haud gravate assentiret, nisi me conjectura alio raperet. Arbitror enim Theodorum nostrum Abucaram, alium non fuisse, quam illum, qui cum Photianas partes contra Ignatiun legitimum sedis Constantinopolitanæ præsullem secutus fuisset, atque adeo una cum Zacharia metropolitano Chalcedonensi pro Photio ad Ludovicum II imperatorem, Francorumque regem, legationem obiisset, ut in vita Ignatii testatur Nicetas, postea Photii fraudibus in apertum prolatis, vela retrorsum vertit, et in octava synodo œcumenica admissi piaculi veniam impetravit, prout secunda et quarta ejusdem concilii Actio nos docet; pro quo etiam apud Adrianum summum pontificem intercessit B. Ignatius, ut pristino honori et muneri restitueretur; quod item fecerunt tres imperatores Basilus, Constantinus, Leo, in litteris (27) ad eundem Romanæ Ecclesiæ antistitem, qui Theodorum insigni encomio decorarunt, cum *hominem Ecclesiæ valde utilem* appellare voluerunt. Qua de causa vero, nisi propter eximiam eruditionem, qua instructus cum hæreticis, Judæis et Mahometanis animose congregabatur? quorum ingens in Caria tum multitudo, ut et Laodiceæ, quo Theodorum translatum Nicetas scribit. Cum ergo Nicetas, et octava synodus Theodorum illum nomen Caricæ episcopum et metropolitani, ut et Ignatius et imperatores in epistolis ad Adrianum pontificem, noster autem Theodorus Caricæ præsul fuerit, neque temporis ratio obstat, in eam sententiam descendo, ut mihi persuadeam alium harum dissertationum auctorem non fuisse, quam illum Theodorum Caricæ antistitem, qui sub Basilio Macedone, temporibus octavæ synodi, doctrina non inique celebritate claruit. Cum autem a secunda synodo Nicæna, anno Domini 787 celebrata, usque ad octavam synodum, quæ habita est anno Redemptoris 869 anni octoginta duo interfluxerint, Joannes vero Damascenus, ut plerisque chronologiæ non imperitis placeat, ante septimam synodum supremum diem obierit, alterutrum necessario asserendum esset: aut Abucaram ferme adhuc puerum Damasceno operam dedisse, aut octogesimum ætatis annum longe transcendisse quando Constantinopoli œcumenica synodus, ordine octava, coacta fuit; nisi quis Damasceni vitam ultra septimam synodum proferre velit.

Verum hæc omnia tui judicii et arbitrii facio, eruditissime Domine, qui nodo huic facile vindicem reperies; cui Abucaram, quisquis tandem fuerit, et quocunque sæculo vitam agitarit, sacrum dicatumque volo, testem et indicem mei in te amoris, et singularis observantiæ. Occurrebat quidem ille apud Plutarchum versiculus.

Ὁ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πέντης,
Μὴ μ' ἀφρονα κρίνης, ἢ δίκους αἰτεῖν δοκῶ.

*Pauper ego cum sim, nolo diviti dare,
Ne videar amens, vel aliquid dans poscere.*

Sed vicit desiderium mei erga te affectus publice testandi. Nam simul atque cum Marco, fratre tuo, litteraria necessitudo ante complusculos annos mihi contracta est, tecum etiam contracta est; et quidem nexu firmo, nec ut voveo, dissolvendo. Et quamvis in te admirer ac suspiciam ea omnia ornamenta et decora, quibus virum ecclesiasticum insignitum nobilitatunque esse oportet; nescio tamen quo occulto illic mirifice me in tui cultum trahat incredibilis illa tua doctrinæ varietas, theologiæ, inquam, philosophiæ, et elegantioris litteraturæ scientia, linguarumque non modo Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, sed et Græcæ, et Latinæ, non illius, quæ et compita et pulpita jam obsidet, sed ejus, quæ prisci illi Quirites ust, peritia. Unde sit, ut æs nunquam melius utiliusque expositum insumptunque opineris, quam si in libros impendatur. Hinc bibliotheca illa tua omni voluminum genere instructissima et abundantissima. Quis vel apud ultimos Iberos bonæ probæque notæ auctor in publicum venit, qui per tot maris terrarumque spatia Frisingam pariter ad Museum tuum non veniat?

Laudat Agathias historicus Trallianam quandam mulierem, eamque fortunatam prædicat, quod quinque filios, eosque postea omnes doctissimos et celeberrimos progenerasset: Arthimesium mathematicum, Metrodorum grammaticum, Olympium jurisconsultum, Dioscorum et Alexandrum medicos. Hæc profecto laus in tuam domum stirpemque concinnius, quam in illam Tralliensem quadrat, in qua insignem πεντάδα selectissimorum fratrum cernere licet, litteris ita florentem, ut has solas tractare videatur, rursusque in negotiis, quæ ad Dicen et Themidem spectant, usque adeo excellentem, ut reliquis omnibus posthabitis, hoc unum duntaxat curæ cordique habere existimari queat. Nec pluribus te detineo. Tantum rogo, ut quia Anastasius, Marco, fratri tuo, Viro Amplissimo, inscriptus est; tu itidem nomen tuum, Abucaræ quasi postibus præfixum prænotatumque, æquo animo intuearis; huncque novum civem in bibliotheca et litteraria tua civitate, loco aliquo et statione digneris. Quamvis satius forte fuerit, non rogare; quia ut Ennodius Ticinensis scite alicubi ait: *Argumentum est nil merentis, diu rogare. Vale.*

Incolstadii x, Kalend. Martii. 1606.

(27) Exstant hæc litteræ in fine octavæ synodi, cit. Baron.

THEODORI ABUCARÆ

CARUM EPISCOPI.

CONTRA HÆRETICOS, JUDÆOS ET SARACENOS

VARIA OPUSCULA

NUNC PRIMUM GRÆCE ET LATINE EX SERENISSIMI UTRIUSQUE BAVARIÆ DUCIS MAXIMILIANI

BIBLIOTHECA IN LUCEM PROLATA.

(Interprelibus Fr. Tuzriano et J. Gretsero S. J.)

I.

Θεοδώρου ἐπικληρῆ Ἀβουκαρᾶ τῶν Καρῶν ἐπι- A 347 Theodori (28) cognomento Abucara episcopi
σκόπου γεγερότος, ὅτι πάντες ἐχθροὺς ἔχομεν, Carum, De quinque inimicis, a quibus nos Christus
ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐλυτρώσατο. Κατὰ παύ- homo factus liberavit. Per interrogationem, et
σιν, καὶ ἀπόκρισιν. responsonem.

A Christianus. B Infidelis.

A. Πέντε θανατηφόρους ἐχθροὺς ἔχομεν, ἐξ ὧν ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας ὁ Χριστὸς ἐλυτρώσατο.

B. Τίνες οὗτοι, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς ἐξ ἑκάστου λυτρώσεως, ἠδέως ἂν γνοίην, καὶ σου δυσωπητικῶς πυνθανομένου, καὶ φράσαι παρακαλῶ.

A. Ἐγὼ σοι φιλοπευστοῦντι τὸ ζητούμενον, ὡς ἂν οἶδς τε ὦ, τῷ λόγῳ διασαφήσω. Ἐκεῖνο δὲ μοι ἐπερωτῶν¹ σε, λέξον².

B. Ποῖον;

A. Φῆς, τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν μάτην τι καὶ εἰκῆ πράττειν, ἢ ἀποφαίνεσθαι;

B. Πῶς τοῦτο ἐπὶ Θεοῦ λέγειν εὐαγές, ὅπου γε οὐδὲ ἐπὶ τὸν σώφρονα λογισμὸν ἐχόντων καὶ ἀπερίττων ἀνθρώπων;

A. Ἦνίκα οὖν κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ παραβεβηκότος αὐτοῦ τὴν ἐντολὴν ἀπεφήνατο, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν διαμαρτυρίαν· « Ἡ δ' ἂν ἡμέρα φαγῆ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀπηγορευμένου, δῆλον, ὅτι ξύλου³, θανάτου ἀποθανῆ· » πῶς ἂν τὴν ἰδίαν ἠκώρωσεν ἀπόφασιν, μηδεὶς ἑτέρος γεγερότος λόγου δικαίως αὐτὴν λύοντος; Εἰ γὰρ κριτὴν ἐώρακας κρίσειν τινὰ κρίνοντα σήμερον, εἶτα αὐριον αὐτὴν καταργοῦντα· οὐκ ἂν αὐτὸν ὑπελήφας μαλινεσθαι; Πῶς οὖν ὁ Θεὸς τὴν πρῶτην αὐτοῦ κρίσιν ἀνέτρπεν καὶ ἀπόφασιν;

B. Εἶπε, πῶς. Συνιδεῖν γὰρ οὐκ ἔχω.

A. Τίς ἡ αἰτία τῆς τοῦ θανάτου κατακρίσεως;

B. Ἡ παρακοῆ δηλονότι.

A. Ὅσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἐνός ἀνθρώπου C

¹ Gen. iii, 19. ² Gen. ii, 17.

VARIAE LECTIONES.

¹ ἐπερωτῶντι. ² C B, λέξω. male. ³ Videtur legend. ξύλου, δῆλον, ὅτι.

NOTÆ.

(28) In aliis attribuitur Chrysostomo, sed falso.

A. Quinque nobis inimici sunt capitales, a quibus nos Christus homo factus liberavit.

B. Qui isti sint inimici, et quomodo ab unoquoque eorum liberati simus, libenter intelligerem; idque te reverenter interrogo, et ut explices, rogo:

A. Ego tibi cupide interroganti, et scire averti quantum consequi poterō, quod quæris, sermone explanabo. Sed illud primum mihi responde.

B. Quid?

A. Dicisne tu, Deum, qui omnia moderatur et regit, quidquam temere et frustra facere, aut dicere?

B. Quomodo hoc de Deo fas est dicere? quandoquidem nec in hominem sana mente præditum et cordatum cadere hoc decet.

A. Cum igitur Deus contra hominem, qui mandatum ejus transierat, « Terra es, et in terram ibis », pronuntiavit, sicut postulabat, quod prius eidem testatus fuerat, « Quocunque, inquit, die ex ligno interdicto comederis, morte morieris », quomodo sententiam suam irritam fecit, si nullum verbum aliud factum est, quo juste sit sententia illa abrogata? Si enim tu judicem vidisses, hodie judicium aliquod pronuntiare, et cras illud ipsum irritum facere, annon existimares insanire? Quomodo igitur illius primum judicium et sententiam abrogavit?

B. Dic, tu quomodo. Ego enim intelligentia comprehendere non possum.

A. Quæ fuit causa judicii de morte pronuntiat?

B. Non obedire.

A. Sicut igitur quia non obedivi unus ho-

Adam, mors ingressa est in mundum, et ita in omnes homines pervasit; sic per obedientiam unius hominis secundi Adam, Christi, juste mors destruetur; et vita introducetur.

B. Ante Christum igitur Abraham, et Isaac, et Jacob, Moyses, et Enoch, et Noe, nonne obedierunt Deo, et ei placuerunt?

A. Etsi placuisse Deo dicuntur, sic tamen, si cum reliquis hominibus conferantur; perfecte vero, et omnino peccati expers nemo, præter Christum. Omne autem peccatum, quodcumque sit, mortem inducit. Quod igitur ad rationem justitiæ attinet, ex quo obedivit Christus summa illa obedientia, et tentationes diaboli cunctas illa in eremo luctatione repulit, mortem dissolvit, et vitam per propriam obedientiam induxit.

B. Quid igitur opus fuit morte in cruce, post deletam damnationem mortis?

348 A. At remanebat diaboli in nos criminatio. An ignoras, factos nos fuisse illius servos, cum Deo non parvimus, et diabolo parvimus? Quid igitur, cedo, curaret ipse, quod mors eversa esset, si ipsius tyrannis et potestas remanebat? imo magis fortassis læstia exultasset, tamquam rex esset immortalium.

B. Rogo, ut doceas, quomodo facti fuimus servi diaboli.

A. Deus a principio, cum hominem finxit, et fortem et invictum fecit. Quare diabolus cum non posset suis illum viribus superare, essetque sapiens ad nocendum, fallaciam illi machinatus est, quousque per obedientiam voluntariam voluptate delinitum, nudavit eum gratia, quæ fortem illum reddebat. Atque ita debilitatis viribus facile cum superavit, et in omnem voluptatem, et peccatum, et obedientiæ repulsam una cum posteris suis induxit. Deinde Deus eum, qui mandatum suum improbaverat, et rejecerat, et ad inimicum accurerat eique obedierat, juste permisit tyrannide ejus opprimi. « Cui enim quis obedit, hujus se servum facit, inquit Apostolus, servi enim estis ejus, cui obeditis. » Vendidit ergo se homo, qui liber erat, voluptati et inimico.

B. Et quomodo post peccatum non potuit homo per poenitentiam revocare seipsum, et jugum diaboli excutere?

A. Quoniam vendere nos ipsos, penes nos est; post venditionem vero et servitutem, ut nos ipsi liberemus, non est in nostra potestate, et non dicimus sic factum esse diabolum nostrum dominum, ut nos penitus per vim teneat; sed quod per peccatum debilitati, deinceps tanquam vultuariorum faciles facti sumus diabolo ad capiendum nos, nullo negotio, et facile in peccata ejus et voluptates ad-

Αδὲμ, ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διέβη, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δευτέρου Ἀδὲμ, Χριστοῦ, ὁ θάνατος εὐλόγως καταργηθήσεται, καὶ ἡ ζωὴ ἀντισταθιθήσεται.

B. Πρὸ οὖν τοῦ Χριστοῦ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ Μωϋσῆς, καὶ Ἐνώχ, οὐχ ὑπέκουσαν τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐηρέστησαν αὐτῷ;

A. Εἰ καὶ εὐηρέστηκέναι τῷ Θεῷ λέγονται, ἀλλὰ πρὸς σύγκρισιν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων· ἄκρως δὲ καὶ τὸ παράπαν ἀμαρτίας ἀγευστος οὐδεὶς εἰ μὴ ὁ Χριστός. Πᾶσα δὲ ἀμαρτία, καὶ ἡ τυχοῦσα, θάνατον ἐπιφέρειται. Ὅσον οὖν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, ἀφ' οὗ ὑπέκουσεν ὁ Χριστὸς ἄκραν ὑπακοήν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου προσβολῆς ἀπεκρούσατο πάσας κατὰ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ πάλιν, τὸν θάνατον ἔλυσεν, καὶ τὴν ζωὴν διὰ τῆς ἰδίας ὑπακοῆς ἀνταίστηγεν.

B. Τίς οὖν ἔτι ἦν χρεῖα τοῦ διὰ σταυροῦ θανάτου, λελυμένης τῆς τοῦ θανάτου κατακρίσεως;

A. Ἄλλ' ἔμεινεν ἀν τοῦ διαβόλου τὸ ἐγκλήμα κατ' ἡμῶν. Ἦ οὐκ οἶσθα, ὅτι γεγόναμεν αὐτοῦ ὑπηρέτοι, τοῦ μὲν Θεοῦ παρακούσαντες; αὐτῷ δὲ ὑπακούσαντες; Τί οὖν, φέρε εἰπεῖν, ἔμελλεν αὐτῷ, εἰ ὁ μὲν θάνατος ἀνετρέπη, ἢ δὲ αὐτοῦ τυραννὶς καὶ ἐξουσία διεμείνεν; ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐγγιγῆθαι ὡς ἀθανάτων βασιλεύων.

B. Ἀξιώμαθ' εἶναι, ποιῶ τρέπων γεγόναμεν δούλοιο τοῦ διαβόλου.

A. Ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς πλάσας τὸν ἄνθρωπον, ἰσχυρὸν καὶ ἀήττητον αὐτὸν ἀπέφηνεν. Ὁ γὰρ τοῦ διαβόλου, μὴ δυνάμενος αὐτοῦ περιγενέσθαι δυνάμει, σοφὸς δὲ ὡν τοῦ κακοποιήσαι, ἐμηχανήσατο, καὶ ἐσφίσατο αὐτὸν, ἵως ἀν ἀπεγύμνωσεν τῆς ἐνισχυούσης χάριτος διὰ τῆς ἐκουσίου παρακοῆς, δι' ἣθονης δειλίσεως αὐτόν. Καὶ οὕτως ἀσθενήσαντος αὐτοῦ ἐπεκράτησεν, καὶ εὐκόλως εἰς πᾶσαν ἔδωκεν, καὶ ἀμαρτίαν, καὶ παρακοήν αὐτόν καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἐνήγεν. Καὶ λοιπὸν ὁ Θεὸς, ὡς τὴν αὐτοῦ ἐντολήν ἐκφαύλισαντα, τῷ ἐχθρῷ δὲ προσδραμόντα, καὶ πεφραρχήσαντα, παρεχώρησεν αὐτὸν δικαίως τυραννέσθαι ὑπ' ἐκείνου. « Ὁ γὰρ τις ὑπακούει, τοῦτο καὶ δούλον ἑαυτὸν ἀποδείκνυσιν, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος; δούλοι γὰρ ἐστε, ᾧ ὑπακούετε. » Πέπρακεν οὖν ἐκ τούτου ἐλευθερὸς ὢν ἄνθρωπος τῇ ἡδονῇ καὶ τῷ ἐχθρῷ.

B. Καὶ πῶς μετὰ τὴν ἀμαρτίαν μετανοήσας ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἠδυνήθη ἑαυτὸν ἀνακαλέσασθαι, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ διαβόλου ἀποσείσασθαι;

A. Ὅτι τὸ μὲν πιπράσαι ἑαυτοὺς ἐν ἡμῖν ἐστὶ· τὸ δὲ μετὰ τὴν πρᾶσιν καὶ τὴν δουλείαν, ἑαυτοὺς ἐλευθερῶσαι, οὐκ ἐστὶν ἐν ἡμῖν, καὶ οὐκ οὕτως λέγομεν κύριον ἡμῶν γεγονέναι τὸν διάβολον, ὡς ἐκ κρατοῦντα παντελῶς ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι ἀσθενήσαντες διὰ τῆς ἀμαρτίας, λοιπὸν, ὡς νοσεροί, καὶ εὐχερότεροι τῷ διαβῶλι γεγόναμεν, βαδίως καὶ εὐχερότεροι εἰς τὰς ἀμαρτίας αὐτοῦ καὶ ἡδονὰς ἐναγόμενοι. Ὅτι ἡ

• Rom. v, 12, 21. 4 Rom. vi, 15; 11 Petr. II, 19.

γὰρ εἰ τις ἐχθρὸς τροπώσῃται ποτίσαι δηλητήριον νοσοποῖον τὸν ἑαυτοῦ θυσιμενῆ, ἢ ὡς ἀσθενοῦς αὐτοῦ γεγονότος λοιπὸν βράδιω περιγένηται, οὕτως ἐδελέασεν ὁ διάβολος τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ἐπιγορευμένης βρώσεως, καὶ ἀσθενοῦς γεγονότος ἐπεδράξατο. Εἶχεν οὖν ἡμᾶς ὑποχειρίους· καὶ εἰ μὴ ὅτι ἐδελέασεν τὸν ἀντίπαλον ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἕως ἂν αὐτὸν ἀνελεν ἀδίκως, καὶ διὰ τῆς ἀδίκου ἀναιρέσεως αὐτὸν τε τὸν διάβολον, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους αὐτοῦ· δούλους ἔλαβεν. Καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐβρώσατο ἢ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ δικαιοπραγία ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας· κἂν φέρε εἰπεῖν, καὶ τὸν θάνατον ἀφ' ἡμῶν ἀπασείσατο. Κατεῖχεν γὰρ ἡμᾶς ὡς ὑπακούσαντας ὁ Σατανᾶς.

B. Θέλω δὲ ὑπόδειγμα τοῦτο μαθεῖν τηλαυγέστερον.

A. Ἔστω βασιλεὺς ἐν χώρῃ τινὶ ἔχων δούλους. Περικυλούτω δὲ τὴν χώραν ταύτην ποταμός. Ἐπέκεινα δὲ τοῦ ποταμοῦ ὑποκεισθῶ πεφουτευμένος κήπος, καρποῦς ὠραίους καὶ εὐηδόνους κεκτημένος. Ἀπαγορευέτω δὲ ὁ βασιλεὺς πᾶσιν τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὸν κήπον ἐκεῖνον τοῦ ποταμοῦ παραδίδασιν. Τίς δὲ τῶν δούλων ἐκεῖνων θελχθεὶς τῇ θεωρίᾳ καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν καρπῶν ἐκεῖνων, καὶ τῇ ἰδίᾳ χυανωθεὶς ὀρέξει, καὶ ἡτηθεὶς ἀλογίστως τὴν δεσποτικὴν ἐντολήν, καὶ τὸν ποταμὸν διαβάτω ἐπὶ τὸ ἐμπορεῖσθαι τῆς ἐπιθυμίας· καὶ μὴ μόνον τοῦτο ποιεῖτω, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς συνδούλους ἐξαπατάτω δελεάζων διὰ τῆς τῶν ὑποδεικνυμένων καρπῶν ἡδονῆς τοῦ μὲν κοινῶς δεσπότητος παρακοῦσαι, καὶ τὸν ποταμὸν διαπεράσαι, καὶ ὑπὲρ χεῖρα αὐτῶ γενέσθαι. Εἶτα τούτους τοὺς συνδούλους ὁ ἀρχέκακος ἐκεῖνος τυραννέτω καὶ καταπονεῖτω. Βοάτωσαν δὲ πρὸς οἰκεῖον δεσπότην οἱ τυραννόμενοι, καὶ ἐπικαλεῖτωσαν τὴν ἐκεῖνου ἐκ τῶν συνεχουσῶν κακώσεων λύτρωσιν. Εἶτα τούτους οἰκτείρας ὁ ἱερώτατος βασιλεὺς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀποστειλάτω ἀμφιασάμενον τὸ τῶν δούλων πρόσχημα κατὰ πάντα αὐτοῖς ὁμοιωθέντα· ὁ δὲ εἰς μέσον παρελθὼν παραπορευέσθω τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ. Ὅν θεασάμενος ὁ ἀρχέκακος τύραννος, καὶ ἴνα τῶν δούλων ὑπὸ τὸ πάσα· ἂ αὐτὸν εἶναι, παρακαλεῖτω συνηθῶς ταῖς καρπῶν ἡδοναῖς ἐπὶ τὸ διαπεράσαι τὸν ποταμὸν καὶ ὑπ' ἐκεῖνον γενέσθαι, μὴ ὑπακούσαντα δὲ, ἀλλὰ σφοδρῶς τὰς ἐκεῖνου τροπὰς ἀποτρέπομενον, ζήλην καὶ φθόνον πυρποληθεὶς ὁ τύραννος διαβάτω τὸν ποταμὸν, καὶ ἀναιρέτω τὸν τοῦ βασιλέως υἱόν. Τοῦτο δὲ δραξάμενος ὁ βασιλεὺς ἐταξέτω λέγων· Εἰπέ, παμπόνηρος, ἦνίκα τοὺς ἄλλους δούλους ἀνέπειθες ἐμοῦ τοῦ φυσικοῦ δεσπότητος αὐτῶν παρακοῦσαι, καὶ πρὸς σὲ διασθῆναι, μὴ τούτους ἀπέσπασα τῶν χειρῶν σου, καὶ τῆς δουλείας τῆς σῆς ἐκουσίως σοι ὑποταγέντας; καίπερ δυνάμενος καὶ ἰσχύων τοῦτο ποιῆσαι· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησα παραχαράξαι τὸ δίκαιον. Τοῦτον δὲ ἐμὸν υἱὸν ὑπάρχοντα, καὶ ταῖς σαῖς παντάπεινον προτροπαῖς οὐχ ὑπέλιξαντα, τίνας ἔνεκεν ἀνέλεες,

A ducti et illecl. Sicut enim si quis inimicus malevolo suo potionem veneni adhibeat, ut potione debilitatum facile vincat; sic cibo illo vetito hominem decepit, et factum imbecillum arripuit. Tenebat itaque nos servituti subjectos; nisi quod Christus adversarium nostrum decepit, quousque ipse adversarius Christum inique occidit; et per iniquum interitum illum ipsam diabolum et omnes ejus servos cepit. Et sic nos a diaboli servitute liberavit ipsa justitia Christi, et mortem, ut ita dicam, a nobis excussit. Tenebat enim nos Satanas, tanquam qui ei obedissemus.

349 B. Cupio intelligere hoc dilucidius per exemplum.

A. Sit rex, qui in regione quapiam habeat servos. Circumduat regionem istam amnis. Ultra amnem vero sit hortus consitus, qui pulchros et jucundos fructus ferat. Interdicat rex servis suis omnibus amnis ad illum hortum trajectionem. Aliquis vero ex illis servis, delinquit et illectus aspectu, et cupiditate illorum fructuum, et sua appetitione mollitus ac victus, nulla ratione mandati domini habita, amnem trajiciat, ut cupiditatem suam expleat: ac non solum hoc faciat, sed etiam reliquos conservos fallat, voluptate fructuum, quos ostendit, eos decipiens, ut communis domini obedientiam abjiciant, et fluvium transmittant, et servi ejus efficiantur. Deinde ille princeps malorum exerceat in eos tyrannidem et opprimat. Illi vero tyrannide oppressi inclement dominum suum, et implorent illius opem, et a tantis malis liberationem. Postea horum misericordia commotus mansuetissimus rex mittat proprium filium, vestitu servorum indutum, in omnibus assimilatum eis (excepto peccato), ille autem in medium prodians deambulet juxta ripas fluminis. Quem cum tyrannus ille viderit, et arbitratus esse unum e servis, hortetur, ut solet, voluptatibus fructuum propositis et ostensis, ad trajiciendum fluvium, et ut sub imperio suo sit, videat tamen non obedire, quin potius ipsius hortationes vehementer repellere, unde zelo et invidia incensus tyrannus transeat fluvium, et filium regis occidat: hunc vero rex prehensum percontetur in hunc modum: Age jam, pessime et nequissime, cum aliis servis suadebas, ut mihi eorum natura domino non parerent, et ad te transirent, an eos e manibus tuis eripui? et a servitute tua tibi subjectos liberasti? cum id alioqui facere potuissem, nolui tamen jus immutare. Hunc vero filium meum, qui hortationibus tuis nequaquam cessit, quare interfecisti et injuste occidisti? Igitur quoniam hoc ausus es, jure optimo et te et omnes tuos servos capiam, et potestati ejus subijciam; et si tot

VARIÆ LECTIONES.

* Sic C B, lege ὑποτοπάσας.

millia acquisivisti, tamen neque multesimam partem debiti recuperabo. Quid enim unquam tu efficere possis uni guttæ sanguinis regii par? Hoc modo a tyrannide dæmonis nos liberavit, justa ratione, et non robore et potestate solum usus.

μῖα; τοῦ βασιλικοῦ αἵματος βανίδος ἀντάξιον; Τοῦτω τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος ἡμῖς ἐβρύσατο δικαίῳ λόγῳ, καὶ οὐκ ἀπλῶς κράτει καὶ δυναστείᾳ χρησάμενος.

B. Satis de hac re dictum est. Dic quinque illos inimicos, ex quibus nos Christus liberavit.

A. Mors, diabolus, maledictum legis et damnatio, peccatum, infernus.

B. De morte quidem quod per obedientiam Christi deleta est, dixisti. Similiter etiam, quomodo nos ab imperio diaboli liberavit. Explica nunc, quomodo nos redemit a maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

A. Memineris eorum, quæ prius a me dicta sunt, quod qui millies legem mortis transivimus (28'), millies interire debemus. Responde enim mihi, quod te primum de morte Adam rogabam. Facitne Deus quidquam frustra et casu?

B. Absit.

A. Si quis alicui deberet mille nummos, quos nullo modo solvere posset, nollet autem exigere dominus, cui debetur, summam auri, scripsisset autem alias contra illum debitorem chirographum, et in carcerem conjiceret, et male omnibus modis afficeret, affigeret, et premeret, qui nollet, ut ante dixi, summam repetere, sed potius postulet, ut dimitteretur liber et solutus, nonne stultum hunc esse existimarem?

B. Quomodo non?

A. Si igitur Deus volebat exigere a nobis justificationes legis, quare hanc 350 contra hos scripsit? At non sic est, absit. Non enim otiose, et tanquam ludens, quin potius justo iudicio, omnia quæ in lege scripta erant, a nobis exigebat, et quia non poteramus solvere debitum, pro nobis Dominus noster Christus persolvit, maledictum et condemnationem nobis debitam volens assumpsit, atque in se suscepit: et quæ nos pati oportebat, ipse passus est; verberatus, sputis, pugnis, colaphis affectus, crucifixus, et pro nobis mortuus: quamvis, ut paulo ante diximus, per obedientiam mortem delere potuisset, sed tamen ex pietatis, id est, ut abundaret, et superflueret, quo nos ex diabolo eriperet, et ex maledicto legis, justoque Dei iudicio, pro nobis mortuus est, ut liceret Deo misericordiam nobis tribuere; et non justitiam propriam improbaret, et supervacuum atque irritam redderet; sed potius hanc circumscriberet et terminaret,

καὶ ἀδικῶς ἀπέκτεινας; Ἐπειδὴ οὖν τοῦτο τετέλεσται, δικαίως καὶ σὲ καὶ πάντας τοὺς σοὺς δούλους λήψομαι, καὶ ὑποχειρίους αὐτῷ θήσομαι, καὶ εἰ μυρίους τοσοῦτους ἐπέκτεισο, οὐδ' οὕτως τὸ πᾶσι σὺν τοῦ χρέους ἀπολήψομαι. Τί γὰρ ἂν ἰσχύσῃ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιβῆσαι ἡμᾶς, καὶ μὴτε τὴν ἰδίαν ἀκαθαρσίαν ἀκυρῶσαι καὶ καταργῆσαι, ἀλλὰ τὰς

B. Ἀρκούντως περὶ τούτου εἰρηται. Φρίσσον δὲ τοὺς πάντα ἐχθρούς, ἐξ ὧν ἡμεῖς ὁ Χριστὸς ἐβρύσατο.

A. Ὁ θάνατος, ὁ διάβολος, ἡ τοῦ νόμου κατάρα καὶ καταδίκη, ἡ ἁμαρτία, ὁ ἄδης.

B. Περὶ μὲν τοῦ θανάτου, ὅτι διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ Χριστοῦ λέλυται, εἰρηκαῶς. Ὁμοίως δὲ, καὶ ὅπως ἡμεῖς ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου ἐπικρατείας ἐβρύσατο. Φράσον δὴ, ὅπως ἐξηγόρασεν ἡμᾶς τῆς καταράς τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρρα.

